



Ad

Conradi Vorstii, S. Theol. D.

AMICAM COL-
LATIONEM, ETC.

Notæ Johan. Piscatoris, Professo-
ris S. literarum in illustri scho-
la Nassovica Herbor-
nensi.



Herbornæ Nassoviorum, 1613.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



CLARISSIMO VIRO,
 CONRADO VORSTIO, S. THEO-
 LOGIÆ DOCTORI, JOHANNES PISCA-
 TOR, SACRARUM LITERARUM
 PROFESSOR, S.

A Micæ tuæ collationi præmisisti, Doct̃or Vorsti, epistolas
 duas: unam ad Christianum lectorem, alteram ad me.
 Priorem, quia ad me propriè non spectat, relinquam
 intactam: ad posteriorem paucis respondebo. Princi-
 pio me oras, ut utrumq; libellum tuum, (& Parasceven scilicet, &
 amicam Collationem) gratum habeam. Ego verò tibi fateor, neu-
 trum mihi gratum fuisse: quia uterq; non parum mihi molestiæ ex-
 hibuit in detegendis sophismatibus tuis, quibus lucem veritatis in-
 volvis. Et hæc molestia eò major fuit, quòd mihi laborem legendi &
 scribendi duplicasti: dum examen notarum mearum in duos libellos
 divisisti: quod poteras uno eodémq; scripto comprehendere. Sed cur
 ita faceres, causas in Parasceve attulisti plausibiles: præcipuam ta-
 men dissimulasti: sicut in præfatione Responsionis meæ ostendi. Di-
 cis, te sententias aliquot meas, maxime de Prædestinatione, liberè
 subinde carpere. Illam ego libertatem non agrè fero: sed reprehen-
 sionum tuarum justas rationes requiro. Ais, me de materia hac pas-
 sim durè loqui. At de eadem loquitur durè (nempe iudicio rationis
 humanæ) ipsa quoq; Scriptura: cum qua ego loqui studeo. Dicis, te
 arma petere fere ex solo Dei verbo: at cogitare debebas, nulla in
 controversiis de doctrina Christiana arma esse valida, nisi quæ ex
 solo Dei verbo petuntur. Fateris, te interdum urgere me consequen-
 tiis satis acribus, & forte ingratissimis: sed nullum tamen mihi imputa-
 re consequens, nisi quod ipse ultrò admittam. Hoc verò ego nego. nam
 certè passim per consequentias tuas me gravas hoc consequente,

quod Deus sit author peccati: id quod ego nequaquam admitto. Ne-
 etamus, inquis, consequentias quæ certæ nobis videntur: sed judi-
 cium de iis lectori permittamus. Accipio conditionem: & peto ut
 hanc tu ipse serves, ac proinde à consequentiis meis oppugnandis
 deinceps desistas, nec mihi plus molestiæ facessas. Querelam quam
 subjungis, quod à partibus sæpe graviter peccetur in formando statu
 questionum, ad me nihil pertinere puto. nam conscius mihi sum, me
 in notis meis nusquam statum questionis pervertisse, sed verba atq;
 sententias tuas sincerè reprehendisse. Profiteris tandem, te paratum
 esse, à me, à quo non pauca olim didiceris, plura discere: modo sic te do-
 ceam, ut conscientiam ex verbo Dei convincam. Laudo animi affe-
 ctum, nam à quolibet, quem aliquâ rerum divinarum cognitione
 præditum esse videmus, discere parati esse debemus. Sed interim te
 moneo, ut quum conscientiam tuam à me ex verbo Dei convinci ani-
 madverteris, Deo des gloriam, & te convictum esse fatearis: non au-
 tem præconceptas opiniones tuas sophisticis rationibus palliare stu-
 deas. Addis, te sperare, me quoq; sic affectum esse, semperq; fore, ut
 etiam à veterè discipulo aliquid discere sustineam: modo vocem
 communis magistri, Jesu Christi, ab ipso proponi audiam. Rectè spe-
 ras. nam ego verè sic affectus sum. Id quod vel ex eo constare potest,
 quod ante hoc tempus etiam ab inimicis discere sustinui: usq; adeò ut
 quod illi justè in scriptis meis reprehendisse videbantur, publicis scri-
 ptis retractarim. Habes paucis responsum ad epistolam tuam.
 Nunc uno verbo rationem tibi reddam, cur ad Amicam collationem
 tuam non responderim plenè, sicut ad Parasceven: sed tantum per
 breves notas. Causa est, ut & labori & tempori parcerem: præsertim
 quum multa eadem recurrant, quæ in Parasceve satis copiosè fue-
 runt disputata. Nunc te ad notas illas meas cognoscendas poteris
 accingere.

AMICA



AMICA COLLATIO
 INTER JOHANNEM PISCATOREM ET CONRADUM VORSTIUM, S. THEOLOGICÆ D. SUPER NOTIS
 illius, ad loca quædam excerpta ex hujus
 Tractatu de Deo, & Exegeti
 apologetica.

Ubi 1. textus ipsius Vorstii. 2. Nota Piscatoris. 3. Responsio Vorstii, juxta numeros in Notis expressos, affertur: unâ cum annexis ad illam notis Piscatoris.

S E C T I O I.

An notitia Dei aliqua sit in bestiis: & quomodo hæc Deum nobis indicent.



Ag. 7. *Thef.* 19. De bestiis loquens (nempe Doctor Vorstius) dicit: Quippe quæ aliquo modo Deum agnoscunt, ac nobis indicant. Vide Job 12. v. 7. 8. 9. 10.

NOTA PISCATORIS.

Deum agnoscere, proprium est creaturæ rationalis. 1. Ergo non cadit in bestias. Quod autem in loco allegato bestię dicuntur indicare, & docere: 2. *metaphora est*: qualis in illo: *Celi enarrant gloriam Dei.* Nempe, *Psal.* 19. quatenus objiciuntur oculis, & considerationi hominis.

RESPONSIO VORSTII.

I. Si visum tibi fuisset, clarissime D. Piscator, meas ipsius Notas ad NOTÆ PISCATORIS. hunc locum obiter inspicere: consensum inter nos amicum hîc deprehendisses: ac proinde censuram, sive Notam hanc tuam, prorsus (1) ociosam ac superfluum esse, haud dubiè vidisses. Sic enim ipse in eodem illo Tractatu de Deo, pag. 140. verba hæc mea declaro: *Quod in conclusione hac de bestiis dicitur, ex loco Jobi 12. non sic accipiendum est, quasi veram aliquam divinitatis cognitionem illis tribuamus. Sed hyperbolica quedam bruti illius stuporis, quo Athei tenentur, exaggeratio est: quum bestię etiam aliquatenus docere nos possint (ut inquit Jobus) quod isti hæctenus ignorant.* Por-

1) *Immò eam postularit verbum agnoscunt.*

2) Non planè: sed tantùm in declaratione verbi indicant.

3) At ego metaphoram non pono in verbo agnoscunt: sed in verbo indicant.

4) At hic non habet locum idem modus: quia indicant, quatenus obijciuntur oculis & considerationi hominis: at hoc modo non agnoscunt Deum.

rò eatenus potissimùm id docent bestia, quatenus potentia, sapientia, bonitas, aliæq; virtutes creatoris ex creaturis elucent &c. Hæc ego illic. Vides igitur, sententiis nos (2) planè convenire: nec proinde ullâ censurâ hîc opus fuisse. 2. Quin & sola ipsa Theseos meæ verba eandem metaphoram, quam tu indicas, haud obscurè per se insinuant: dum bestiis (3) notitiam Dei non nisi aliquo modo attribuunt: puta non (4) alio modo, quàm quo Deum illæ nobis indicant, uti Jobus ait: sive quo Deum creaturæ omnes laudare, ac celebrare, alibi dicuntur: Psal. 69. v. 35. & 96. v. 11. & 148. v. 3. 4. 5. &c. Vide passim in Psalmis. Alioqui tantum abest, ut veram Dei notitiam bestiis propriè inesse credam: ut ne hominib. quidem eam, ante actualem rationis usum, attribui posse censeam: prout in Notis meis pag. 128. obiter exposui. Satis jam sit, nullam hîc inter nos veram de re ipsa disensionem esse: tametsi aliqua in verbis esse videtur. Utinam idem sit in cæteris!

SECTIO II.

De nomine Jehovah: An scilicet Angelis interdum in Scriptura tropicè tribuatur.

Pag. 14. Thes. 19. Loquens de nomine Jehovah, dicit: Sic Angeli, tanquam Dei legati, ac proinde personam ejus quodammodo referentes, nomine isto insigniuntur: Genes. 16. v. 13. & cap. 18. v. 13. 20. 22. & cap. 19. v. 19. & deinceps.

NOTA PISCATORIS.

Genes. 16. nomine Jehovah (qui & Angelus Jehovah ibidem dicitur) non intelligendum esse Angelum i. creatum, planum evadit, primum ex verbis illius ad Hagarum v. 10. Multiplicando multiplicabo semen tuum, &c. Deinde ex verbis Hagaræ ad ipsum v. 13. Tu es Deus visionis &c.

Similiter 2. Genes. 18. nomine Jehovah, non significari angelum creatum, sed ipsum Jehovah, judicari potest ex his rationibus. Quòd Abrahamo apparuisse dicitur Jehovah, v. 1. idque in specie trium virorum, v. 2. Quorum unus fuit ipse Jehovah: ut apparet ex v. 10. 14. 22. ac in primis 25. Reliqui verò duo erant Angeli, ut liquet ex collatione versus 16. cum v. 1. cap. 19. Versu enim 10. ait unus illorum ad Abrahamum, Revertar ad te &c. Ecce filius erit Saræ. Versu autem 14. promissionem illam contra Saræ incredulitatem confirmans dicit: An mirabile erit præ Jehovah verbum: id est, an quicquam difficilius erit, quàm ut Jehovah id possit efficere? Versu 22. dicitur, viros illos (id est, duos ex illis, nempe duos Angelos, ex collatione v. 1. cap. 19.) ivisse Sodomam versus: Abrahamum au-

mum autem *substitisse coram Jehova*, eundemque pro Sodomitis apud illum intercessisse, narratur in sequentibus: ubi inter alia hisce verbis eum compellat, *ψ. 25. Absit tibi: an iudex totius terræ non exercent jus?*

Idem iudicium est 3. de capite 19. *ψ. 12. & deinceps.* Nam is qui ibi cum Lotho loquitur, fuit ipse Jehova: ut patet ex collatione *ψ. 22. & 23. & 24.* Versu enim 22. dicit ille: *Non potero facere quicquam (scil. Sodomæ) priusquam perveneris illuc: nempe Tzoharem.* Versu autem 23. & 24. dicitur: *Quum Lot ingrederetur Tzoharem, Jehovam pluisse super Sodomam &c.*

RESPONSIO VORSTII.

Antequam ad rationes tuas, quas hîc proponis, speciatim respondeam, generalem quandam *ἀπολογίαν* in gratiam Lectoris afferam: quam ipsam diligenter à te quoque considerari velim. Itaq; initiò sciendum est, (1) non meam aliquam privatam sententiã hoc loco à te refelli; sed eam, quæ mihi cû multis, etiam opinione tua Orthodoxis, Ecclesiæ Doctorib. communis est. Inter quos, si veteres respicias, *Augustinus, & Eucherius*; si recētiore spectes, *Wolfgangus Musculus, & Mercerus*, haud infimicendi sunt: qui nomē *Jehova* in locis hîc citatis Angelo vero, seu creato, sed improprie, seu per tropum, attribui censent: & contra sentientes non unâ ratione confutant: sicut ex ipsorū commentariis, alibi ex parte à me productis, evidenter apparet. Quare si quid erratum hîc esse putas, id per hanc ipsam communem, non Hebræorum tantùm, sed & Christianorum Doctorum, opinionem humaniter (2) excusari saltem posse concedes. *Communiter enim ita respondent* (inquit *Musculus*, ad cap. 16. *Genes.*) *Angelum Domini propterea vocatum esse Jehovah, quòd missus esset à Domino Deo, & verbum illius ministrasset &c.* Saltem hoc mihi persuadeo, te communē hanc Dd. opinionem, etsi minùs veram judicas, pro (3) hæreticã tamen & impiã minimè habiturū esse: ne præter interpretes suprã dictos, etiam *Zwinglium, Calvinum, Fagium, Lutherum* quoque, aliosque Doctores orthodoxos complures, damnare velle videaris: qui opinionem istam, si non ut certam, saltem ut probabilem, libenter admittunt.

Deinde notandum est, *rationes tuas*, pro contraria opinione allatas, si ad rigidum veritatis examen vocentur, admodum infirmas deprehendi: quippe quæ aut tacitè (4) principium petant, aut verum quæstionis statum non attingant; aut saltem inconsequentia aliquã evidente laborent. Ostendam id breviter de singulis.

1. *Genes. 16. ψ. 10. & 13.* Non apparet, Jehovam ipsum directè, inque propriã persona, vel loqui, vel ab Hagara compellari: non mediante nimirum legato, aut personam illius repræsente. Nam *ψ. 10.* nihil occurrit, unde solidè probari queat, Jehovam ipsum immediatè cum Ha-

NOTÆ PISCATORIS.

1) *Hoc te non juvat. nam errantium multitudo non parit errori patrocinium.*

2) *Excusetur sanè. Sed per hoc non refutantur rationes à me allatæ.*

3) *Quasi verò ego iudicii huius ullam significationē in notis meis dederim! Non est quæstio, an opinio illa sit hæretica vel impia, sed an sit vera, vel falsa.*

4) *An criminationes istæ vera sint, in speciali examine liquebit.*

5) Immo vetat ipse modus loquendi, Multiplicabo. Si angelus fuisset, dixisset, Jehova multiplicabit.

6) At Moses expressè dicit, Hagar vocavit nomen JEHOVÆ alloquentis ipsam, &c. Non dicit, Vocavit nomen Angeli &c. 7) At quid opus est, nodum in serpe quærere: quum ex textu planum sit, quòd affata sit ipsum Jehovaham?

8) Falsa expositio. nam duos tantum ex illis fuisse angelos, liquet ex serie narrationis sequentis.

9) Ad hoc respondi in refut. Parasc.

10) Immo aliud, nempe unum ex tribus illis viris fuisse Jehovaham.

11, 12, 13) Petitio principii.

14) Putum putum commentum contra clara verba textus.

15) Istud angelus ille (si fuit angelus) aut scivit, aut ignoravit. Si scivit: fuit *αγγελος* vs. At qui solus Deus *αγγελος* vs. est. Non igitur scivit. Si ignoravit: cur igitur cultum hunc sibi exhiberi passus est? Certè angelus ille in Apocalypsi id non est passus.

16) Petitio principii. nam is qui hic loquitur ut Deus v. 17. & 21. fuit ipse Jehovaha: ut percipitur ex collatione cap. 18. v. 21. & 33. & ex v. 18. cap. 19.

17) Immo mentio fit *Ἰ* Adonai, v. 18.

18) Esto. At per hoc non refellitur ratio à me allata, ex collatione v. 23. & 24.

19) Prohibet collat. v. 24.

20) Sed ita agitur, ut narretur, Jehovaham fecisse, id quod v. 22. dixerat se facturum.

21) Judicium esto penes lectorem.

gara colloqui: quum (5) nihil vetet, Angelum ibi sic loqui; sed in aliena persona, seu nomine ipsius Dei, à quo scilicet ille solenniter missus erat, ad hanc ipsam rem Hagaræ nunciandum. Et vicissim v. 13. Hagar (6) Angelum de nomine mittentis, Jehovaham appellare potuit. Quanquam propriè non ad Angelum, sed ad Deum, in Angelo, tanquam in legato suo, singulariter præsentem, respicere hic (7) videtur.

2. Sic cap. 18. v. 1. Jehovaha quidem dicitur Abrahamo apparuisse: sed in tribus viris, sive Angelis (8), tanquam legatis suis, v. 2. Quorum unus si verè ac propriè Jehovaha ipse fuisset, Apostolus id certè Heb. 13. v. 6. non reticisset (9): quippe cujus hortationi, quam illic instituit, confirmandæ plurimum id profuisset: sicut à Musculo prudenter hoc loco in Commentariis observatum fuit. Quæ autem v. 10. 14. 22. & 25. narrantur, (10) nihil aliud demonstrant, quam unum ex tribus illis Angelis in hac legatione præcipuum, ac reliquis duobus excellentiorem fuisse: eoque Dei personam singulariter (11) repræsentasse, & hujus nomine ista omnia dixisse: Deniq; Abrahamum, qui ab initio rem veram ignoraverat, postea ex variis indiciis hanc sacram Dei legationem agnovisse: ac proinde cum præcipuo legato, (12) tanquam cum vicario ipsius Dei, sermonem habuisse: (13) vel potius ipsum Deum, in hoc legato singulariter præsentem, oratione sua compellasse. Non enim (14) Angelum, propriè ac per se consideratum, sed Deum ipsum, in Angelo singulariter se manifestantem, totius terre judicem Abrahamus appellavit: & (15) huic, non illi, cultum invocationis exhibuit &c. sicut Interpretes supra dicti, præsertim Mercerus, & Musculus, pridem annotarunt.

3. Similiter cap. 19. v. 12. & deinceps, duo Angeli (quos verè creatos fuisse, & tute ipse concedis, & ex v. 1. & sequentibus omnino manifestum est) (16) interdum tanquam ipse Deus loquuntur: quum (17) nullius certè alterius personæ, præterquam illorum duorum, hic aliqua mentio fiat. Et v. 22. revera nihil dicitur, quod non Angelus creatus ex imperio quidem & virtute Dei, tum dicere, tum facere (18) possit. Nec quidquam (19) prohibet, illum etiam in persona ipsius Dei hic locutum fuisse: aut, si mavis, Deum mediatè per illum hæc verba dixisse. Denique v. 23. & 24. non jam de Angelis, sed de Jehovaha ipso, directè (20) agitur, qui judicium, supra per illos denunciatum, re ipsa tum exsequebatur.

Vides itaque, nullam ex rationibus tuis solidè id (21) probare, quod reverè probare debuisti: videlicet, nomen Jehovaha in hisce locis, non quidem pro-

dem *proprie* (id enim nunquam dixi) sed *improprie*, seu per tropum al-
quem, Angelo creato nullatenus attributum fuisse. Quod si alias ratio-
nes firmiores aliquando attuleris, opinionem communem hinc facile de-
feram, & tuæ aliorumque sententiæ, licet minùs hucusq; receptæ, liben-
ter accedam. Nihil enim (22) magistraliter ipse definire hinc volui: sed
tantùm, quid probabilius post tot Interpretes, & Hebræos & Christia-
nos, mihi *videretur*, citra cujusquam injuriam, aut veritatis præjudicium,
obiter exposui. Quæ quidem (23) libertas, sententiam in Ecclesia Chri-
sti modestè dicendi, nulli Doctore denegari potest, aut debet: ne alioqui
prophetiam contemnere, aut spiritum Dei quasi suffocare velle videa-
mur. Sed de his iterum infra.

22) Neq; ego magistraliter
hic quicquam definio: sed
rationes mea sententia in
medium affero.

23) De hac re non est
questio: sed questio est, an
hic rectè prophetaveris, id
est, prophetica scriptu-
ram explicaveris.

SECTIO III.

De nomine Adonai, & Adoni.

P Ag. 15. thes. 22. Quum autem de Christo nomen hoc prædicatur, ut
Psal. 110. v. 1. significatur ejus peculiare dominium in Ecclesiam:
quod quatenus Mediator est, à patre accepit. Idem repetitur pag. 179.
§. porro &c.

NOTA PISCATORIS.

Psal. 110. v. 1. non habetur nomen *Adonai*, i. sed *Adoni*. Quum autem
ibi David dicit: *Dixit Jehova domino meo (Adoni:)* eo ipso significat, Chri-
stum non tantùm fore hominem, sed etiam 2. Deum: ut percipitur è ser-
mone Christi Matth. 22. v. 42. & sequentibus.

RESPONSIO VORSTII.

1. Quod priore loco de differentia inter *Adonai*, & *Adoni*, hinc annota-
sti, id ipse pag. 179. jam antè in Notis meis observaveram. Unde facile
intelligi (1) poterat, quod in thesibus pag. 15. dico, nomen hoc de Chri-
sto usurpari Psal. 110. &c. id non de plurali nomine *Adonai*, sed de (2) sin-
gulari *Adoni*, accipiendum esse. Idem namque utriusq; principium est
Adon, de (3) quo illic agebatur. Immo idem revera utrumque hoc no-
men (4) compositum est: si quidem ipsa simplicia spectes, unde utrum-
que componitur: licet alterum plurale sit, alterum singulare. 2. Quod
autem deinde subjungis, significari hoc loco, Christum non tantùm
fore *hominem*, sed etiam *Deum* &c. in eo etiam tibi prorsus assentior:
dummodo vicissim fatearis, quod res est, Christum hinc non ut merum
(5) simplicemque Deum, absolutè scilicet consideratum; sed ut *θεός*
μεσσωπύου, seu Mediatorem Dei & hominum (6) (eoque ut Dominum à

NOTÆ PISCATORIS.

1) *A me quidem id intelligi
non poterat: quippe qui le-
gendo ad Notas tuas non-
dum perveneram.*

2) *νεός φύσεως & falsa hy-
pothesis. Quasi verò nomen
Adoni sit nomen Dei: &
quasi vox Adoni sit singu-
laris nominis Adonai.*

3) *Immò de nomine Ado-
nai solo ibi agitur.*

4) *At num hinc sequitur,
Psal. 110. 1. de Christo prædi-
cari nomen Adonai?*

5) *Quasi verò ego non ex-
pressè dicam, Christum fo-*

θεός μεσσωπύου, ergo describi-

*ve non tantùm hominem, sed etiam deum. 6) Non sequitur, Christus ibi describitur ut
tur ut Deus subordinatus. Scriptura nullum novit Deum subordinatum: sed Deum unicum.*

b

Deo constitutum, Deoque subordinatum) à Spiritu Sancto nobis describi: sicut non modò propriæ peristases hujus universi Psalmi; sed etiam complures Novi Testamenti loci, in quibus illa sententia de Christo jam exhibito, & divinitus exaltato, palàm citatur, satis apertè confirmant. Vide in primis Actor. 2. v. 34. & seqq. item 1. Cor. 15. v. 25. item Heb. 1. v. 13. & 5. v. 6. & 6. v. 20. & 7. v. 17. 21. & 10. v. 13. &c. ubi de Regno, & Sacerdotio Christi, tanquam proprio Mediatoris, vel Servatoris à Deo nobis dati, ex hoc ipso loco perspicuè disferitur.

S E C T I O I V.

An voluntas Dei à promissione verè differat: item, an illa aliquando conditionata sit, præsertim in negotio nostræ salutis, & damnationis?

P Ag. 58. thes. 13. dicitur, Deum velle quædam facere sub conditione. Et paulò post adduntur hæc verba: Quæ autem facere vult sub conditione hac, vel illa, (puta, si nos hoc, vel illud fecerimus) ea non semper fiunt. Sic olim Judæis, si obedientes fuissent, bona terræ largiri voluit. Esa. 1. v. 19. Sic etiam nunc vult omnes homines servari, si à peccatis conversi, in Christum crediderint. Johan. 6. v. 39. & 1. Timoth. 2. v. 4.

N O T A P I S C A T O R I S.

Si Deus vult quædam facere sub conditione, sequitur, Deum illa tum demum velle, quum conditio impletur; & desinere velle, quum conditio præstari desinit: ac proinde voluntatem Dei esse mutabilem. 1. Id quod pugnat cum dictis hîc allegatis: *Omnia voluntas mea fiet. Esa. 46. Et voluntati ejus quis resistat? Rom. 9.* Nec diversum probari potest, ex locis hîc citatis. Nam Esa. 1. v. 19. dicitur: *Si acquiesceteris, ut audiatis, bono hujus terræ fruemini.* Quibus verbis continetur promissio: quæ non est cum voluntate 2. Dei confundenda. Johan. 6. v. 39. dicit Christus: *Hæc est voluntas ejus, qui misit me, Patris, ut quidquid mihi dederit, non perdam ex eo &c.* Hîc nullius conditionis 3. mentio fit. 1. Tim. 2. v. 4. dicitur: *Qui (Deus) omnes homines vult servari &c.* Sed nullius 4. conditionis ibi mentio fit. Nec per omnes intelliguntur 5. singuli, sed *omnis generis homines.*

R E S P O N S I O V O R S T I I.

(1) Nullam igitur tu, clariss. D. Piscator, voluntatem Dei conditionatam esse existimas? hoc est, Deum nihil velle statui sub aliqua conditione? sed omnia prorsus *absolutè* ac præcisè? tam quæ gratiæ sunt, quàm quæ naturæ? item, tam quæ ad exitium, quàm quæ ad salutem hominum aeternam,

NOTÆ PISCATORIS.

1) Nullam.

æternam, quoquo modo pertinent? Sic quidem apertè hîc doces, & postea sæpius iterum docebis. Qua in re quantopere fallaris, ex (2) infra dicendis abundè manifestum fiet. Nunc hujus loci objectiones, exceptionesque tuas, paulò diligentius inspiciamus: ut quàm infirmæ sint, tute ipse videre queas.

I. Objectio est, *mutabilem* fore Dei voluntatem, si quædam ille facere velit sub conditione: quippe quum vel positâ, vel sublatâ conditione, ipsa quoque voluntas Dei vel ponatur, vel tollatur &c. Non respondebo hîc, quod alii quidam solent: voluntatem Dei quidem ad intra semper immutabilem esse; ad (3) extra verò sæpius mutari, quoties scilicet homines mutantur &c. Nam aliter hanc rem explicandam censeo. Nempe, (4) confundere mihi vidêris (5) integrum actum divinæ voluntatis, cum particulari aliquo ejusdem objecto: item decretum æternum, cum temporali eventu, vel si mavis *exsecutione* &c. Quarum rerum exacta distinctio errorem hunc facilè tollit. (6) Non enim sequitur, actum ipsum divinæ voluntatis, ab æterno aliquid extra se decernentis, ideo mutari, quia objecta specialia ejusdem, hæc vel illa, in externo eventu, vel exsecutione temporali, mutantur. Actus namque Dei, integrè acceptus, juxta objectum suum adæquatum, semper invariabilis manet: sive absolutus sit, sive (7) conditionalis: licet objecta particularia interim variè mutantur. Neque verò actus ille, quantumvis conditionalis, demum verè ponitur *conditione* posita (8): quippe qui ante secula in Deo extitit: quum hæc demum in tempore re ipsa præstetur ab hominibus, aliisve rebus creatis. Quare nec sublatâ conditione actus ille internus perit, aut desinit: quippe (9) non verè ab ipsa conditione, sed à puro Dei beneplacito, tanquam à causa efficiente, simpliciter dependens: licet interim, ratione (10) formæ, conditionalis rectè dicatur. Sive igitur *conditio* in tempore re ipsa existat, sive non existat: decretum tamen (11) conditionale in ipso Deo ratum & salvum esse potest, immò solet: & quidem prorsus immutabiliter. Non enim *conditio* mutabilis (respectu nostri sic dicta) facit conditionale decretum in Deo mutabile: sicut nec *hypotesis* falsa, aut contingens, in axiomate connexo, (12) seorsim accepta, facit axioma ipsum per se falsum, aut contingens. Immò sicut aliquod hujusmodi *axioma* totum potest esse non modò verum, sed & necessarium: licet ambæ ejusdem partes, seorsim acceptæ, aut falsæ sint, aut contingentes: Sic (13) integrum conditionale Dei decretum & verum & immutabile esse potest, immò tale re ipsa est: licet utraque ipsius pars, seorsim spectata, in eventu ipso (14) nunquam fortè extitura sit: aut (15) hæc

b 2

conditio. 13) Sed cur non declaras exemplo, quid hac voce velis? 14) At quomodo fieri potest ut nunquam existat quod Deus decrevit? 15) Per obscurè ista dicuntur. Non assequor quid velis. Exemplo rem declarari opus erat,

2) Eò usq; igitur responsio mea differenda.

3) Meritò rejicis hanc distinctionem: quum manifestè falsa sit.

4) At quomodo confundo?

5) Quem verò tu vocas integrum actum?

6) Sed quid hac ad questionem, An Deus quædã velit facere sub conditione? Non est hic questio de objectorum voluntatis divina mutatione.

7) Petitio principii.

8) Ergo non est conditionalis. Conditionale enim est quod pendet à conditione, ac proinde tum demum verè ponitur quum posita fuerit conditio.

9) Non igitur est conditionalis. Nisi tibi novam fingere liceat Grammaticam.

10) Inane commentum & ξενος φησεως.

11) Peto exemplum istiusmodi decreti. Num pro tali agnosces hoc, Si Judas crediderit in Christum, servabo eum. Si verò illum prodiderit, damnabo. At ubi in Scriptura tale exemplum reperitur? Et nonne vi talis decreti Deus Judam voluntate antecedente voluit servare, consequente verò damnare? Quod si ita est, annon voluntas ejus fuit mutata?

12) At quum *hypotesis* axiomatici connexi accipitur seorsim, jam desinit esse *hypotesis*. Ita si *conditio* voluntatis conditionalis accipitur seorsim, jam non est

modò existat, illa modò non existat. Nota hæc sunt ex doctrina logica, de veritate ac necessitate propositionis hypotheticæ: ac proinde ad hanc causam rectè applicantur. Sed exemplis res illustrior evadet.

- Sic igitur Jerem. 18. *inquit Deus: Si gens illa (cui malum minatus fueram) egerit pœnitentiam, etiam pœnitebit me ejus mali, quod ei (17) denunciaveram &c. Et contra, si gens illa (cui prospera omnia promiseram) impiè se gesserit, etiam me pœnitebit ejus boni, quod ei (18) promiseram &c.* Quis hîc non videat ex utraque parte conditionale Dei (19) decretum? & quidem immutabiliter utrinque factum? Et diu quidem antè factum, quàm (20) alterutra conditio, vel hæc, vel illa, in tempore re ipsa existeret? Et tamen negari non potest, in objectis ipsis specialibus, de quibus hîc agitur, varias (21) sæpè mutationes evenire: testante id ipsum tum universa S. Scriptura, tum quotidiana experientia, in piis pariter & impiis, modò huc, modò illuc, sese convertentibus. De quibus Theologi omnes, in ipsa præsertim S. Ministerii praxi, mutationem hanc ultrò confitentur.
- Sic Ezech. 18. *inquit idem Deus: Si impius se converterit ab impietate sua, peccatorum ejus non recordabor amplius. Et contra, si justus se averterit à justitiâ suâ, prioris justitiæ ejus non recordabor amplius &c.* Habemus & hîc duplex conditionale Dei decretum (22): & quidè immutabile, ab æterno factum &c. Et tamen semper in hoc seculo fieri potest, immò sæpe fieri solet, ut nec impius aliquis, hæc audiens, ab impietate sua recedat; nec justus, licet deficere potens (23), à justitiâ sua deficiat: eoque nec ille promissionem, nec iste comminationem Dei, seorsim quidem acceptam, sive à conditione sua separatam, re ipsa in sese efficacem experiatur. Interim firmum semper & stabile manet utrumq; hoc Dei (24) decretum: quippe quod nemini quidquam absolutè vel promittit, vel minatur; sed utrobique conditionem includit, puta illic pietatem, hîc impietatem &c. Sub qua (25) demum re ipsa efficere vult, quod se velle utrobique declarat.
- Et talibus quidem sententiis S. literæ ubiq; (26) refertæ sunt. (27) Unde jam intelligis, & reverà dari conditionalem aliquam Dei voluntatem, seu decretum aliquod sub conditione factum, præsertim in negotio nostræ salutis, ac damnationis: Et voluntatem hanc Dei, integrè (28) acceptam, semper immutabilem esse, licet objecta ejus specialia sæpe foris varientur: hoc est, licet propositæ (29) conditiones, in nobis, aliisve rebus creatis, non modò suâ naturâ perpetuò mutabiles sint, sed & re ipsa interdum variè mutantur: sicut in temporali eventu patet.
2. Objicis, in loco Esa. I. 19. *Si acquiescetis, ut audiat &c.* esse promissionem, quæ non sit cum voluntate Dei confundenda &c. Si hoc tantum vis, promissionem Dei, tanquam (30) speciem, non esse cum quavis generali
17. 18. 19) Hic nõ est sermo de Dei decreto: sed de comminatione & promissione.
20) At necesse fuit ut alterutra existeret. Peto igitur exemplum, ubi neutra existiterit, quod fieri posse supra dixisti.
21) Sed quid hoc facit ad probandum decretum Dei conditionale? Quasi verò Deus ipsas quoq; illas mutationes non decreverit absolutè! Ita ut mutationes pendeant à decreto, non autem decretum à mutationibus.
22) Erras. Nullum hic habetur decretum: sed habetur promissio & comminatio.
23) Verè justus non est deficere potens.
24) Perpetua confusio diversorum.
25) Si tum demum: non ergo ab æterno. At decreta Dei omnia æterna sunt.
26) At istud te nil juvat, quia tales sententiæ nõ sunt decreta.
27) Frustra hoc infers.
28) Et quando tandem istam vocem declaras?
29) At cujus rei conditiones? Num decreti divini? Nequaquam. Sed eventuum humanorum: ut patet ex dictis.
30) Promissio Dei non est species voluntatis Dei: sed adjunctum, nempe testimonium.

nerali Dei voluntate temerè confundendam; facilè acquiescam. Scimus enim, speciem semper à genere suo differre. Sin hanc interdum illi revera (31) contrariam, seu toto (32) genere ab illa diversam, esse statuis (ut quidem satis apparet:) jam periculosè profectò (33) erras. Quæ enim tandem erit vera Dei voluntas, (34) si promissio Dei salutifera, quocunq; tandem modo concepta, ad hoc genus non verè aliquando pertinet? Annon enim semper revera id præstare nobis vult Deus, quod seriò sanctèque nobis in verbo suo promittit? Illudit igitur, si non verè vult. Quod absit. Certè neminem, præter te, hæctenus audivi, aut legi, Christianum scriptorem, qui & promissiones, & præcepta Dei (nam de utrisq; revera hæc idem (35) statuis: prout infra patebit) à voluntate Dei, tanquam (36) opposita quædam, non distingueret, sed apertè sejungeret. Quin vulgo ii etiam qui rigidiores in hoc argumento sunt, utramque hanc speciem ad voluntatem (37) signi referunt: licet à voluntate beneplaciti (non satis rectè tamen) aliquatenus utramque distinguant. Saltem nimis insolens & absurdum est, has voluntatis (38) species à genere suo genuino, ullo unquam tempore, re ipsa separare. Nam perinde id esse videtur, (39) quasi sobolem ab invita matre aliquando avellere, immò inimicis adversus parentem armis instigare velis. Meæ quidem, seu potius communi plerorumque Christianorum, sententiæ favent innu-mera S. Scripturæ testimonia, quæ Deum verè & seriò ea omnia velle docent, quæcunque nobis in verbo suo vel (40) promittit, vel (41) præcipit, &c. Tuæ verò negationis argumentum, aut indicium, in illa nullo usquam (42) invenies. Nam quod ab omnipotentia Dei, quæ scilicet efficacem divinæ voluntatis impletionem secum necessariò trahat &c. argumentum afferre huc soles: id quàm in hac causa infirmum & fragile sit, (43) infra suo loco, volente Deo, clarè videbimus.

3. Negas, in loco Johan. 6. v. 39. *Hæc est voluntas ejus, qui misit me &c.* ullius conditionis mentionem fieri. Et fanè ipse fateor ita esse, siquidem expressam & disertam illius mentionem intelligis. Nego verò, si tacitam & (44) implicitam quoque excludis. Hæc (45) enim revera latet in illa *credentium* periphrasi, qua Christus ipsos sibi à patre datos esse dicit. Hi namque Christo dati, revera soli credentes sunt: sicut ex v. 40. immediatè sequente, manifestum evadit. Sensus igitur, non cortex, verborum Christi inspiciendus hæc erat. Nihil enim aliud Dominus hæc indicat, quàm quod continuò post clariùs explicat: videlicet, *voluntatem Patris esse, ut omnis qui credit in filium, habeat vitam æternam &c.* Quod (46) perinde est, ac si dicat, Deum velle (47) omnes homines, (48) sal-

b 3

textum: & nodum in scirpo quaris. 47) At Christus non loquitur de omnib. hominib. sed de omnib. credentibus. 48) En quomodo fluctuas! Modò dixeras, homines omnes: nunc illud restringis ad eos quib. Evangelium offertur.

- 31) Hoc minimè statuo.
 32) Sanè. Voluntas est actio Dei interna, promissio externa. Voluntas nunquam est conditionata: promissiones quædam sunt conditionata.
 33) Ostende errorem.
 34) Etsi promissio non est sub genere voluntatis, tamen Deus verè vult quicquid promittit.
 35) Falsum dicis. Præceptorum alia ratio est.
 36) Sanè præceptis divinis oppositio illa accidit: non autem promissionibus.
 37. 38) At per voluntatem signi intelligitur signū voluntatis. Est igitur illa non divisio generis in species: sed distinctio vocabuli ambigui in sua significata.
 39) Otiosa amplificatio. quippe nitens falsâ hypothesi.
 40. 41) Confundis hæc diversa. Sanè omnia quæ Deus promittit, vult: at nõ vult omnia quæ præcipit.
 42) Inveni jam pridem, & tibi ostendi: nempe Gen. 22. Exod. 5. Act. 2. v. 23. Vide notam meam 10.
 43) Eò igitur differam responsionem.
 44) Sanè & hanc excludo.
 45) Inane effugium. Resolve verba, & videbis. Tum autem sic exponere cogèris, Quicquid mihi dederit: i. e. Si quid mihi dederit. Bella verò expositio. quum textus loquatur de decreto Dei æterno: expositio autè de datione fidei in tempore.
 46) Non est perinde. Tu ista fingis contra manifestū
 47) At Christus non loquitur de omnib. hominib. sed de omnib. credentibus.
 48) En quomodo fluctuas! Modò dixeras, homines omnes: nunc illud restringis ad eos quib. Evangelium offertur.

49) *Ista distinctio rem magis obscurat quã illustrat.*

50) *Hoc exemplo non potest confirmari expositio alata dicti illius, Ut omnis qui credit &c. per ista verba, Ut si omnes credant &c. Nam multũ differunt nuntur sententia vera, nempe tertia falsa, nempe fieri posse facit ad rem.*

52) *Nequaquã. nã hoc exemplũ præcedenti est dissimile. Ibi est, omnis qui credit: hic, omnes homines. Ista non equipollent. Et si voles hic similitudinem institueret, dicendũ ibi erit, Deus vult salvos fieri, si sint homines. Lepida verò expositio & conditio.*

53) *Hoc tu quidem fingis.*

54) *Amphorã institueras: sed currente rotã urceus exit. Non hoc probandum suscepas, sed illud, in verbis illis Pauli, Deus vult omnes homines salvos fieri, necessariò subintelligi tacitam fidei conditionem.*

55) *Quasi verò inde sequatur, hic subintelligendam!*

56) *Quatenus igitur?*

57) *At quomodo hinc inferres conditionem?*

58) *Effugium quaris. Verba tua contra qua hic disputo, sic sonant, Sic etiam nunc vult OMNES HOMINES servari, si à peccatis conversi in Christum crediderint, Job. 6. 39. & 1. Tim. 2.*

quitur de vocatis, sed de conditionem obtinebis ex

tem quibus Evangelium suum offert, per Christum hac conditione salvare, si quidem omnes in ipsum verè credant. Quæ sententia millies alibi à Spiritu S. inculcatur: quæque, licet respectu credentium, ac resipientium, in sensu (49) composito, (ut loquuntur) hoc est, quã isti tales sunt, & manent, absoluta dici possit; tamen in sensu diviso, hoc est, respectu hominum, quã homines sunt, omnino conditionata censerit debet: juxta illud Rom. 10. (50) *Si credideris in corde tuo &c. servaberis.* Ac Ezech. 18. (51) *Si impius se averterit &c. peccatorum ejus non recordabor &c.* Conditio igitur hinc clarè satis expressa est, quæ alibi tacitè semper involuta esse intelligitur.

ista, Si credideris, vel, Si quis crediderit: &c., Si omnes credant. Priore locutione innuitur fieri posse ut hic vel ille credat, sive ut aliqui credant: Posteriore locutione innuitur sententia fieri posse ut omnes credant. At fides, teste Apostolo, non est omnium. 51) Istud exemplum nihil

4. Ad locum 1. Tim. 2. v. 4. *Deus vult omnes homines salvos fieri &c. duo quædam excipis. 1. nullius ibi conditionis mentionem fieri. 2. per omnes homines, non singulos, sed omnis generis homines, intelligendos esse. Ad priorem exceptionem jam modò respondi, quod (52) satis est. Adde tamen, clarioris intelligentiæ causã, non posse non tacitam fidei conditionem hinc (53) subintelligi: etiamsi fortè non universi homines, sed pauci quidam, immò paucissimi, nobis intelligendi essent. Deus enim neminem re ipsa in tempore servat (de adultis loquor) absque conditione fidei, & pœnitentiæ: juxta loca illa S. Scripturæ jam antè citata, & alia ejusdem generis penè innumera. At prorsus eodem modo ab æterno vult, seu decrevit, Deus homines servare, quo re ipsa eos in tempore servat: quia executio decreto ejus planissimè respondet: idq; propterea, quòd decretum semper immutabile sit. Ergo (54) neminem absque hac fidei conditione servare vult Deus: sive jam multos, sive paucos, sive omnes, sive aliquos, servare velit. Itaque hæc ipsa conditio, licet hinc differtis verbis expressa non sit, implicita tamen esse intelligitur: ut quæ (55) alibi sæpius clarissimè exposita sit; immò quæ hinc etiam (56) aliquatenus sub (57) aperta mentione notitiæ veritatis illius salvificæ includitur, ad quam Deus omnes homines pervenire velle dicitur. Atque hoc de priore satis.*

5. Ad posteriorem exceptionem, quæ paulò speciosior videtur, duo respondeo. 1. Satis esse, (58) ad institutum quidem meum principale probandum, si obtineam, Deum saltem omnes (59) vocatos serió velle salvari, (60) si modò credant in Christum &c. Hinc enim abundè constabit, 4. Hic fige pedem. 59) *At ne hoc quidẽ obtinebis ex dicto illo Pauli: quippe quod non loquor de vocatis, sed de electis omnis generis nondum vocatis.* 60) *At quomodo istam conditionem obtinebis ex verbis Pauli, quum in istis nulla illius fiat mentio?*

stabit, voluntatem Dei quandam esse veram & seriam, quæ tamen planè conditionata sit: quæque proinde non semper ex omni parte seorsim impleatur: conditione videlicet deficiente in multis, etiam (61) seriò & absq; simulatione ulla ad salutem vocatis. Hoc enim illud est, quod potissimum hîc probare instituo. 2. Dico Apostolum revera (62) universaliter loqui, de omnibus omnino hominibus, ((63) saltem (64) quomodo ad Christum vocatis) & nō tantum communiter, de quibusvis, sive omnis generis hominibus. Id enim planum est, tum ex ipsa principali Apostoli hortatione, ab initio capitis proposita: quippe quæ sine ullo discrimine ad (65) omnes omnino homines (salvo tamen semper ordine, divinitus hîc præscripto) extendi & potest, & debet. Item ex simili (66) generali appellatione Regum, & omnium magistratum: qui certè universaliter omnes absque ulla exceptione hîc intelligi debent: nisi preces pro iis incertas & dubias, eoque inutiles, ab Apostolo præscribi dixerimus. Tum maximè ex sequenti ἀπολογία, de uno Deo Servatore, & uno Christo Mediatore &c. Quæ sic fanè comparata est, ut sine summa utriusque injuria ((67) respectu quidem conditionatæ promissionis; immò respectu antecedentis, & per se absolutæ, semperque benignæ seu beneficæ, (68) ipsorum voluntatis) ad eos tantum qui re ipsa servantur, præcisè astringi; ab aliis verò omnibus, licet seriò vocatis, simpliciter excludi nulla ratione possit. Qua de re suo loco iterum agendum erit copiosius. Nunc illud sufficiat, aliquot saltem non (69) contemnendas rationes hîc à me obiter allatas fuisse, cur per omnes homines hoc loco, simpliciter & universaliter omnes & singuli (saltem (70) quoquomodo vocati) & non cuiusvis generis, hoc est, aliqui tantum, intelligendi sint. Quum tu contra nullam tuæ expositionis rationem in medium hîc (71) adduxeris; eoque (72) principium non obscure petiveris: maximè quum tuus iste sensus & (73) novus sit (quippe veteri Ecclesiæ, nisi valdè fallor, ante Augustinum prorsus ignotus) & præterea satis (74) improprius: ut qui ab usitatore vocis significatione longè recedat. Interea non nego, vocabulo universali omnes, aut omnia, aliquando in S. literis omnis generis personas, aut res, significari: cum scilicet manifesta ratio tropum subesse ostendit. At talis ratio hîc dari (75) non potest: sicut infra suo loco clariùs demonstrabitur. Interim (76) vide, quæso, quid Benedictus Aretius in comment. suis ad hunc locum annotaverit pro sententia mea. Sed jam ad alia progrediamur.

61) At hinc non sequitur, esse voluntatem Dei conditionatam. nã etsi omnibus quos vocat, seriò mandat ut Evangelio credant: id tamen mandat diverso consilio: nempe ut electos ad fidem adducat, reprobos verò magis inexcusabiles reddat.

62) Qui sit ergo quædam non omnes omnino homines servantur? An igitur id effectum dare non potest?

63) Ecce rursum fluctuas: & tibi ipse è vestigio contradicis, vel certè de eo quod plenis buccis modò affirmaveras, dicens, REVERA universaliter: de eo te dubitare jam significas per voculam SALTEM.

64) Quo autem modo hanc vocem intelligis? Sed quomodocumq; intelligas, sententia falsa est. quia Apostolus hic non loquitur de vocatis, sed de vocandis. Et si loqueretur de vocatis quoquomodo: utiq; loqueretur etiã de vocatis externè solùm. At de his eum loqui, dici non potest: quia alibi docet, Deum velle ut soli internè vocati servantur. Vide Rom. 8. 30.

65) Id est, omnis ordinis: ut sequentia explicant.

66) At nō sequitur, Omnes reges & omnes magistrat: igitur omnes omnino homines.

67) Tenebra. (nes.

68) Quorum?

69) Immò meritò contem-

mnendas. 70) Et quando tandem fluctuare, tibiq; ipse contradicere desines? 71) Adduxi jam in Refut. Parasce. 72) Non petivi principium: quia sententiam meam nudè proposui. 73) At allatus est ab Augustino. 74) Istud nihil derogat veritati. 75) Immò potest. Et jam à me data est in Refut. Parasce. 76) Non est opus.

S E C T I O V.

*An præcepta Dei aliquando ab ejusdem voluntate verè differant.
Item de Desiderio & optatione Dei, quoad conversionem,
& salutem nostram: deq; ratione nostra
obedientia, &c.*

I*bidem Thes. 14.* Quæ autem à nobis fieri vult (Deus) voluntate inab-
solutâ, ea sæpissimè non fiunt: nempe, quoties præcepta ipsius con-
temnuntur: quippe quæ sic à nobis servari vult, ut simul tamen velit ali-
ter evenire posse. Quo sensu rectè dicitur, Deum ordinariè conversio-
nem, & pietatem nostram, optare & desiderare; non autem, ut sic dixe-
rim, necessitare. Vide Deut. 5. v. 29. Psal. 81. v. 14. Esa. 48. v. 18. Ezech. 33.
v. 11. & alibi passim.

N O T A P I S C A T O R I S.

Hic primùm confunduntur 1. præcepta Dei, cum voluntate ipsius.
Deinde implicatur 2. contradictio. Nam si Deus vult (proprie quidem
loquendo) à nobis servari præcepta, fieri aliter non potest, quin illa ser-
vemus: ac proinde Deus non potest simul velle, aliter evenire posse. Tum
quod hic dicitur de Dei desiderio, si proprie intelligatur, 3. Deum omni-
potentem in hominem impotentem transformat: quasi Deus aliquid
desideret, aut velit, quod tamen effectum dare non possit.

In locis autem hic allegatis, tale desiderium Deo tribuitur 4. per ἀ-
σπρωποπαδείων: Excepto loco Ezechielis, 5. qui quidem ad propositum
probandum nihil facit. Neque enim ibi dicitur, Deum velle, ut converta-
tur impius: sed dicitur, Deum delectari, quum convertitur impius.

R E S P O N S I O V O R S T I I.

N O T A E P I S C A T O R I S.

1) At neq; præcepta, neque
promissiones Dei, sunt spe-
cies voluntatis ejus: sed ad-
juncta, videl. testimonia.

2) Falsum hoc est, respectu
promissionum.

3) De præceptis hoc non est
erroneum.

4.5) Non sunt voluntas
Dei, sed testimoniū de illa.

6.7) Non semper vult: sed
interdum pugnant.

8) Non est: ut ostendi in
Ref. Parasc.

1. Hic verò satis evidenter apparet, præcipuas divinæ voluntatis
(1) species per te nobis incertas & ociosas effici. Ut enim suprâ divinas
promissiones, ita hic præcepta Dei, ab ejusdem voluntate, imprudenter qui-
dem, sed falsò tamen & scandalosè, (2) disjungis: atque ita summè con-
sentanea, periculoso admodum ac noxio errore, velut (3) pugnantia dis-
criminat. Quid enim? An tu quæso negas, aut ignoras, præcepta Dei om-
nia (rectè nimirum intellecta) veram esse Dei (4) voluntatem? seu
veram divinæ voluntatis (5) speciem? Num igitur Deus non verè sem-
per ac seriò ea (6) vult à nobis fieri, quæcunque nobis præcipit? Num
præcepta ipsius unquam cum arcana ejusdem voluntate verè (7) pu-
gnant? Et nonne hæc vera (8) hypocrisis, seu dolosa simulatio est, aliquid
seriò

feriò cuiquam præcipere, additâ etiam mortis æternæ comminatione, nisi paruerit, quod tamen ab ipso fieri non (9) velis? immò quod fieri absolutè (10) nolis? (11) Vide quæso, quem nobis Deum imprudens hîc depingas. Saltem considera, quàm iustam & Pontificiis, & Lutheranis, & Mennonitis, aliisque ferè omnibus Christianorum cœtibus, aut sectis, (12) occasionem præbeas, Deum Calvinianum (ut quidem ipsi vocant) horribili modo traducendi. Utinam verò tu, Clarissime Vir, tuique similes, Ecclesiæ nostræ Reformatæ duces & magistri, de hoc (13) scandalo semel abolendo sanctè serioque tandem cogitetis! Multi enim pii & cordati homines hisce dogmatibus (14) offenduntur. Sed ad rem nostram, h. e. ad objectiones, & exceptiones tuas.

13) Scandalum hoc non est datum, sed acceptum: nempe arreptum à ratione humana. data sunt in verbo Dei: ut ostendi in Ref. Parasc.

2. Dicis, in sententia mea contradictionem implicari, qua videlicet statuo, Deum sic velle præcepta sua à nobis servari, ut simul tamen velit, aliter hoc evenire (15) posse &c. Sed quænam hîc, quæso, contradictio est? Non enim idem de eodem in verbis meis affirmatur, & negatur; sed diversum de diverso. (16) Servare enim præcepta, idque liberè, & necessariò servare, plurimùm differunt: tum quia modi isti (17) planè contrarii sunt; tum (18) quia alter actus sine modo efferri potest: enunciatum autem purum, & modificatum, valde diversa sunt. Aliud, inquam, revera est, præcepta Dei liberè à nobis servari: quod verè (19) vult Deus. Aliud, eadem non posse non à nobis servari: quod (20) non vult Deus. Tibi quidem aliter de posteriori hoc membro videtur: nempe fieri non posse, quin nos illa servemus, si quidem Deus (proprie loquendo) ea servari à nobis velit. At graviter hîc erras, mi D. Piscator. Verè enim ac proprie (hoc est, sine omni furore & dolo, sive seriò atque ex animo) præcepta sua Deus etiam ab iis servari vult, qui tamen illa, suo arbitrio (21) abusi, re ipsa non servant: quique proinde non servare, hoc est, violare, ac transgredi, illa (22) possunt; & quidem Deo volente possunt. Fons (23) erroris tui est, quòd nullam in Deo voluntatem agnoscis conditionatam, sive in absolutam: (24) eoque nullam revera contingentiam, aut arbitrii libertatem, nobis relinquis: prout infra patebit. Sciendum verò tibi est, Deum à nobis exigere (25) voluntariam ac liberalem obedientiam, hoc est, verè liberam, sive ad (26) opposita per se ac suâ naturâ vertibilem; non autem (27) absolutè necessariam, sive (28) prorsus indeclinabilem, atque inevitabilem: eoque sic velle à nobis præcepta sua servari, ut simul tamen velit, eadem (29) posse à nobis non servari. Nempe,

non est vertibilis suâ naturâ ad bonum spirituale. nostram spectes.

9. 10) Nempe tu homo. Sed quid hoc ad Deum, summâ potestate præditum?

11) Immò tu vide, quomodo Deum in hominè transformes.

12) Non ideò dissimulanda est veritas, si malevoli aut imperiti occasionem inde arripiant traducendi illâ. Considera exemplum Pauli Rom. 9.

14) Non jure: quia funda-

15) Non attendi ad istud verbum posse. Quod si tollas, vera erit mea nota.

16) Aberras hic à proposito.

17) Non planè: sed tum demum quum per rō necessariò intelligitur coactè.

18) Sed quid hoc ad rem?

19) Nempe si per rō liberè intelligas voluntariè, sero non coactè.

20) Immò vult de quibusdam: nempe de omnibus illis qui ea servant.

21) Ergone Deus arbitrium hominis non potest gubernare & dirigere ad usum rectum? Si potest; ut verè potest: & vult; ut tu dicis: certè facit. id quod tu tamen negas.

22) Fateor posse, si spectes ipsorum naturam.

23) Immò fons erroris tui est, quòd fingis voluntatem in Deo conditionatam.

24) Nego consequentiam. Vide Ref. Parasc.

25) Quasi ego istud negem!

26) Hoc non est verum negem: quia jam post lapsum voluntas hominis

29) Nempe si naturam

27. 28) Quasi verò ego hoc doceam!

C

30) *Nego connexum: quia liberè servat, qui voluntariè servat: et si ad voluntariè servandū voluntas ejus non sit vertibilis naturā suā, sed tantūm ex gratia Dei.*

31) *Falsum hoc est. quia talis libertas Deo propria est.*

32) *Et cur non sumerem, quum axioma istud fundatum sit in omnipotentia Dei?*

33) *Scilicet.*

34) *Immò rectè, videl. ex recto usu loquendi.*

35) *Sophistica expositio. Vox propriè in mea nota idem valet quod absque tropo.*

36) *At istud ad obedientiam in aliis efficiendam non sufficit: sed insuper requiritur potentia flectendi cor.*

37) *Falsa expositio. nam ista non equipollent. quippe possunt quidem homines omnia omnino sibi absolutè possibilis facere: at non possunt omnia omnino impedimenta obedientia tollere, quia nō possunt tollere contumaciam cordis: nec possunt omnia contraria incitamenta adhibere, quia nō possunt incitare cor ad obediendum.*

38) *At unde istud probas? Immò scriptura diversum modum tradit: nempe quòd illis qui obediunt, det cor ad obediendum, Deut. 29, v. 4. Et quòd nemo possit obedire, nisi ipse traxerit eum, Joh. 6. v. 44.*

quia liberè servare illa non possemus, (30) nisi Deus ad oppositum faciendum potentiam liberam & expeditam nobis relinqueret. Liberum enim hīc dicitur, quod non tantūm à coactione, ac simul externa violentia; sed etiam à (31) præcisa alterius causæ determinatione, ac naturali necessitate, immune est. Itaque prorsus omnia hīc consonant. Tum demum autem *contradictio* in verbis meis notari posset, si dicerem, Deum velle, ut inevitabiliter ac necessariò præcepta sua servemus: adeo que hoc ipsum immutabiliter decrevisse, ut præcepta sua non servare non possimus: & simul tamen velle, ut eadem liberè transgredi possimus. Atqui hoc paradoxon à verbis, simul & mente mea, prorsus alienum est. In tua verò objectione μέγα λίσαν αίτημα est: & quidem cum aperta principii petitione conjunctum: quia sine omni probatione, tanquam utrinque confessum, tibi (32) sumis illud ipsum axioma, quod præcipuum hujus loci κεινόμενον est: videlicet, fieri non posse, quin præcepta Dei ab iis serventur, à quibus illa Deus verè ac propriè servari vult. Cujus oppositum deinceps amplius demonstrabo: tametsi abunde à me jam (33) demonstratum esse credo.

3. *Contra desiderium, sive optationem Dei, quod objicis, id totum ex eo facile refellitur, quòd rem ipsam non rectè ex mente Spiritus S. (cujus ego phrasin hīc fideliter expresseram) sed ex opinione tua præconcepta (34) perperam nobis describas. Neque enim divina optatio, seu majoris optativa voluntas, licet propriè accepta (juxta (35) Dei scil. proprietates) ullam veram in ipso impotentiam arguit. Non enim humanæ optationi per omnia similis est; sed in multis dissimilis: & speciatim in eo ipso, quod hīc attingis. Quod ipsum tamen ne humane quidem, licet infirmæ, optationi essentialis, ac perpetuum est. Multa enim homines interdum ab aliis fieri optant, quæ quidem ipsi effecta dare absolutè ac simpliciter possent, si quidem universas huc vires suas conferre vellent. V. g. Possent interdum parentes à liberis, item magistratus à subditis, ea quæ exigunt, simpliciter obtinere, (36) si omnia omnino sibi absolutè possibilis facerēt: (37) hoc est, si omnia omnino impedimenta obedientiæ tollerent, & omnia contraria incitamenta perpetuò adhiberent; denique si opes, vires, & facultates suas omnes ad extremum usque gradum huc converterent. Sed quia plerumque liberam aliorum obedientiam hīc intervenire volunt, idcirco non tam intensè agunt, quàm agere absolutè possent: verum efficaciam ex sua parte temperant, & quasi suspensio gradu, seu remissa quadam voluntate, ad opera illa obedientiæ alienæ ita concurrunt, ne aliis necessitatem parendi inevitabilem afferant. Ad (38) eundem modum, in hoc eodem rerum genere, nobiscum agit Deus.*

Deus.

Deus. Qui quidem, absolutè loquendo, in omnibus effectum id dare posset, quod ipsis præcipit, si totam obedientiæ nostræ rationem immutare, & absolutam omnipotentiam suam hîc occupare vellet. At quia *voluntarium*, (39) planèque *liberum*, immò liberalem, cultum à nobis desiderat; nec proinde (40) irresistibilem non peccandi necessitatem afferre cuiquam cogitat: Idcirco *gratiæ* suæ concursum, seu spiritus & verbi sui efficaciam, ita naturæ (41) attemperat, ne de vera *arbitrii nostri* libertate, semel olim naturæ humanæ (42) indita, ipse aliquid detraxisset; adeoque naturam nostram per gratiam suam (43) delevisset, hoc est, se ipsum in operibus suis oppugnasset, jure videatur. Immò ne alioqui à (44) scopo suo principali aberrasset, ac proinde *insipienter* quidquam instituisse, tandem deprehendatur: si videlicet obedientiam nostram, quam verè liberam, & proinde (45) evitabilem, sive mavis omiffibilem, esse volebat, ipse contrà (46) merè necessariam, atque in omiffibilem, sive indeclinabilem, ex sua parte efficiat. Quod absit. Hîc enim locum habet illud vulgò (47) notum:

Ἡ χάρις ἀλλάζει πλὴν φύσιν ἔδωκεται.

Quod latinè fortasse rectiùs, saltem ad rem nostram accommodatiùs, ita reddemus:

Perdere naturam gratia nulla potest, vel solet.

Etenim gratiæ proprium est, naturam non destruere, sed perficere; non suffocare, sed exornare; non opprimere denique, sed in altiore gradum evehere &c. Atqui periret aliquatenus natura hominis, putatio humani arbitrii (saltem qualis in hoc seculo est, & esse debet) (48) si Deus obedientiam liberam ab homine flagitans, eandem tamen inevitabiliter ab ipso præstari vellet: eoque irresistibili quadam virtute ipsum huc impelleret, sive ad hanc præstationem absolutè ipsum necessitaret. Sic enim obedientia hominis (49) non verè libera, sed (50) planè necessaria esset: neque (51) ulla ipsius hominis, sed solius Dei, actio hîc locum haberet: ac proinde nec (52) præmium illi justum ac rationabile propter obedientiam statui posset: uti nec similis (53) pœna ob contrariam inobedientiam &c. Quæ omnia prorsus (54) infana & absurda esse, nemo non videt. Tantum igitur absit, ut (55) hæc agendi ratio Deum omnipotentem in hominem impotentem transformet, ut potiùs summam Dei potentiam, simul & sapientiam, egregiè nobis ostendat. Dum enim Deus

C 2

na. 51) Immò aliqua, nempe conversio voluntatis, sed à Deo effecta. 52) Immò præmiū ac volens, licet non obediat viribus lib. arbit. 53) Immò pœna justa: quia detrectat domino & creatori: quam debebat posse præstare, quum vires ad præstandū in creatione suā perdidit. 54) Nequaquam. 55) Quod ego dixi de desiderio Dei propriè intellecto, tu hic trāsfers aliò. id quod sophisticum est, nempe declinare à quæstione proposita.

39) Requirit quidem Deus à nobis cultum voluntarium, sed non liberum PLANE, id est, talem ad quem nos per vires lib. arb. tam possimus convertere, quàm ab illo avertere.

40) Sanè homo potest resistere mandatis Dei, atq; etiam resistit, quamdiu sibi relinquitur: at operationi Dei ad obediendum flectenti cor ejus, resistere non potest. Et talem nō peccandi necessitatem affert Deus omnibus qui non peccant, ac proinde eandem eis afferre cogitat. (ptura?)

41) At ubi hoc docet Scri- 42) Sed per lapsum amissa in bonis spiritualibus.

43) Quasi verò natura nostra deleatur, quum negatur eam sine gratia se posse convertere ad bonum spirituale!

44) Quem verò scopum tu hîc intelligis?

45) Nempe respectu nostræ naturæ.

46) Falsa & calumniosa hypothesis: quasi scil. ego hoc doceam.

47) Sed ubi scriptum?

48) Nego connexum. nam etsi homo operationi Dei cor ejus ad obedientiā flectenti resistere, non potest: tamen quum obedit, liberè & voluntariè obedit.

49) Immò verè libera: id est, voluntaria.

50) Non planè: sed tantum respectu operationis divini justum: quia obedit lubens obedientiam præstare suo acceperit, quas ipse culpā

56) Falsa hypothesis. quasi arbitrium nostrum post lapsum adhuc salvum sit. Immo Deus in conversione nostri voluntatem nostram corruptam & à bono spiritali aversam instaurat.

57) Et cur hanc conservationem sapientia potius tribuis quàm potentia?

58.59) Nego consequentiã.

60.61) Ergone duplicẽ statuis Dei potentiam & sapientiam & bonitatem: unam scil. veram, alteram non veram?

62) Hæc Deo per ἀνθρωποπάθειαν tribuuntur.

63) Falsa expositio. nam propriè in mea nota idem valet quod absque tropo.

64) At ubi scriptura tribuit Deo talem voluntatem? An non rursus Deum in hominem transformas?

65) Hanc suis locis satis refutavi. Et quomodo conditionata voluntati convenit cum desiderio atque optatione? Quasi scil. Deus sed sub hac conditione, si illi rem desideratam atque

66) Ergo secundum quid. Quatenus igitur?

67) Quidnã includam: quum ipsa illa voces includant? Quid enim est desiderare atq; optare rem aliquam, nisi cupere ea potiri; potiri autem jam non posse, quia viribus destitueris ad illam jam acquirendam nam certè qui rem desideratam atq; optatã acquisi-

vit, eãque jam potitur, is desiderare & optare desinit. 68) At quis est ille modus? Et nunc proprii sermonis statuis diversos modos? Profer igitur illos. 69) At istud pugnat cum desiderii natura: ut paulò antè ostendi. 70) At talis appetitio non dicitur propriè desiderium vel optatio.

obedientiam ac pietatem nostram optat ac desiderat, idque nobis in verbo suo revelat, certè & liberũ arbitrium se nobis dedisse, (quod summæ potentia est) & (56) salvum idipsum in conversione nostri conservare posse, (quod summæ (57) sapientia est) non uno modo declarat. Tolle contrã veram Dei optationem, ac desiderium, in hoc rerum genere: (58) & statim (60) veram Dei potentiam, (61) veramque sapientiam (addo & veram bonitatem) admodum hinc obscuraveris: quum nullarum virtutum excellenter, ut quidem Deo dignum est, in eo conspicuam sese exhibere possit, (59) si Deus hominem aut prorsus convertere ac servare nolle, aut irresistibili quadam vi ad pietatem & salutem pertrahere dicatur: prout intelligenti, & seriò rem perpendenti, facilè constare potest. Hæc igitur vera divina optationis & desiderii ratio est: de qua clarè satis agitur in S. literis, tum passim alibi, tum speciatim in locis à me citatis, Deuter. 5. Psal. 81. Esa. 48. &c. Hæc eadem (62) divina spei, sive expectationis, item patientia, & similibus quasi affectuum, in Deo verissima causa est: de quibus Genes. 6. Luc. 13. & 1. Pet. 3. & alibi videre licet. Hinc denique profluunt tot, tamque varia, ipsius Dei ad homines instituta hortationes, sollicitationes, & quasi rogationes; item exprobrationes, obtestationes, objurgationes, & alia similia impulsorum ad pietatem genera, planè per se moralia. Sed quæ omnia prorsus inania, & penè ridicula forent, si nullus desiderio, optationique divinae, etiam propriè dictæ (hoc est, (63) verè approbanti quidem, sed non continuò efficienti; seu certæ quidem ac seriae, sed (64) remissiori tamen, ac (65) conditionatæ voluntati) locus in his talibus esset: contrãque omnia prorsus absoluta, & efficaci, sive irresistibili, Dei voluntate contingerent, cui scilicet nemo vel tantillum refragari posset: ut tua quidem fert sententia.

ita apud se cogitet, Desidero atque opto omnium hominum conversionem & salutem: se vi lib. arb. velint ad me convertere. Immo qui aliquid desiderat atque optat, is in optatam fertur simpliciter, absq; ulla conditione.

4. Dicis, in locis à me citatis (excepto tamen loco Ezechielis, de quo statim infra) desiderium Deo tribui non propriè, sed per ἀνθρωποπάθειαν. Quod ego quidem (66) non simpliciter nego: si præsertim defectus & infirmitates humani desiderii sub illa desiderii divini voce semper (67) includeris. Alioqui nihil vetat, Deo verum aliquod, & suo (68) modo propriè dictum, desiderium attribui, quod ab omni imperfectione penitus (69) segregatum sit: quippe in quo vera & propria quædam, seu mavis, formalis, actio voluntatis est, (puta (70) rationalis appetitio boni alicujus, ab intellectu propositi &c.) quæ obedientiam & justitiam, non modò in no-

68) At quis est ille modus? Et nunc proprii sermonis statuis diversos modos? Profer igitur illos. 69) At istud pugnat cum desiderii natura: ut paulò antè ostendi. 70) At talis appetitio non dicitur propriè desiderium vel optatio.

dò in nobis semper approbat; verùm etiam à nobis ferio (71) exigit: ita tamen, ut eandem (72) ordinariè quidem) in nobis absque (73) nobis operari nec velit, nec soleat: hoc est, ut eam in nobis (74) invitis, ac reluctans, efficere nolit: denique ut eam per modum (75) physicæ impressionis, aut irresistibilis (76) infusionis, nequaquam in nobis necessitet; sive ut (77) absolutam & ineluctabilem ejus præstandæ necessitatem minimè nobis imponat. (78) Moraliter enim hîc nobiscum agit Deus, per hortationes, suasiones, promissiones, comminationes &c. quæ omnes agendi rationes sic comparatæ sunt, ut, absolutè loquendo, iis resistere (79) possimus. Non autem (80) physicè, per (81) naturales infusiones, aut impressiones ejusmodi qualitativas, ut sic dixerim, seu potiùs (82) Enthusiasticas, ac (83) Manichaicas, quibus obsistere nullo modo queamus.

77) Quasi ego hoc doceam? 78) Sed non tantùm. nam insuper agit hyperphysicè & 79.80.81.82.83) Hæc omnia mihi falsò imputantur.

Ἀνδρῶν ποταθείων igitur (84) aliquam hîc non nego: si modò ipsa intra limites suos contineatur, nec ad ea, quæ re vera in Deo sunt, obscuranda aut neganda temerè extendatur. Verè enim alioqui (85) desiderat ipse Deus obedientiam nostram: (86) quia verè eam (87) appetit, & approbat, vereque ea per se delectatur, denique verè ac ferio à nobis eam præstari postulat: sic tamen, ut eandem generosam ac nobilem eoq; (88) verè liberam ac (89) contingentem, esse velit, & non (90) absolutè necessariam, seu (91) prorsus inevitabilem. Quare etiam gratiam horum necessariam ac sufficientem, immò sæpe plusquam sufficientem; non (92) tamen præcisè necessitantem, sive irresistibiliter impellentem, ordinariè (93) nobis suppeditat: atque ita obedientiam ipsam in piis omnibus, actu (94) obedientibus, re ipsa efficit; in aliis autem, (95) quoquomodo vocatis, etsi re ipsa non efficit, efficere tamen (96) cupit: (97) quia in (98) omnibus eam ex animo semper optat & desiderat: prout in (99) locis à me citatis evidenter apparet.

92) Petitio principii. 93) At num omnibus hominibus? 94) Sed num obedientibus igitur statuis modos vocationis? 96) Ergo dicendum tibi erit, quòd non possit. 97) Petitio principii. 98) Ergo etiam in iis quos nullo modo vocat. 99) Desistis locis vide supra.

5. Negas, locum Ezechielis (cap. 33. v. 11.) Nolo mortem peccatoris &c. facere ad propositum meum probandum. Immo negas, ibi scriptum esse, Deum velle, ut convertatur impius &c. Sed in utraq; negatione (quod pace tuâ dixim) admodum graviter (100) impingis: immò in posteriore tibi ipsi tacitè (101) contradicis. Fateris enim, ibi scriptum esse, Deum delectari, quum convertitur impius. Annon autem hujusmodi delectatio Dei, est vera (102) species divinæ voluntatis? Annon saltem hanc illa præ-

71) Confundis volitionem cum mandato.

72) Quid hac voce intelligis?

73) Attamen absq; ultro- neo cordis nostri motu: oportet enim nos trahi, Johan. 6.

74) Quid igitur opus est tractu?

75) Istud nihil ad meam doctrinam.

76) An igitur homo Deo gratiam infundenti potest resistere, eamq; impedire?

divinè eam iis quos con-

84) Quotuplicem igitur statuis ἀνδρῶν ποταθείων?

85) Petitio principii: si per tò verè intelligis propriè. Si aliud: deflectis à questione.

86) Nego consequentiam.

87) Sed num appetit (id est, dare vult) eam omnibus hominibus?

88) Sed num ita liberam, ut proficiscatur ex nostris viribus?

89) Nempe respectu natura nostra: at non respectu decreti divini.

90.91) Quasi ego istud doceam.

vi lib. arbitrii? 95) Quot 98) Ergo

Petitio principii.

100.101) Nego.

102) At non est voluntas convertendi quemlibet impium, de qua hîc est questio.

- 103) Sanè quum aliquis re aliqua delectatur, tum eã vult. Atq; ita Deus quum delectatur conversione impii, eam vult. Sed hinc non sequitur, Deum velle ut convertatur impius quilibet.
- 104) Non omnes: quia Tr. & Jun. declararunt per verbum delectandi.
- 105) Non est nova: quia ante me allata. Et satis est esse veram.
- 106) At istius significatio nis nullum exemplum afferri potest.
- 107) Immò non potest aliter verti. nam ad verb. est, In convertendo: quo Hebraismo notatur tempus: quod Latini exprimunt per adverbium Quum.
- 108) Istud nihil præjudicat veritati.
- 109) Ista ratio nihil probat. dedit singulis gratiam ut convertentur: quum sine ipsius gratia converti nemo possit? 111) At hinc non sequitur quòd optaverit ut omnes converterentur. 112) Neque inde sequitur illa optatio. Nam hortationum & promissionum divinarum conditionalium diversi sunt fines: unus, ut electi ad obedientiam adducantur: alter, ut reprobi magis reddantur inexcusabiles. 113) Quid tum postea? An hinc concludes, particulam illam rectè verti per ut? 114) Quasi verò
- 115) Hoc consequens corruit, everso antecedente.
- 116) Hac ratio nihil probat.
- 117) Luc. 15. 10. hoc non dicitur de Deo, sed de angelis Dei.
- 118) Et quis est ille scopus? An ut quilibet peccator convertatur?
- 119) Sed non propriè loquendo.
- 120) Id est, vult ut suo tempore eveniat. Nempe in illis in quibus tandem evenit: non autè in omnibus in quibus evenire posset, si Deus vellet. 121) Inde hoc tantum concludi potest, quòd illi suã culpã sibi mortem atrahant. Ubi & hoc notandum: non esse hic sermonem de morte & vita aterna, sed de temporali: ut percipitur ex v. 2. 3. 4. & 6. Item Ezech. 18. v. 2. & 13.
- supponit? Num enim aliquis ea re delectari potest, quam non verè (103) vult? Immò annon (104) omnes V. T. interpretes, unaque cum ipsis hebraei lexicographi, verbum *chapetz* (sive Deo, sive hominibus attribuat) per verbum *volendi*, hucusque semper declararunt? Exempla certè passim obvia sunt. Psal. 1. & 40. & 51. & 115. &c. Vide igitur, quàm tua negatio saltè (105) nova sit & insolens. Neq; verò particula *Be* in verbo *Beschub* (hanc enim rationem tacitè insinuas) hinc magis tibi favet, quàm ipsum verbum *chapetz*. Illa enim pro variis locorum circumstantiis variè passim accipitur: Et propter has ipsas multò rectiùs per (106) *ut*, quàm per (107) *quum*, hoc loco convertitur: sicut etiam (108) plerique doctissimi interpretes (quos ego quidem audire, aut videre potui) hæcenus eam hinc verterunt. Agitur (109) enim hinc de speciali *objecto* divinæ voluntatis, seu mavis delectationis: & eo quidem tunc nondum præsentè, quum Deus ista diceret; sed futuro tantum, seu potiùs de eo, quod Deus futurum (110) optabat: sicut in primis ex verbis immediatè sequentibus apparet: ubi Deus ipse impios ad conversionem seriò (111) hortatur, & quidem (112) propositã spe certæ salutis, si modò paruerint. Adde, quòd eadem particula in eodem versu à te ipso sic conversa fuerit in voce *Bemot*, ut (113) *objectum* divinæ delectationi contrarium clarè significet. Quare in hoc altero membro, quod priori oppositum est, (114) similiter convertenda fuerat.
- 110) Si Deus optabat ut quilibet impius in illo populo converteretur: qui sit quòd non converterentur: quum sine ipsius gratia converti nemo possit? 111) At hinc non sequitur quòd optaverit ut omnes converterentur. 112) Neque inde sequitur illa optatio. Nam hortationum & promissionum divinarum conditionalium diversi sunt fines: unus, ut electi ad obedientiam adducantur: alter, ut reprobi magis reddantur inexcusabiles. 113) Quid tum postea? An hinc concludes, particulam illam rectè verti per ut? 114) Quasi verò
- Ut nihil jam certius esse possit, quàm Deum hoc loco sanctè (115) testari, (idque adhibito juramento) se revera velle, ut impii convertantur, utque sic conversi vivant. Quod quidem re ipsa nihil aliud est, quàm illorum conversionem, & salutem æternam, verè optare ac desiderare. Gaudet (116) enim (117) Deus verè super conversione unius peccatoris, Luc. 15. (multo que magis super conversione plurium) quippe quæ & bonitatis seu *φιλανθρωπία* ipsius, verè consentanea fit, & ad (118) primarium scopum Evangelicæ gratiæ unicè destinata sit. Porrò super quo Deus verè gaudet, quodque vehementer ipsi per se placet, idem verè vult: aut, si nondum adest, (119) verè (120) desiderat: ut quidem hoc loco sese res habet. Quare etiam (121) *exprobratio* illa, sive mavis *exprobrativa* interrogatio,

rogatio,

in quibus evenire posset, si Deus vellet. 121) Inde hoc tantum concludi potest, quòd illi suã culpã sibi mortem atrahant. Ubi & hoc notandum: non esse hic sermonem de morte & vita aterna, sed de temporali: ut percipitur ex v. 2. 3. 4. & 6. Item Ezech. 18. v. 2. & 13.

rogatio, ab ipso Deo hinc adjecta fuit: *Ut quid moriemini domus Israël?* Quasi dicat: Quænam hæc vestra dementia est, quod mortem potius, quam vitam eligitis? peccatis ac flagitiis, scilicet, securè nimis ac protervè indulgendo? (122) quum per me certè non stet, quò minùs convertamini, & sic vivatis: ut qui salute vestrà delecter; eoque conversionem vestram feriò desiderem, & per (123) moralia omnis generis auxilia (124) sufficienter hucusque procurem: nisi quòd (125) naturalem arbitrii vestri libertatem planè tollere, ordinemq; semel à me ipso sancitum immutare, haud immeritò recusò &c. Hanc veram hujus loci sententiam esse, omnes ejusdem peristases plusquam sufficienter evincunt. Unde jam tandem apparet, verum conversionis, & porrò salutis nostræ, desiderium hinc Deo re ipsa, & suo modo propriè, attribui. Id quod præcipuè mihi probandum erat.

122) Falsa expositio.

123. 124) At moralia auxilia ad conversionem non sufficient.

125) Falsa hypothesis: quasi naturalibus viribus possumus nos convertere ad bonum spirituale moraliter ostensum.

SECTIO VI.

An Deus aliquo modo peccata velit à nobis fieri.

P Ag. 58. Thes. 16. Peccatum nullo modo Deus ab aliis fieri vult.

NOTA PISCATORIS.

Si Deus peccatum nullo 1. modo fieri vellet, non permetteret 2. fieri, sed impediret: quum impedire possit.

RESPONSIO VORSTII.

1. Thesis mea ipsa seipsam satis (1) explicat: quippe quæ in posteriore parte, à te tamen omiſſa, permissionem peccati, & quidem voluntariam, Deo apertè tribuat: & phrasin illam generaliter negantem (nullo modo fieri vult) ad (2) species approbantis, & efficientis, Dei voluntatis, non obscure adstringat. Sic enim verba mea integrè habent: *Malum morale, seu peccatum, neq; efficit, neq; approbat, neq; precipit, neq; suadet, hoc est, (3) nullo modo ipse facere, aut ab aliis fieri vult Deus: sed odit, prohibet, disuadet, punit &c.* Ubi ex ipsa sententiarum serie planum est, hæc posteriora verba cum illis prioribus (4) exegeticè cohærere; immo sensum illorum ex (5) istis simpliciter petendum esse: ac proinde non de permissiva, neque de gubernativa aliqua Dei voluntate, quæ utraque paulò post à me ipso disertè hinc asseritur; sed de efficaci tantum (attamen latè sumpta, ita ut etiam approbativam, & præceptivam &c. in se comprehendat) hoc loco tractari. Porrò juxta hunc sensum rectissimè dici, Deum peccata nullo modo fieri velle, satis ex iis Scripturæ locis elucet, quæ Deum verè peccata odif-

NOTÆ PISCATORIS.

1) At ista explicatio evertit thesin. nam si Deus volens permittit ut peccatum ab aliis fiat, vult igitur ut fiat. nam nisi vellet, non permetteret.

2) Immò adstrictio tua alias species commemorat. dicis enim, Nullo modo, neq; physicè, neq; ethicè. At hæc restrictio ipsa quoq; thesin evertit. quippe promissio est modus volendi physicus, quatenus est actio voluntatis: & est etiã modus volendi ethicus in thesi proposita, quatenus occupatur circa objectum ethicum, nempe peccatum.

3) Sed cur hic omittis illa verba, Neq; physicè, neque ethicè? hæc à te omittuntur. 4) Sed istud te non juvat: quia cum illa quæ sequuntur, & hic à te omittuntur. 5) Non simpliciter existis: quia etiam ex sequentibus.

que ethicè. *An olfecisti per illa everti tuam thesin?* 4) Sed istud te non juvat: quia cum illa quæ sequuntur, & hic à te omittuntur. 5) Non simpliciter existis: quia etiam ex sequentibus.

se, seriò prohibere, ac severè punire velle, perspicuè testantur, Exod. 20. Psal. 5. & 11. Zach. 8. &c.

6) Non effectivam, sed tamen efficacem, latè sumto vocabulo. Neq, enim doceo, Deum permittendo efficere peccatum: sed doceo, quum Deus permittit peccatum, fieri aliter non posse, quin fiat peccatum.

7) Eò igitur differam responsionem.

8) An igitur statuis voluntatem aliquam Dei non veram?

9) At quomodo ista duo possunt divelli, quum sint relata?

2. Haectenus igitur sententiæ nostræ non malè congruunt: si quidem in solis verbis hæreamus. Inter quas tamen re ipsa plurimùm interesse, postea suo loco clarè liquebit, quando ad ipsam divinæ *permissionis* descriptionem veniemus. Hanc enim tu, cum aliis quibusdam Doctoribus nostris, revera in (6) effectivam, sive *energeticam*, Dei voluntatem transformas: per quam, scilicet, Deus homines ad peccandum inevitabiliter destinet; atque ita efficaciter ipsa peccata decernat, imò etiam ita procuret (sic enim loqui soles) ut fieri aliter non possit, quin homines hujus decreti vi peccent. Talem autem ego peccati *permissionem* Deo minimè tribuendam puto: quippe quam & justitiæ, & sapientiæ, & bonitati divinæ, planè repugnare; adeoque toti Religioni contrariam, sive omni veræ pietati pestiferam esse firmissimè credo: prout (7) infra, cum Deo, facilè probabitur. Ubi & illud pleniùs exponetur, voluntatem Dei (8) veram in ipsa quidem permissione, (9) non autem in re permessa, hoc est, in ipso peccato, efficaciter occupari: nec proinde ex eo, quòd Deus peccata fieri permittit, ipsum hæc fieri velle, ullatenus concludendum esse.

SECTIO VII.

Iterum de voluntate Dei conditionata, &c.

NOTA PISCATORIS.

P Ag. 61. Thes. 23. & 24. Hic rursus stabilitur voluntas Dei conditionalis, & desiderium. Vide suprà notas ad pag. 58.

RESPONSIO VORSTII.

NOTÆ PISCATORIS.

1) Sed non rectè intellecto.

2) Notetur igitur.

3) Nempe propriè dictum.

Quum nihil hîc à te novi afferatur, remitto & ego Lectorem ad ea, quæ suprà pro voluntate Dei *conditionata*, proque ejusdem vero *desiderio*, in negotio nostræ salutis, ex ipso Dei (1) verbo diserui. Tantùm moneo, ut hæc utraque mea thesis, quam hîc allegas, ac perstringis, non modò seorsim per se diligenter consideretur; sed & cum iis, quæ suprà disputata sunt, quæque in notis meis ampliùs exposui, sedulò conferatur.

Ita veritas earum clarè satis elucescet. Interim (2) notatu dignum est, te nec voluntatem conditionalem, nec (3) desiderium in Deo revera ullum agnoscere.

SECTIO

S E C T I O V I I I.

De voluntate Dei antecedente, & consequente.

P Ag. 62. Thes. 27. Voluntas Dei, præsertim in negotio salutis, alia est *antecedens*, alia *consequens*. Illa omnem circumstantiarum, quæ creaturis superveniunt, respectum antecedit; atque ex ordine bonitatis, & sapientiæ suæ, creaturis omnibus, partim simpliciter, partim conditionaliter, bene vult. Simpliciter, quatenus salutem istarum per se probat, eaque delectatur: Conditionaliter, quatenus implicatam habet obedientiæ nostræ conditionem. *Hæc* absolutè & præcisè, ex adjunctione circumstantiarum, aliis quidem *per se* vult salutem: aliis verò *per accidens* damnationem. Quomodo bonus Judex, aut Magistratus, nulla quidem scelera vellet esse in Republ. nec ullius civis interitu *per se* delectatur, antecedente voluntate: maleficos tamen, quæ tales sunt, consequente voluntate omnino punire vult: quos alioqui servare mallet, simpliciter consideratos, absq; maleficii circumstantia. Vide Damascenum, & Ludo. Molinam &c.

N O T A P I S C A T O R I S.

Distinctio ista voluntatis Dei 1. falsa est, nec ullum in S. Scriptura 2. fundamentum habet. Fundata est autem (ut apparet) in falsa comparatione Dei cum bono magistratu. At maxima hîc sese offert 3. dissimilitudo. Nam bonus magistratus tenetur bene velle subditis suis omnibus: quia ad hoc obligatus est, per Dei præceptum, *Diliges proximum tuum, sicut te ipsum*. At Deus non tenetur omnibus hominibus bene velle. Immò nulli tenetur bene velle: quia nemini obligatus est. Deinde bonus magistratus non potest subditorum animos flectere ad probitatem, ut per eam bene iis sit: nec ipse, propter quorundam improbitatem, necesse habeat supplicio eos afficere velle: Quod tamen faceret, si posset. At Deus potest omnium hominum voluntates flectere ad pietatem; atque ita salute æternâ dignos eos reddere. Istud autem non facit in omnibus; sed tantum in quibusdam. Autoritas 4. *Damasceni*, & cujuscunque alterius Doctoris Ecclesiastici, aut Scholastici, nullam habet vim ad probandum dogma fidei Christianæ. Porrò distinctio illa pugnat cum voluntatis divinæ 5. immutabilitate, ut patebit intelligenti, & consideranti. Et falsò dicitur, Deum quibusdam hominibus damnationem *velle per accidens*. Vult enim illam 6. *ex proposito*, ut patet ex dicto Salomonis, *Omnia fecit Deus propter se ipsum, etiam impium ad diem mali*. Prov. 16. v. 4.

d

NOTÆ PISCATORIS.

- 1) At quamnam est illa recta acceptio?
- 2) Certè ex mente Damasceni intellecta, falsa est.
- 3) Ergo fateris, in illa fundatam esse ex parte.
- 4) Propriè loquendo nõ voluit parcere: nam pepercisset. Sed significavit tantum, se velle parcere, si mundus ille resipisceret.
- 5) At sicut notitia peccatorum in Deo aeterna est, sic etiam voluntas puniendi. Ergo non tum demum voluit mundum illum perdere, quum ille actu impoenitens evasit.
- 6) Promiserat quidem, se eos introducturum, sed sub conditione obediētia, Exod. 23. v. 20. & seqq. Promissio autem non est cum voluntate confundenda.
- 7) At si antea voluit, postea noluit: fatendum erit, voluntatem mutasse.
- 8) At antea hoc retulisti ad ipsum actum impoenitentia qui accidit in tempore. Et sic mox iterum.
- 9) Scilicet voluntate humana.
- 10) Nempe intelligis singulos, at isti non intelliguntur in loco allegato.
11. 12) Ubi verò hac distinctio fundata est? Et quomodo convenit cum altera? Et quo sensu istas voces accipis?
- 13) Nempe intelligis omnes homines. at scriptura nusquam testatur, Deum desiderare omnium hominum salutem.
- 14) Cur non annotasti versiculos?

I. Distinctionem hanc (modò (1) rectè accipiatur, ex (2) eorum mente scilicet, qui hæctenus eam usurparunt) neque falsam esse, neque in (3) sola illa comparatione Dei, & boni magistratus, fundatam esse; adeoque verum in Scriptura, simul & Dei natura, fundamentum habere, vel ex sequentibus duobus argumentis satis intelligi potest. I. Exempla non pauca continent hujus duplicis voluntatis, quæ in S. literis expressa sunt. Verbi gratia: Genes. 6. (4) voluit Deus antiquo mundo parcere, voluntate quadam simplicis φιλανθρωπίας, ac proinde omnem futuræ impoenitentiaæ humanæ respectum antecedente: hac conditione tamen accedente, siquidem mundus ille resipisceret. At voluntate consequente, quæ (5) notitiam peccatorum subsequitur, voluit eundem jam actu impoenitentem perdere. Sic Exod. 32. v. 10. & Num. 14. v. 23. & 29. (6) testatur ipse Deus, se populum illum Israël, quem ex Ægypto recenter eduxerat, in terram promissam introducere voluisse, idque facturum se jurasse: sed jam, peccatis ipsorum irritatum, facere id (7) nolle, contraque in deserto ipsos perdere velle. Hic prior voluntas est antecedens; posterior consequens: quia illa liberum populi actum præcedit; hæc aliquatenus sequitur, puta respectu divinæ (8) præscientiæ. Sic 1. Sam. 2. v. 30. & seqq. voluit Deus antecedente voluntate Sacerdotii dignitatem in familia Eli continuare. At consequente voluntate contrarium voluit, postquam videlicet ipsius Eli, & præsertim filiorum ejus, peccata & scelera respexit. Sic etiam 1. Sam. 13. v. 13. regnum Saulis in seculum stabilire voluit, voluntate antecedente. Sed eundem tamen regno deturbare voluit, (quod & fecit) voluntate consequente. Sic Matth. 22. & Luc. 14. omnes invitati ferè vocantur ad nuptias, antecedente voluntate: qui postea tamen ob contemptum beneficium indigni eo declarantur, voluntate consequente. Sic Matth. 23. (9) voluit Christus Judæos congregare, ut gallina pullos, antecedente voluntate. Sed ob pertinacem ipsorum rebellionem voluit eosdem dispergere per omnes nationes, (quod etiam re ipsa tandem effectum dedit) voluntate consequente. Sic etiã nunc Deus vult (10) omnes homines salvos fieri, voluntate (11) primaria, & antecedente. 1. Timoth. 2. Sed consequente tamen, & (12) secundaria, maximam eorum partem vult damnare; videlicet ob incredulitatem, aliaque peccata. Denique ne longum faciam, omnia illa S. Scripturæ loca huc faciunt, in quibus generalis Dei φιλανθρωπία, ac desiderium (13) nostræ salutis, ita nobis commendantur, ut simul tamen justa Dei severitas adversus impios, & incredulos, ibidem insinuetur. Vide (14) Esa. 1. & 5. & 65. item Actor. 7. & 13. & 28. &c. Itaque vides, hanc di-

hanc distinctionem divinæ voluntatis in Scriptura probè fundatam esse.

2. Accedit deinde ratio naturalis, partim ex ipsius Dei natura, partim ex nonnullis veræ Religionis, & totius justitiæ, proprietatibus exstructa. Deus enim, quum per naturam *optimus*, ac summè *beneficus* sit, non potest non omnibus nobis, ex antecedente voluntate, seu (15) *primaria* intentione sua, optimè velle: (16) quippe quos ipse ad imaginem suam, (17) eoque ad salutem, ab initio creavit &c. Idemque quum *justissimus* sit, non potest cuiquam, nisi (18) consequenter, malè velle: hoc est, nemini certam pœnam decernere, cujus non aliquam culpam certò præviderit. Deniq; quum *sapientissimus* sit, non (19) solet præmium, aut mercedem, cuiquam constituere, cujus obedientiam non (20) aliquatenus antecesserit. Religionis verò, totiusque *justitiæ*, ratio ita comparata est, ut naturalem arbitrii libertatem in hominibus (21) exigat, tum in obedientia præstanda, tum maximè in peccando: eoque præcisam illam, ac fatalem necessitatem, quæ à primario, & causas omnes antegrediente, Dei decreto pendeat, simpliciter hinc excludit. (22) Alioqui nec virtuti, nec vitio, eoque nec præmiis, nec pœnis, (justis quidem, & rationabilibus) immò nec hortationibus, nec exprobrationibus, nec laudationibus, nec objurgationibus &c. ullus coram Deo locus foret. Ex quo (23) sequitur, aliam esse *precedaneam*, seu *primariam*, Dei voluntatem erga homines, quæ liberos istorum actus universos antecedit: aliam *confectaneam*, ac quasi *secundariam*, quæ eosdem, saltem in præscientia Dei, aliquatenus sequatur. Vides igitur, hanc distinctionem etiam in natura Dei, & hominum Religione, satis benè fundatam esse. Nunc exceptiones tuas videamus, quas contrà attulisti.

Ubi igitur manet dictum illud Christi, Matth. 25 v. 34. Possidete regnum paratum vobis à patre vestro? 20) Quatenus igitur? Num in præscientia? At modò hoc retulisti ad antecessionem temporis, per verbum SOLET. 21) Sed quomodo hinc sequitur, voluntatem Dei aliam esse antecedentem, aliam consequentem? Deinde nec illud sequitur, Deus ad cultum sui exigit in hominibus naturalem arbitrii libertatem: tamen præstatio obedientiæ non excluderet necessitatem illam qua pendet à decreto Dei quippe ex quo faciunt homines quicquid faciunt. Sicut transgressio primorum parentum liberè quidè peccata est, & tamen necessariò respectu decreti divini. 22) Immo necessitas actionum humanarum qua à decreto Dei pendet, nihil istorum tollit: quia hominem ad agendum non cogit, sed voluntarias actiones ei relinquit. Et sic locus fuit virtuti & vitio ante lapsum, quia homo ad utrumvis se vertere potuit. Jam post lapsum etsi homo se non potest vertere ad bonum spirituale: tamen potest ad illud converti à Deo: atq; etiam electi ad illud convertuntur, ac proinde virtuti student. Qui verò peccant, similiter voluntariè peccant. 23) Quomodo autem sequitur?

3. Putas igitur, hanc distinctionem in (24) sola comparatione illa Dei, & boni Magistratus, (quam & falsam arbitraris) fundatam esse. Sed dupliciter erras. Nam I. (25) Illustratio quidem hinc aliqua sumitur: at non

15) Si Deus primariâ intentione suâ omnib. hominibus optimè vult, vult igitur omnib. vitam æternam dare. At hoc nō vult: quia vult eâ dare tantum aliquibus, Rom. 8, v. 28. & seqq.

16.17) Hac ratio nihil probat. quia Scriptura testatur, Deum aliquos creavisse ad interitum, Rom. 9. 22. nam etsi omnes creavit ad imaginem suam, tamè decrevit permittere, ut omnes laberentur, & ex lapsis alios eligere ad vitam æternam, alios reprobare ad interitum.

18) Immo Deus salvâ suâ justitiâ potest malè velle antecedenter quibuscunq; vult: quia liberrimam habet agendi potestatem. Nec verò posset culpam cujusquam prævidere, nisi decrevisset illam permittere.

19) Ergone Deus in tempore demum præmia constituit.

à jactis fundamentis mundi temporis, per verbum SO-

LET. igitur homines hac libertate

excluderet necessitatem illam

transgressio primorum parentum

peccata est, & tamen necessariò respectu decreti divini. 22) Immo necessitas actionum humanarum

qua à decreto Dei pendet, nihil istorum tollit: quia hominem ad agendum non cogit, sed voluntarias actiones ei relinquit. Et sic locus fuit virtuti & vitio ante lapsum, quia homo ad utrumvis se vertere potuit. Jam post lapsum etsi homo se non potest vertere ad bonum spirituale: tamen potest ad illud converti à Deo: atq; etiam electi ad illud convertuntur, ac proinde virtuti student. Qui verò peccant, similiter voluntariè peccant. 23) Quomodo autem sequitur?

24) Hoc ego non dixi.

25) At frustra illustratur quod nondum est demonstratum,

26) Scio posse, atq; etiam
afferri. Sed quid hoc ad lo-
cum presentem?

27) Immò nullum.

28) Immò prorsus non.

29) Σοφὸν φάσματιον. qua-
si Deus ulli legi subiectus
sit!

30) Falsum.

31) Quem verò finem hinc
intelligis?

32) At num hinc sequitur,
eum sic agere teneri?

33) Sanè Deus in prima
creatione omnibus homini-
bus dedit vires ad obedien-
dum ipsius mandatis suffi-
cientes. Et si autem homo il-
las per lapsum amisit: tamè
Deus obedientiam justè ab
eo exigit.

34) Hoc videtur ἀπερ-
ρίσσειν.

35) Nempe putas, Deum o-
mnes homines destinasse ad
salutem aeternam. At hoc
pugnat cum Scriptura.

36) Non tenetur.

37) Et quanam est illa hy-
pothesis?

38) Sophisticaris ex homo-
nymia. Mea nota loquitur
de potentia Dei qua potest
omnium hominum animos
flectere ad pietatem. Tu
verò hinc disseris de possibi-
litate & impossibilitate ex
hypothesi.

39) Et quos modos hinc fin-
gis?

vera & solida demonstratio. Et plures sanè ejusmodi comparationes, à
marito, parente, præceptore &c. desumptæ, huc afferri (26) possent: ne
solam hanc, quæ data fuit, dari posse existimes. 2. Dissimilitudo etiam
hinc aliqua sanè latet: (prout omne simile semper alicubi dissimile est)
sed quæ tamen comparationem principalem non evertat. Neque enim
illa tanta est, quantam tu videri cupis. Immò in *utraq;*, quam hinc affers,
dissimilitudine non nihil à vero desleectis. Nam 1. Sicut Deus non tene-
tur hominibus (27) quodvis bonum velle, sive (28) non simpliciter be-
ne velle, quoad omne genus bonorum; ita nec bonus magistratus, subdi-
tis suis omne bonum velle, absolutè tenetur. Et contrà: sicut iste, per Dei
præceptum, tenetur ea saltem sibi possibilia bona subditis suis velle, sine
quibus isti nec bene, nec beatè, vivere possunt: ita ille, per (29) legem suæ
naturæ (hoc est, naturalis justitiæ, bonitatis, & providentiæ suæ) ea, sal-
tem bona hominibus velle semper (30) tenetur, sine quibus isti aut ho-
mines esse, aut (31) finem à Deo sibi propositum assequi, simpliciter non
possunt. Nam & æquitas, & bonitas, & sapientia Dei dictant, ut ne quid
à nobis ipse unquam (32) exigit, quod non (33) antè sufficienter (Luc. 12.
v. 48.) dederit: (34) *nec messem ibi querat, ubi non antè sementem fecerit,*
(Matth. 25.) denique ne iis, quos alicui præclaro ac glorioso (35) fini de-
stinavit, auxilia seu media, ad finem illum consequendum necessaria,
præcisè deneget. 2. Non est quidem in manu boni magistratus, animos
subditorum ad probitatem pro arbitrio suo inflectere: plura tamen in-
terdum ille facere absolutè posset, ad improbitatem istorum impediend-
am, quàm ordinariè re ipsa facit: quia videlicet facere non tenetur. Sic
& Deus, licet per absolutam potentiam animos omnium ad pietatem
flectere queat; non tamen id facit, nec facere vult: non modò quia id fa-
cere non tenetur; sed imprimis, quia justum ordinem, in operibus Natu-
ræ, simul & gratiæ, à seipso sancitum, ex hypothesi certa inviolatum ser-
vare (36) tenetur. Huic autem ordini actio ista, respectu quidem mul-
torum impiorum, planè repugnaret. Adeò ut meritò dici posset, Deum
(37) *ex certa hypothesi* neque velle, neque (38) posse, quorumvis impio-
rum animos ad pietatem (39) quovis modo inflectere: ut qui neminem
adversus ordinem à seipso sancitum servare aut velit, aut etiam salvâ hy-
pothesi possit. Non enim absurdum est dicere, Deum absolutè quædam
posse, quæ ex certa hypothesi non possit; aut quædam *κατὰ τὴν* non posse,
quæ alioqui simpliciter possit. Sic Genes. 19. inquit ipse: *Non possum quid-
quam facere, priusquam illuc abieris &c.* Et Esa. 1. *Non possum amplius ferre
calendas vestras &c.* Sic Marc. 6. *Non poterat Christus in patria sua facere
ulla miracula &c.* In summa: posset Deus ad pietatem omnes impios in-
flectere,

flectere, si quidem ad extremum usque facere vellet, quidquid sibi absolute possibile esse novit. Sed hoc nec facere vult; nec eatenus jam facere potest, quatenus aliter facere immutabiliter (40) constituit, & quatenus ipse decreta sua, te ipso etiam fatente, rescindere nequaquam solet.

4. *Damascenum* verò, & *L. Molinam*, non idcirco sanè citaveram, ut horum auctoritate distinctionem illam divinæ voluntatis comprobarem: sed partim ut constaret, eam (41) non novam esse, aut nuper à me ipso inventam; sed ab aliis etiam jam olim usurpatam fuisse: partim ut qui auctores istos haberent, ampliore illius differentiæ explicationem apud ipsos inquirerent. Alioqui fateor, nullius in Ecclesia Doctoris eam esse auctoritatem, ut aliquod fidei dogma ipsa per se comprobare possit. Quod utinam omnibus ubique Christianis perinde ratum ac certum esset! Interea obiter hîc notandum est, non illos tantùm auctores, quos nominatim ibi citaveram, sed & alios penè (42) infinitos, eandem hanc distinctionem approbare: ac proinde haud (43) facile à te damnandam esse. (44) Vide inter alios modernos, *Leonh. Lessium*, & *Egid. Hunnium*: qui eam in scriptis suis de prædestinatione &c. multis exemplis illustrant.

5. Objectio porrò tua, quam obiter affers, ab immutabilitate divinæ voluntatis, nihil virium (45) habet: uti suprâ dilucidè satis ostensum fuit. Non enim propterea voluntas Dei (46) mutatur, quia duplex in ea particularis actus distinguitur: quorum alter respectum liberarum actionum nostrarum præcedit; alter autem sequitur. Immò verò propterea ipsa tota Dei voluntas semper immutabilis est, quia uterque hic actus in suo (47) proprio objecto, secundùm proprium quendam utriusque (48) modum, immutabiliter occupatur: sicut infrâ suis locis ampliùs explicabitur: ubi intelligenti, & consideranti, contrarium ejus patebit, quod tibi hoc loco colligere propositum fuit.

voluit servare actu voluntatis antecedente: at eundem voluit perdere actu voluntatis sequente: ut si dicas, Voluit servare modum non tollit identitatem objecti, nec mutationem voluntatis. ut si dicas, Voluit is fieret proditor Domini: voluit eundem perdere, quum evasisset proditor Domini.

6. Vult quidem Deus impiis, (49) qua per se impii sunt, & manent, damnationem ex certo proposito: idque ex dicto illo Salomonis Prov. 16. v. 4. constare, ultro fateor. At hominibus tamen non per se, hoc est, quâ homines sunt, sed per accidens, hoc est, (50) quâ peccatores & impii sunt, sive propter accidentarium hoc ipsorum vitium, damnationem (51) infligere vult. Sic Christus quidem per se (52) toti mundo salutem afferre vult: per accidens autem damnationem majori parti affert. Vide Johan. 3.

d 3

tu hic illam refers ad objectum voluntatis divina, nempe hominem. 51) Infligit quidem propter peccatum: sed peccatum non est causa impulsiva decreti divini quo damnationem dicto allegato ista vox toti non habetur: sed dicitur indefinitè, Ut servetur mundus per serventur aliqui ex mundo seu genere humano, nempe credentes: sicut continenter v. 18,

40) At hoc non obstat quò minus possit per naturam: de qua potentia loquitur nota mea.

41) At hoc te parum aut nihil juvat, nam vetus error non minus est error quàm novus.

42) Neq; hoc te juvat, nam multitudo errantium non parit erroris atrocitatem.

43) I. e. haud temere. Nec verò ego istud facio: sed firmis rationib. eam damno.

44) Non est necesse.

45) Immò habet, ut mox ostendam.

46) Immò mutatur, si duplex ille actus statuatur. nam duo illi actus inter se contrarii sunt: quippe quorū primo dicitur Deus servare velle illum, quem secundo velit perdere.

47) Immò unum & idem objectum utriq; isti actui subjicitur. V. g. Judæ Deus consequente. 48) Deus servare velle illum, quem secundo velit perdere.

49) Immò Deus impiis illis quos damnat, damnationem voluit, antequam impii evaderent: quia eos ad damnationem creavit, ut dictum illud Salomonis clarè testatur.

50) Sophistica expositio. nã limitatio illa Per accidens in verbis tuis refertur ad ipsam Dei voluntatem: at Deus homini damnationem quibusd. decrevit. 52) In eum. Sensus autem est, Ut declaratur, Quòd si Chri-

51) Infligit quidem propter peccatum: sed peccatum non est causa impulsiva decreti divini quo damnationem dicto allegato ista vox toti non habetur: sed dicitur indefinitè, Ut servetur mundus per serventur aliqui ex mundo seu genere humano, nempe credentes: sicut continenter v. 18,

stus vult salutem afferre mundoroti, nec tamē id efficit, sed potius damnationem affert majori parti: sequitur, eum non esse omnipotentem. Nec absurdum istud tolli poterit per illam distinctionem, Per se & per accidens.

53) Hoc tu affingis verbis Salomonis: in quibus nulla est limitatio.

54) Quasi verò ego dicam, eum istud dicere.

55) Ecce jam recedis à tua limitatione. Non enim jam dicis, Quà talis est.

56) Et si duo ista non aequipollent: tamen alterum ex altero sequitur.

57. 58) Nego. Nam 1. si Deus creavit impium ad diem mali: non igitur fuit motus peccato illius ut eū sic crearet, ac proinde nec ut decerneret illum sic creare. 2. Si creavit Deus impium ad diem mali, ergo etiam destinavit eū ad diem mali, id est, damnationē. Si hoc: igitur etiam ad peccatum, tanquam ad medium.

57. 58) Nego. Nam 1. si Deus creavit impium ad diem mali: non igitur fuit motus peccato illius ut eū sic crearet, ac proinde nec ut decerneret illum sic creare. 2. Si creavit Deus impium ad diem mali, ergo etiam destinavit eū ad diem mali, id est, damnationē. Si hoc: igitur etiam ad peccatum, tanquam ad medium.

57. 58) Nego. Nam 1. si Deus creavit impium ad diem mali: non igitur fuit motus peccato illius ut eū sic crearet, ac proinde nec ut decerneret illum sic creare. 2. Si creavit Deus impium ad diem mali, ergo etiam destinavit eū ad diem mali, id est, damnationē. Si hoc: igitur etiam ad peccatum, tanquam ad medium.

SECTIO IX.

De insolita quorundam conversione ad Deum.

P Ag. 63. In principio. Sic enim quosdam insolita & miraculosa quadam ratione Deus convertit.

NOTA PISCATORIS.

Hæc sententia eget probatione 1. 2. 3. per Exempla.

RESPONSIO VORSTII.

NOTA PISCATORIS.

1) Et si miracula conversioni Pauli adjuncta fuerunt: tamen ipsa conversio non fuit miraculosa, sed usitata & ordinaria, nēpe per verbū Evangelii. Vide Act. 9. v. 5. & c. 22. v. 14.

2) At hic non est sermo de vocatione ad apostolatam, sed de conversione ad Deū.

3) Vis illa non fuit extraordinaria. nam quoscunque Deus efficaciter vocat, tali vi trahit.

4) Immò irresistibiliter. Quomodo enim potuissent resistere Deo trahenti. i. e. corda eorū ad obedientiam

1. Exemplum certè luculentissimum est in conversione Pauli, seu potius Sauli, Act. 9. & 22. & 26. quem nemo negare potest insolitā & (1) miraculosā ratione à Christo conversum fuisse: quippe in cujus gratiam Christus ipse extra ordinem apparuit, & miracula non pauca fecit.

2. Sic etiam Matth. 4. & 9. & c. de prima quorundam Apostolorum (2) vocatione quædam ejusmodi narrantur, unde non temerè colligitur, ipsos (3) extraordinariā quadam vi à Deo, vel Christo, tractos fuisse: quippe qui semel duntaxat vocati, rebus omnibus subito relictis, Christum vocantem alacriter, etsi non (4) irresistibiliter, sequuti fuerunt.

3. Denique similia exempla in historiis (5) Martyrum, & alibi, non rarè inveniuntur. Ut nulla hinc dubitandi causa satis justa esse videatur: præsertim quum res ipsa nihil absurdi habeat; immò liberrimam Dei potesta-

5) At cur non exempla aliqua profers: ut possit judicari?

potestatem, & πολυποικίλον sapientiam, in administranda hominum conversione, non leviter illustret: sicut animum advertenti perspicuè patet.

S E C T I O X.

*An præcepta Dei cum voluntate ejusdem revera
unquam pugnent.*

P Ag eâdem, *Thef. 29.* Quidquid Deus in verbo suo mandat, aut vetat, promittit, aut minatur, aut alia quavis ratione velle se testatur, id verè ac seriò ipsum velle omnino statuendum est. Absit enim, ut Deum *simulatorem* inducamus; aut minùs sincerè atque ingenuè nobiscum agere suspicemur: quasi qui aliud foris præcipiat, aut quovis modo significet, sed aliud intus occultet. Idem repetitur pag. 300. & 301. item p. 406. sub finem.

N O T A P I S C A T O R I S.

Sanè statuendum 1. nobis est, Deum id velle à nobis fieri, quod nobis præcipit: itemque velle à nobis omitti, quod nobis vetat. Et tamen interim Deus sæpè diversum vult. Deus mandabat *Abrahamo* 2. ut immolaret filium. Itaque rectè fecit Abraham, quòd statuit, Deum id velle à se fieri, quodque deinde ad peragendum illud sese accinxit. Et tamen Deus nolebat, ut id Abraham faceret; quia id volebat impedire, atque etiam impedivit. Deus 3. vetuit *populo* suo, ne quem occiderent. Et tamen voluit, ut occiderent Christum, teste Petro *Actor. 2. v. 23.* Deus mandavit 4. *Pharaoni*, ut dimitteret populum Israëliticum. Et tamen noluit, ut eum dimitteret: quia volebat indurare cor ejus, ne dimitteret, atque etiam induravit. Quid ergo? An igitur dicemus, 5. aut suspicabimur, Deum esse *simulatorem*, seu *hypocritam*; aut minùs sincerè atque ingenuè nobiscum agere? Absit à nobis hæc *blasphemia*. Quin potiùs statuamus, & dicamus, id quod citra controversiam verum est, Deum quidquid agit, agere sanctè ac justè: etiamsi nos rationem 6. justitiæ illius judicio mentis nostræ non assequamur.

R E S P O N S I O V O R S T I I.

I. Si certò nobis statuendum est, (prout te ipsum fatentem nunc au- NOTÆ PISCATORIS.
divimus) Deum id velle semper à nobis fieri, quod nobis præcipit &c. 1) *Non dixi, discernendum, sed distinguendum, nempe*
Cur igitur suprà *præceptum* Dei ab ejusdem *voluntate* aliquando (1) se- *ut adjunctum à subjecto.*
cernendum esse docuisti? Immò cur (2) idem non obscure hîc subinde *Quæ sententia nõ evertitur*
repetis? Nam si tuo illo sensu hæc duo verè inter se diversa, seu potiùs *per id quod hîc dico.*
2) *Nego: quia nusquam hîc utor verbo discernendi.*

- 3) Falsò hoc mihi tribuis. (3) disparata sunt, quomodo tum, quæsò, unum ex altero, tanquam genus è specie, firmiter (4) concludi potest? Nisi fortè id statuere pro certo nos (5) jubes, quod utrùm verum, an falsum sit, ipsi nesciamus. Certè (6) aut *contradictionem* hîc implicas: aut *falsum* pro vero credere nos jubes, hoc est, pro certo id statuere, quod reverà incertum est. Immò verò (ignosce verum dicenti) in (7) utramque hanc absurditatem re ipsa incidis: quia verba tua utramq; non obscurè continent. Et præterea, quod omnium hîc pessimum est, (8) *hypocrisin* Deo re ipsa tribuis, etiamsi verbis eandem de ipso neges. *Contradictio* quidem est, Deum verè ac seriò (9) velle à nobis fieri, quidquid nobis præcipit &c. Et tamen sæpè diversum, immò contrarium ejus velle, quod præcipit. Quod (10) perinde est, ac si diceres, omnem hominem esse animal; sæpè tamen diversum quid esse: immò aliquid interdum esse animali contrarium. Unde *deinde* absurditas altera per se patet. Si enim non semper id vult Deus à nobis fieri, quod nobis præcipit, sed sæpè diversum, ut ais: quomodo igitur citra (11) falsitatem certò statuere possumus, Deum revera velle à nobis fieri, quidquid nobis præcipit? Nam aliquando saltem id statuendum non erit: nisi (12) falsum pro vero interdum amplecti velimus. Et quæ erit tum fides nostra in Deum (sine qua quidquid fit, peccatū est, Rom. 14.) si quid absque certa (13) voluntatis ipsius notitia fecerimus? Ut quidem sæpe accidere necesse est, si semel persuasum nobis fuerit, Deum non semper ea velle, quæ præcipit, aut prohibet &c. Denique de *simulatione*, (14) sive *hypocrisi*, res etiam plana est. Quid enim (15) aliud illa est, quàm foris aliquid boni severè præcipere, aut mali aliquid vetare, cujus contrarium tamen evenire ex animo velis? immò procurare ipse decreveris? Quid prodest, quæsò, ipsum *definitum* verbis negare, si (16) *definitionem* re ipsa ponas? Quid juvat, inquam, blasphemiam verbis detestari, si re ipsa veram hypocrisin Deo (17) attribuas? Sed hoc tamen acrius urgere contra te nolim, quia vim consequentiæ (18) nondum animadvertis. Tantùm illud jam dicam, (19) fieri non posse, ut circa idem objectum Deus simul contraria velit: puta unum foris (20) præcipiendo; alterum intus decernendo, & tacitè procurando, &c. de quo ampliùs infra.
- 4) Quasi verò ego sic concludam!
- 5) Ita jubeo, in hoc quidem negotio: quia sic postulat pietas. Certè Abraham nesciebat, utrùm Deus vellet Isaacum ab ipso jugulari: & tamen jugulandi mandato à Deo accepto, pro certo statuit, Deū id fieri velle: & hoc nomine tanquam pius à Deo laudatus fuit.
- 6) Ego verò assumo membrum posterius: unde jam tollitur prius.
- 7) Hic jam tu ipse tibi contradicis: ut qui modò affirmaris, me incidere in alteram tantum. Deinde de contradictionis implicatione nihil demonstras. Tum pro absurda habes illam fidem, qua absurda non est.
- 8) Absit.
- 9) At non est contradictio, STATUERE debere, Deum velle à nobis fieri quicquid nobis præcipit: & Deum tamen nolle id fieri, id quod ego hic dico. Aberras igitur à questione.
- 10) Istud absurdum non sequitur ex meo dicto: sed ex illo quod tu mihi falsò attribuis.
- 11, 12) Et si istud absurdum videtur rationi humane, tamen in præsentē negotio absurdum nō est: quia talis certā notitiā voluntatis facere nobis velit. 14) At duo ista non equipollent: Nam hypocrisis omnis vitiosa est: at non omnis simulatio. quippe simulavit etiā Christus, Luc. 24. v. 28. 15) Immò prorsus aliud, nempe simulare pietatem quā careas. 16) At tu falsò pro definitione habes quæ definitio non est. 17) Non attribuo. 18) Immò animadverto, vim consequentiæ in connexo tuo nullam esse: quia ratio illius falsa est, nempe quòd connectatur definitum cum definitione. 19) Rectè. Sed considera simul, per hoc everti distinctionem tuam inter voluntatem Dei anteced. & conseq. 20) Falsa hypothesis. quasi præcipere sit idem quod velle.

2. Sed habere tibi videris aliquot pro te loca S. Scripturæ: quæ breviter hîc

viter hinc nobis examinanda sunt. Sanè in applicanda historia illa Abrahami Genes. 22. dupliciter impingis. 1. dum (21) *singulare* hoc Dei præceptum, (22) *tentandi* causa tantum propositum, ab aliis veris, & propriè dictis præceptis, non satis accuratè distinguis: quum tamen haud ignores, (23) ab extraordinariis regulam petendam non esse. 2. dum perperam negas, Deum revera id voluisse, (24) quod Abrahamo præceperat. Etsi enim finalem operis (25) eventum Deus impedivit: verè tamen opus ipsum, hoc est, oblationem filii, ab Abrahamo præstari (26) voluit: puta (27) quatenus hoc opus ab ipso Abrahamo præstari poterat. Unde etiam Abrahamus præcepto Dei verè (28) paruisse, & filium suum in altari (29) obtulisse, ac suo modo (30) mactasse dicitur: prout illud quidem disertè scriptum est Gen. 22. v. 12. 16. Istud verò Jacob. 2. v. 21. & Heb. 11. v. 17. (31) Nulla igitur hinc vera pugna, inter præceptum, & voluntatem Dei, uspiam apparet: etsi primo aspectu aliqua esse videtur.

imputas: quippe quod sonat de sola immolatione seu jugulatione atq; concrematione, riter, de immolatione, de qua ego loquor, tum falsò dicis, me perperam negare, Deum tantum eventum impedivit operis antegressi, sed extremam operis instituti partem, onem. 26) Si voluit: cur igitur impedivit? 27) At poterat plenè præstari, nisi Deus hac nullius momenti est. 28) Verbum istud in loco allegato non exstat. Interim verum quamdiu per Deum licuit. 29) Id est, in altari posuisse animo jugulandi & cremandi, verò nusquam dicitur. 31) Immo aliqua.

3. In afferendo loco Actor. 2. v. 23. etiam dupliciter à vero aberras. 1. dum verba Petri perperam (32) citas. Non enim dicit Apostolus, Deum voluisse, ut *Judei Christum occiderent*: uti habet citatio tua: sed tantum ait, Christum definito Dei (33) consilio deditum fuisse, sive potestati *Judeorum traditum* &c. Atqui hoc posterius (34) plurimum ab illo priore differt. 2. dum ex isto posteriore prius illud consequi putas. Nam hanc consequentiam tuam ego simpliciter (35) nego, tibiq; amplius (36) probandam relinquo: satis interim habens ostendere, (37) aliud esse, Christum potestati illorum dedere, qui ipsum olim occidere cupiebant: Aliud autem, absolutè velle, ut illi Christum innocentissimum occidant, hoc est, ut sceleratum homicidium committant. Deditio (38) enim illa pluribus aliis è causis, & quidem sanctissimis, oriri poterat. Et sine dubio ex alia sanctiore causa, quàm ex (39) volitione tam execrabilis ac nefarii homicidii, orta fuit: sicut rem totam intelligenti, & consideranti, per se patet. Sed de hoc exemplo iterum infra copiosius agetur. Itaq; nunc parcius attingo.

creto Dei factum est ut à Judæis occideretur. Nam qui vult medium, vult etiam finem. Actor. 2. v. 23. Ergo. 37) Hoc effugium nihil te juvat, nam etsi duo illa differunt, tamen tur. 38) Ratio ista nihil probat. Nam alia illa causa non tollunt causam primam, tradicis Scriptura.

21) Etsi hoc præceptum *singulare* est, tamen est verum & propriè dictum præceptum. Vide Gen. 22. v. 2.

22) At per hoc non desinit esse verum & propriè dictum præceptum.

23) Istud nihil ad rem pertinet. neq; enim regulam hinc peto: quæ nimirum hic esset, Deum semper diversum velle ab eo quod præcipit.

24) Si hoc intelligis universaliter, quasi dicas *QUI CUIQ;* falsò mihi hoc dictum

Si verò intelligis particulariter, de illa voluisse. 25) Non

videlicet ipsam immolationem impedivisset. Ergo exceptio

est, quòd paruerit: scilicet Genes. 22. v. 9. 10. 30) Hoc

32) At tu mihi falsò imponis, quòd citem verba.

33) An autem hinc non sequitur, quòd voluerit Deus ut Judei Christum occiderent?

34) Proba.

35) Et qua fronte negas?

36) Probo igitur sic. Quicquid factum est consilio & decreto Dei, id voluit Deus.

Atqui ut Judei occiderent Christum, factum est consilio & decreto Dei.

Ergo. Propositio per se patet. Assumptionem probo.

Si factum est consilio & decreto Dei ut Christus Judæis dederetur ad necem, igitur etiam consilio & de-

At verum antecedens, A- alterum ex altero sequitur. 39) At hanc negando con-

40) Scilicet expressè: attamen scriptum est implicitè, per necessariam consequentiã.

41) At præceptum & voluntas non opponuntur contrariè: quia non sunt sub eodem genere.

42) Immò potest.

43) At hinc non est quæstio de rebellionè præcedente, sed de futura. Indurabo, inquit, cor ejus ut non dimittat, Exod. 4. v. 21. Deinde fictitium est quod dicitur de rebellionè præcedente: quoniam nulla ejus fiat mentio: quumq; rebellio nõ habeat locum, ubi nullum est præceptum.

44) Ex fictitio antecedente deducis fictitium consequens.

45) Et quomodo potuit rebellare præcepto, antequam illud accepisset? E: si autem sponte sua rebellavit, id est, sine coactione: rebellavit tamen ex induratione Dei, qua cor ejus ad rebellandũ inclinatum fuit. juxta illud Proverb. 21. v. 1. Cor regis in manu Domini: quocunq; voluerit, inclinatur illud.

46) De hoc non est quæstio. hac antithesis: cujus ptasis loquitur de causa finali, apodosis de efficiente? 48) Ecce quomodo dubitas in re manifesta. 49) Sed quid hoc ad rem: quum quæstio hic sit de recusationibus qua permissionem præcesserunt? 50) Falsa hypothesis, quasi præceptũ idem sit quod voluntas. 51) Nego consequentiã. 52) Falsa hypothesis, quasi idem sit iudicium de actionibus divinis, quod de humanis.

53) Nego.

54) Hoc doceo cum Scriptura: ex cujus doctrina nulla blasphemiam sequitur.

55) Confundis diversa. Non quicumq; simulat, dolosè agit.

4. Ad Pharaonem quod attinet, nusquam certè (40) scriptum est; noluisse Deum, ut populum Israëliticum ille dimitteret. Immò contrarium non obscure legimus, & quidem in ipso Dei (41) præcepto, toties apud Moysen repetito. Neque verò illud prius inde solidè concludi (42) potest, quòd Deus hujus Regis cor *indurare voluit*, & re ipsa *induravit*. Hæc enim induratio, immò & indurandi voluntas, non causa, sed effectum fuit, præcedentis (43) rebellionis & malitiæ Pharaonis: (44) eoque non primariæ & antecedenti, sed secundariæ & consequenti, voluntati Dei attribuenda est. Vide Exod. 4. & seqq. Non fuit, inquam, iste Rex idcirco à Deo induratus, ut tum primùm rebellis & inobediens esset: sed propterea induratus fuit, quia jam antè sponte sua talis fuisset, (45) & talis esse re ipsa perseveraret. Neque idcirco Deus voluit ipsum indurare, (46) ut postea eundem malum & improbum, seu potius peiorem & improbiorem, hac induratione suã redderet, (absit enim à Deo, ut ullum hominem actione aliqua suã malum efficere intendat) (47) sed propterea id facere voluit, quia jam diu antè pessimum illum fuisse sciebat, & porrò à se ipso pessimum fore præsciebat: eoque exemplariter ipsum, ad gloriam suam, & aliorum terrorem, punire justissimè decreverat. Etsi igitur, non ita subito populum suum ab illo dimitti, (48) fortasse Deus voluit; postquam malitiam ipsius omnino punire, ac traducere, jam decrevisset: verè tamen præstari ab eo (49) tandem voluit, quod sæpius ipsi præceperat. Alioqui circa idem objectum duæ simul fuissent *contrariæ Dei* (50) voluntates: aut saltem præceptum ipsum, licet toties tamque seriò repetitum, reverà (51) *hypocriticum*, sive *simulatorium*, potius quàm verum ac (52) *sincerum* fuisset. Quorum illud quidem simpliciter impossibile est: hoc autem & veritati, & justitiæ divinæ, planè contrarium videri debet: prout ex sequentibus amplius patebit.

5. Agnoscis tu quidem, & meritò, veram blasphemiam esse, si quis Deum *hypocritam*, aut *simulatorem* esse, minusque sincerè nobiscum agere, aut dicat, aut suspicetur. Interim Deo re ipsa hinc talia quædam satis apertè (53) tribuis, unde blasphemiam illa per se non obscure consequitur: dum voluntatem Dei à præceptis ejusdem interdum re ipsa separas: hoc est, dum non verè semper ea Deum velle (54) doces, quæ ipse nobis in verbo suo apertissimè præcepit. Quid enim hoc aliud est, quàm revera simulare, (55) & dolosè agere? Nempe verbis aliud præ se ferre; aliud intus in pectore

in pectore clausum habere? idque in rebus ad salutem nostram, aut exitium æternum, pertinentibus? Certè enim nunquam efficies, ut posita rei (56) definitione non etiam res ipsa ponatur: nisi prima omnis veritatis principia convellere velis. Quod vel cogitare de te nolim. Sed quia vim argumenti, ut antè dixi, nondum vides, ideo te non illibenter hinc (57) excuso.

6. Neque verò te satis hinc expedis, cum Deum justè semper & sanctè agere dicis, etiamsi nos rationem justitiæ illius non assequamur. Non enim hinc (58) agitur de occulto aliquo Dei judicio, in S. literis alioqui clarè patefacto, cujus rationem assequi mens nostra nondum possit: sed de aperta voluntatis, & præcepti alicujus pugna, circa idem objectum hinc disferitur: quæ (59) nusquam in verbo Dei traditur; & cujus iniquitatem manifestam quilibet, sana (60) mente præditus, nec præjudiciis occupatus, deprehendere per se quàm facilimè queat. Non de eo, inquam, nunc agitur, quod supra rationem nostram est, quodque naturalis mens nostra nondum satis intelligit: sed de eo, quod contra omnem sanam rationem est, quodque omnis humana mens, sine præjudicio ac liberè (61) judicans, injustum & perversum esse clarè videt, ac dilucidè perspicit: immo de eo, quod ipse Deus simpliciter injustum ac perversum esse, ac proinde ab ingenio suo alienissimum esse, in verbo suo non (62) semel nobis exposuit. Hinc certè locus non est confugiendi ad incomprehensibilem, aut occultam aliquam Dei justitiam: quum de comprehensibili & aperta (63) injustitia, partim ex ipsa rei propositæ natura, partim ex S. Scriptura, omnibus animum advertentibus satis superque constare possit. Alioqui annon promptum erit cuivis Sophistæ, quantumvis apertam (64) hypocrisim, aut atrocem injustitiam, Deo tribuenti, exceptionem istam tuam adversus (65) apodixes omnes semper opponere? atque ita claram veritatis & justitiæ lucem, per has (66) tergiversationum tenebras, obscurare? Quod à te, tuique similibus, quàm longissimè abesse (67) debet. Cogitabis igitur hac de re ampliùs. Digna enim est, quæ accuratè examinetur.

66) Non sunt tergiversationes, sed ingenue confessiones nostra ignorantia in rebus captum nostrum superantibus.

67) Et verò abest, laus Deo.

56) At tu hypocrisim falsò definis.

57) Non opus habeo tuæ excusatione.

58) Immò agitur: nempe de tali gubernatione divina, quam mens humana judicat pugnare cum natura Dei justa: videl. de induratione Pharaonis quæ factum est ut populum dimittere nollet, conjunctâ cum præcepto ut eum dimitteret.

59) Immò traditur in Exodo aliquoties.

60) Id est, nitens judicio rationis humane, quod in rebus divinis insanum & stultum est.

61) Nempe extra verbum Dei.

62) Ubi igitur?

63) Nempe ut videtur humane rationi. Et hoc ipsum cogit nos confugere ad incomprehensibilem & occultam Dei justitiam.

64) Inanis ἀειλογία.

65) Quales nimirum tuæ consequentiæ tibi videntur: quum vera non sint.

SECTIO XI.

Iterum de desiderio Dei, & voluntate conditionata.

P Ag. eadem, Thes. 31. Voluntas Dei specialis in absoluta, seu conditionata, non semper impletur. Nam nec præcepta Dei semper à nobis ob-

servantur, quæ tamen ipse vult, seu potius vellet, ac cuperet, à nobis observari: nec *promissa* semper illis, quib. alioqui Deus ea præstare cuperet, re ipsa præstantur.

NOTA PISCATORIS.

Nullam esse v^l voluntatem Dei *conditionatam*, i. ostendi suprâ ad p. 58. ad thes. 13. & 14. Item tale *desiderium* 2. quale hîc Deo tribuitur, à Deo alienum esse, ostendi ibidem ad thes. 14.

RESPONSIO VORSTII.

NOTÆ PISCATORIS.

1. 2. 3) Sit *judicium* penes intelligentem & candidum lectorem.

4) Hac major est falsa, & quidē per omnia membra. nam 1. Deus pietatem præsentem amat & approbat, & tamē eam non optat aut desiderat, propriè scilicet loquendo: quia optatio & desiderium sunt rerum absentium. 2. Interdum aliquid præcipit, quod tamen non desiderat: v. g. jugulationem Isaaci. 3. Deus certò novit, reprobis per gratiam suam præstabilem esse conversionem: & tamē eam non optat aut desiderat. 5) Minor ista est falsa in membro ultimo. nam certè Deus ad pietatem necessitat operatione suâ gratiosa omnes eos quos ad pietatem adducit seu pios efficit. 6) Immò omittitur præcipua, videlicet absentia rei optata atque desiderata. 7) Immò patet, falsam esse in membro ultimo.

8) Non sunt species, sed adjuncta. Falsa est igitur major.

9) Immò falsa est.

10) Hoc nihil ad rem. Nam species non constituuntur, ex accidente.

1. Videat igitur lector, quid locis jam citatis à me responsum contrâ fuerit. Nam & voluntatem Dei *conditionatam*, seu mavis *inabsolutam*, revera dari; & verum conversionis ac salutis nostræ *desiderium* in Deo reperiri, clarè satis ibidem (1) ostensum esse credo: contraque nihil omnino à te, nisi meram principii petitionem, illic (2) allatum fuisse, neque aliud quidquam afferri (3) potuisse, non difficulter animadvertet, quisquis utriusque nostrum dicta in timore Domini sedulò perpendet. 2. Nunc pro *utraq;* assertione meâ novum quoddam argumentum, & quidem unum, atque alterum, à te notari denuo velim.

1. Pro *desiderio* Dei, quale hîc ipsi tribuitur, sic instituo. (4) Quidquid Deus per se semper, & quidem naturaliter, amat & approbat in creaturis rationalibus, quodque eiusdem in verbo suo sincerè præcipit, quod denique per gratiam suam ipsis præstabile esse certò novit: sic tamen, ut eas ad hoc præcisè necessitare nolit: id sine dubio ab ipsis præstari optat & desiderat. (5) At justitiam & pietatem in nobis per se semper approbat, ac naturaliter amat; eandemque seriò nobis præcipit, & auxilio gratiæ suæ nobis præstabilem esse probè novit: nec tamen ad eam necessitare nos vult. Ergo eandem in nobis verè optat & desiderat. Major ex eo probatur, quòd (6) omnes veri desiderii causæ, aut si mavis proprietates (defectibus omnibus separatis) sufficienter in ipsa explicantur. Minor per se (7) patet, & suprâ satis per partes suas ostensa fuit. Vide Sect. 5. Ergo conclusio firma est, & irrefutabilis.

2. Pro voluntate Dei *conditionata*, sic informo. Omnes Dei promissiones, & comminationes, sunt veræ (8) species divinæ voluntatis. At illarum multæ, immò pleræque omnes, & nominatim omnes federales, in V. & N. Testamento, sunt *conditionatæ*. Ergo voluntas Dei sæpè *conditionata* est. Major tum per se (9) patet, tum hætenus abundè probata fuit: (10) saltem respectu hominum, in quibus aut promissiones,

aut

aut comminationes divinæ, effectum suum fortiuntur, quique illis credere tenentur, negari nullo modo potest. *Minor* ex infinitis Scripturæ locis ostendi potest: verbi gratia, ubi dicitur, si credideris, aut si *conversus fueris* &c. *servaberis*. Item, *nisi quis renatus fuerit, regnum Dei non videbit*. Item, *nisi poenitentiam egeritis, omnes peribitis* &c. Rom. 10. Esa. 1. &c. Ezech. 18. Johan. 3. Luc. 13. Ergo conclusio certa est. Ergo (11) & contraria negatio tua utraque falsa est: in primis hæc posterior, de voluntate Dei conditionata. Dum enim *nullam hanc esse* contendis, revera substantiam utriusque (12) federis, tum Legalis, tum Evangelici, admodum labefactas: ut quæ tota ferè in conditionibus certis consistat, sub quibus demum & promissa, & minas suas, implere Deus constituit. Hæc igitur absurditas serio tibi expendenda est: ut negationem illam tuam, unde ipsa necessario promanat, in tempore mutes, aut mitiges. Res enim nimis absurda, nimisque per se aperta est.

11) Nego consequentiam enthymematis: quia antecedens falsum est.

12) At non sequitur, Fedus Dei est conditionatum, ergo voluntas Dei est conditionata.

SECTIO XII.

De immutabilitate Dei, quoad decreta, seu voluntatem ad extra.

P Ag. 64. Qui unum divinæ voluntatis ordinem egrediuntur, eum scilicet, qui *preceptis* consentaneus est, in alium vel inviti incidunt, eum puta, qui *comminationibus* est expressus: & vicissim, qui peccatis relictis evitant exitum decreti punientis, alium ordinem decreti parentis, aut beneficientis, (ut sic loquar) ingrediuntur.

NOTA PISCATORIS.

Hæc manifestè pugnant cum natura 1. decretorum Dei: quippe quæ immutabilia 2. sunt.

RESPONSIO VORSTII.

1. Hæc *objectio* tua (1) superiùs satis superque refutata fuit. Quæ certè (2) principium obliquè petit: dum tacitè insinuat, aut nullum *conditionale* Dei decretum posse esse immutabile: aut non posse homines, quatenus ab impietate ad pietatem, aut contrà ab hac ad illam, sese transferunt, hac ipsa sui mutatione ab uno decretorum divinorum genere ad aliud transire. Quorum *utrumque*, longè aliter sese habet: sicut vel ex unico illo loco Ezech. 18. clarè patet. Hic enim Deus apertè testatur, se (3) *impiis quidem peccata remissurum, si ab impietate sua recesserint; justis autem poenas inflicturum, si à justitia sua defecerint* &c. Quibus verbis non modò *conditionale* Dei (4) decretum ex utraque parte proponitur; sed &

NOTÆ PISCATORIS.

1) Quærat igitur superiùs lector.

2) Immò tu ipse principium petis, dum conditionale aliquod Dei decretum statuis.

3.4) Confundis promissiones & comminationes cum decretis.

5) *At in quibus versibus?* ipforum hominum, dum mores suos utrinque immutant, ex uno decreti genere in aliud transitio clarè insinuatur. Idem adhuc clariùs expressum est Jerem. 18. (5) ubi regula quædam generalis hac de re divinitus sancitur.

conditionalia: sed conditionalis promissio & conditionalis item comminatio.

6) *Falsa hypothesis.*

7) *Frustra sententiam tuam illustras simili, quum nondum probaveris esse veram.*

8) *At quomodo inclusit? An ut causam decreti?*

Hoc ipse alibi negas. Ergo fatearis necesse est, decretum non esse conditionale.

An ut objectum? Sanè hoc patet ex verbis illis,

Ex parte nostra mutabilem. At hinc non sequitur,

ipsum decretum esse conditionale.

9) *Immò ab aeterno constituit.*

10) *Implicatio contradictionis. nam conditio seorsim accepta, non est conditio.*

11) *Petitio principii.*

12) *Videat sanè.*

2. Neque verò magis hinc consequitur, ipsa Dei decreta in sese mutari, dum homines ex (6) uno horum genere quasi transfugiunt; contraque in aliud incidunt: quàm si colligas, (7) columnam aliquam, verè immobilem, de loco in locum moveri, dum per conversionem nostram ipsa dextra nobis efficitur, quæ paulò antè sinistra nobis erat, aut contrà. Mutatio enim hæc tota in nobis fit, non in columna. Et sic altera similiter in nobis fit, non in Deo, aut ipsius decretis. Nam sive nos pii, sive impij simus; item sive placatum, sive iratum Deum, re ipsa experiamur: Deus tamen in decretis suis semper immutabilis manet: quippe quibus illam ipsam, ex parte nostra mutabilem, conditionem ipse ab initio immutabiliter (8) inclusit: quâ vel præstitâ, vel mutatâ, promissionem (9) demum, aut comminationem ipse suam præstare constituit. Ita ut conditio quidem, (10) seorsim accepta, in nobis anceps ac mutabilis sit, quia nos varii ac mutabiles sumus: decretum verò Dei (11) conditionale, integrè sumtum, semper immutabile sit, quia Deus semper constans & immutabilis est. (12) Videat Lector ea, quæ suprâ copiosius in hanc sententiam disputata fuerunt, præsertim Sect. 4. & 5. Ubi & retorsio allata fuit hujus argumenti, quod hîc opponitur: hoc est, ostensum, tum demum mutabilia fore Dei decreta, si utraque illa hominum, mores suos utrinque mutantium, in novum Dei decretum transitio planè tollatur. Quod absit.

SECTIO XIII.

An de voluntate Dei semper ex eventu judicandum sit, & quatenus.

PAg. ead. Thes. 33. De voluntate, & proposito, seu consilio Dei speciali, non semper ex eventu judicandum est. Multa enim fiunt, quæ Deus fieri non vult: nec semper fiunt, quæ ipse fieri vult. Non quia non possit Deus effectum dare, quidquid absolutè vel ipse facere, vel à rebus creatis fieri vult: sed quia non omnia, quæ fieri vult, absolutæ in ipso voluntatis capacia sunt. v. g. quæ sic fieri vult, ut simul non fieri posse velit. Item, quæ sic non fieri vult, ut tamen fieri posse velit. Regula autem ista, *Quidquid Deus vult, id facit: Psal. 115.* de absoluta tantùm voluntate intelligi debet.

ligi debet. At non omnia Deum velle voluntate absoluta, ex iis, quæ jam dicta sunt, perspicuè apparet.

NOTA PISCATORIS.

Si de *voluntate*, seu proposito, & consilio Dei *speciali*, non semper judicandum est ex *eventu*: sequitur, i. evenire quædam *præter* Dei voluntatem. At nihil *præter* Dei voluntatem evenit: *adeò ut ne passerculus 2. quidem humi cadat sine voluntate Dei*. Matth. 10. Nec diversum probatur ex eo, quòd multa fiant, quæ Deus fieri non vult. Nam hîc *voluntatis 3. vocabulo* non significatur *proprie* ipsa Dei voluntas, seu propositum, atque consilium; sed *mandatum, 4. seu præceptum*. Secus sententia ista erit falsa, quippe pugnans cum omnipotentia Dei. Cum qua 5. etiam pugnat, quod hîc dicitur, *non omnia, quæ Deus fieri vult, vel non fieri vult, absoluta in ipso voluntatis capacia esse*. Postremò falsum 6. est & illud, Deum non omnia velle voluntate absoluta. Nam *nullam* in Deo esse voluntatem conditionatam, suprà ostendi ad pag. 58.

RESPONSIO VORSTII.

I. (1) Multa hîc *αἰτίματα* sine ulla probatione affers. Et initio quidem res diversissimas permisces. Confunduntur enim in hac annotatione tua *diverse* voluntatis divinæ *species*: in primis voluntas efficiens, item præcipiens, & approbans, cum voluntate permittente, & gubernante &c. Nam quæ ego (2) de efficiente, item præcipiente, & approbante voluntate Dei hîc dixeram: ea tu ad permissionem, & gubernationem, five ordinationem, Dei generalem perperam trahere videris. Verum quidem est, nihil fieri *præter* voluntatem Dei, (3) *improprie* latissimè-que sumtam, hoc est, (4) mala quoque permittentem, & omnia gubernantem &c. Sed hinc (5) non sequitur, nihil fieri *præter* voluntatem Dei *proprie* ac strictè acceptam, hoc est, (6) efficientem, aut præcipientem, aut approbantem &c. Peccata etiam ipsa sub priore voluntate Dei continentur: At non item sub posteriore. Nisi fortè, Deum illorum omnium (7) auctorem esse, asserere velimus. Quod absit.

ficere, præcipere, & approbare. 3) *Immo proprie & strictissimè sumtam.* 4) *Quasi verò gubernandi non sit voluntas proprie & strictè dicta!* 5) *Nempe ex falsa tua hypothese. Sed quid hoc ad sententiam meam veram?* 6) *Falsa expositio.* 7) *Quasi verò sequatur, Deus proprie loquendo peccatum, igitur est author peccati.*

2. Dictum Christi, *de passerculis, &c.* Matth. 10. etsi (8) tantùm de priore voluntatis genere *proprie* agit; (9) non ineptè tamen ad *utrumq;* genus referri potest. Sed idem, (10) quatenus *efficacem* Dei voluntatem arguit, ad peccata nunquã extendi debet: quippe quæ nullo modo Deus

v. 13. 9) *Contradictio.* 10) *Quasi verò ego dictum illud Christi extendam ad peccata!*

NOTÆ PISCATORIS.

1) *Sed quamam?*

2) *Immo tu expressè hîc loqueris de proposito seu consilio Dei speciali. At omne Dei consilium seu propositum seu deniq; decretum est speciale. Ergo loqueris de decretis Dei omnibus. Ergo nihil hîc permisceo vel traho. Et certè ex permissione divina tam certò judicatur, Deum decrevisse permittere: quàm certò ex effectis & præceptis & approbationib. divinis judicatur, Deum decrevisse ef-*

voluntas permittendi & Sed quid hoc ad sententiam decrevit permittere pec-

8) *Immo agit non tantùm de voluntate permittendi, sed etiam de voluntate efficiendi: ut judicari potest è similibus dictis, ut Prov. 16. v. 33. Gen. 27. v. 22. Ex. 21.*

11) Immo procurat, idq; per Satanam.

12) Hic non est paralogismus: quia est ratiocinatio dōrō & uq̄d. ov.

13) Quasi verò ego sic argumenter! Calumnia.

Nusquam dico, Deum velle efficere peccata.

14) Falsò hoc tibi videtur: si tamen videtur.

15) At quo jure istud à me postulas?

16) Ludis ex ambiguo.

Quicquid Deus decrevit, efficaciter decrevit: at non quicquid decrevit, efficere

decrevit. Decrevit permittere peccatum, ac proinde efficaciter permittit peccatum: sed non decrevit efficere peccatum. 17) Immo aliquo modo: nempe vi relatorum.

18.19) Proba.

20) Immo periclitatur.

21) Apage fictitiam istam velleitatem.

22.23) Immo necessitat, quatenus ea fieri permittit ex decreto. Et efficaciter

decernit ut fiant: quatenus omnia ejus decreta efficacia sunt, id est, secum trahunt eventum illum quem

decrevit.

24) Si volens fieri permittit, igitur vult ut fiant, nam si nollet fieri, non permitteret: ac proinde nec

Peccatum Deus NULLO MODO ab aliis fieri vult. Si nullo modo vult, ergo PRORSUS NON VULT. Ergo ipso PRORSUS INVITO peccatum fit. Ergo jam, te ipso fatente, omnipotentia Dei aliquid decedit.

25) Immo aliquid tale. nam pag. 59. thesi 16. inveni hac verba,

26) Scilicet.

27) Proba.

28) Ubi?

29) Proba. Nego.

30) Fluctuas.

31) Immo nunquam. quia adjunctum nunquam est species subjecti.

efficat, aut (11) procurat, nec *Physicè*, nec *Ethicè* &c. quum interim casum passeruli ipse non modò permittat, & gubernet, sed etiam per se approbet, imò aliquo modo, vel mediatè, vel immediatè, semper efficiat. Magnus certè paralogismus est, (12) à casu passeruli, ad peccatum; item à (13) voluntate permittente, ad efficientem &c. argumentari velle: sicut tu facere hìc (14) videris. Hoc igitur deinceps tibi (15) probandum erit, (siquidem mihi contradicere legitimè velis) nihil omnino in mundo fieri, nisi quod Deus approbet, quodque (16) efficaciter & absolutè decreverit, ut fiat. Nam nisi hoc probes, nunquam legitimè evinces, de voluntate Dei semper ex eventu judicandum esse: quum ex sola permissione, ac gubernatione Dei, (17) nullo modo sequatur, rem permissam, ac gubernatam, Deo ipso volente, ac procurante, sic accidisse, sive ut omnino fieret, efficaciter à Deo decretam fuisse: sicut inter alios Dd. Fr. Junius in lib. de peccato Adami &c. apertè satis ostendit.

3. Ratio porrò tua, quam ab *omnipotentia* Dei petis, huc quidem aliquatenus collineat; sed scopum tamen verum non attingit: quia magnà (18) inconsequentia laborat, & tacitè (19) principium petit. Non enim idcirco Dei *omnipotentia* (20) periclitatur, ut tu putas, quia multa in mundo fiunt, quæ ipse fieri non vult, seu potius quæ fieri non (21) vellet, puta scelera & peccata. Immo per hoc ipsum *omnipotentia* Dei non parum illustratur, quòd scelera & peccata, quæ ipse revera fieri non vult, (hoc est, quæ nec approbat, nec præcipit, nec suadet, nec (22) necessitat, nec ut fiant (23) efficaciter decernit &c.) sciens (24) volens tamen fieri permittit, & dum fiunt perpetuò gubernat, & tandem ad bonum finem dirigit. Tum demum *omnipotentia* Dei aliquid decederet, si quid ipso prorsus invito, aut frustra repugnante, aut etiam nihil planè curante, vel non gubernante, & ad finem suum ordinante &c. evenire in mundo diceretur. At (25) nihil tale in verbis meis uspiam invenies; sed omnia ubique planè contraria. Provoco ad theses ipsas.

4. Distinctio verò tua, inter *consilium*, seu propositum, & *mandatum*, seu præceptum Dei, jam sæpius (26) refutata fuit. Certè non modò (27) principium ipsa petit; sed & (28) S. literis apertè contradicit: quippe in quibus voluntas, seu consilium, & præceptum Dei, pro æquipollentibus (29) interdum accipiuntur: (30) saltem ut subordinata, vel subalterna, & verè consentanea, puta ut genus & species, (31) semper inter se conne-

se conne-

se connectuntur: (32) nunquam verò ut opposita inter se committuntur, aut ab invicem dissepantur. Vide obiter Proverb. 1. v. 25. *Omne (33) consilium meum rejecistis &c.* Luc. 7. v. 30. *Pharisæi (34) consilium Dei adversus se ipsos irritum fecerunt &c.* Act. 20. v. 27. *Patefeci vobis omne (35) consilium Dei &c.* Sic Johan. 6. v. 39. 40. *Hæc est voluntas Dei, (36) ut credatis &c.* 1. Thes. 4. v. 3. (37) *Voluntas Dei est, sanctificatio vestra &c.* Heb. 10. v. 36. *Postquam (38) voluntatem Dei feceritis &c.* (39) Et talibus sententiis Scriptura ubiq; referta est: ubi consilium, voluntas, & præceptum Dei pro eodem accipiuntur.

collatione v. preced. 38) Id est, res vobis à Deo mandatas, puta fiduciam & patientiam, la earum fiunt illa ad qua probanda tu illas adduxisti: puta equipollentia illa, &

5. Putas etiam cum omnipotentia Dei pugnare, quòd obiter hîc dico, non omnia, quæ Deus fieri vult, vel non fieri vult, absolute in ipso voluntatis capacia esse. Sed rationem nullam (40) affers, qua id ipsum, quod infers, vel probabiliter evincas. Mihi verò dicti mei ratio constat, vel ex suprâ disputatis: ubi non obscure ostendi, Deum in utroque hoc rerum genere obedientiam planè (41) liberam, vereque (42) contingentem, à nobis exigere: nec proinde (43) inevitabilem bene agendi, vel non peccandi, necessitatem nobis afferre velle. Ex qua (44) hypothese necessariò consequitur, Deum hæc talia non quidem absolute fieri velle, vel non fieri velle: sed cum hac demum conditione, si etiam nos liberè velimus, aut nolimus: eòque non per efficaciam quandam physicam, ac prorsus irresistibilem; (45) sed per modum suasionis, aut inductionis moralis, obedientiam illam in nobis efficere solere. Quâ quidem in re maximè divina ipsius potentia, simul & sapientia, evidentè elucet: nedum ut hinc aliquam vel illa, vel ista, injuriam, aut jacturam sui, revera patiatur: sicut (46) ex forma, itemque fine, totius actionis satis apparet. *Dei conditionata. 45) Falsa antithesis quippe qua opponuntur inter se subalterna. obedientiam in nobis efficit, est efficax & cum divina potentia conjuncta: ac proinde utraq; apparet, actionem illam Dei qua in nobis efficit obedientiam, prorsus irresistibilem per divinam potentiam, Ephes. 1. v. 19. Ex fine: quia agit ut efficiat in nobis obedientiam.*

6. Postremò non satis est, conditionatam in Deo voluntatem præcisè negare; contraque absolutam ubique urgere, (prout hîc, & passim alibi, confidenter facis) nisi rationes simul ex Scriptura (47) proferas, quibus utrique dicto tuo fidem facias. Nam quas suprâ ad pag. 58. protulisti, eas ibidem satis evertisse mihi (48) videor. Meas verò rationes, ex S. Scriptura, simul & natura rei propositæ (49) desumptas, si deinceps seriò tecum perpenderis, nunquam solidè (50) refelli posse senties. Inter quas iterum hîc duas obiter tibi considerandas proponam.

1. Si nulla est in Deo conditionata voluntas, (ut disertè hîc iterum ais)

32) Immo interdum: ut Gen. 22. v. 1. 2. 12. Exod. 4. v. 21. Act. 2. v. 23.

33) 34) Consilium ibi non significat decretum Dei, sed hortationes ad pœnitentiã.

35) Id est, doctrinam Evangelii.

36) Hæc verba ibi non leguntur.

37) Id est, mandatum, ex v. 35 & 36. 39) At in nulla connexio illa.

40) Attuli jam in Refut. Parasc.

41) 42) Attamen hæc ipsa obedientia ab absoluto Dei decreto dependet: quippe, quam præstare nemo possit, nisi cui Deus decrevit ejus præstanda gratiam dare.

43) Immo inevitabilem. Quis enim evitare possit efficacem operationem Dei?

44) At hypothesis illa falsa est, & à te posita. E cujus falsitate estimanda tibi erit falsitas consequentis quod inde deducis, id est, sententia tua de voluntate nam suasio qua Deus obediens irresistibilis. 46) Immo ex esse. Ex forma, quia agit

47) Protuli partim in ipsis notis, partim in Refutat. Parasc.

48) At mihi non videtur. Judicet lector.

49) Ut tibi quidè videtur.

50) Refellere sanè studui: an id præstiterim, sit judicium penes intelligentem lectorem.

51) Non sequitur. Nam etsi voluntas Dei non est conditionata, id est, non pendet à conditione, ita scilicet, ut tum demum velit nobis dare quæ sub conditione promittit aut minatur: id tamen non obstat, quòd verit illis qui conditionem probandum connexum: nec

53) Non sequitur, Objectum voluntatis Dei est conditionatum, igitur ipsa voluntas est conditionata. Sicut nec sequitur, Objectum voluntatis Dei est mutabile, igitur ipsa voluntas mutabilis est. 54) Etsi voluntas Dei semper absoluta est, hoc est, nunquam pendet ab aliqua conditione: tamen fides certa præstaturum ea bona qua

55) Nego consequentiam. Nam etsi voluntas Dei à nulla pendet conditione: tamen bona sub conditione promissa dat illis qui conditionem implent: ac proinde illa sic promittit nec dolosè, quum neminem nec temerè, quia sic electos reddit.

56) Sed quid hoc ad probandum connexum? Etsi enim Dei voluntas non pendet ab ulla conditione: tamen hinc nõ sequitur, Deum quum aliquid sub conditione promittit, aliter loqui quàm revera sentiat, quippe revera sentit & vult & facit. 57) Quasi verò promissiones Dei non sint clara, nisi statuatur voluntas Dei conditionalis! 58) Ambiguè istud dicitur. Sanè Deus absolutè, id est, non interveniente ulla conditione, decrevit procurare salutem electorum: attamen non decrevit illam procurare absolutè, id est, non interveniente aliqua conditione. Decrevit enim illam procurare per fidem: sub qua, tanquam conditione, illam promittit. 59. 60) Nullus hic locus relinquitur vel spei illusoria, vel metui inani: quia quod Deus sub conditione promittit aut minatur, id implentibus conditionem certò præstat. quare nec spes credentium promissione illuditur: nec metus non credentium, sed in incredulitate perseverantium, inanis est.

tum (51) sequitur, Deum nihil eorum revera velle, quæ sub conditione aliqua promittit, aut minatur &c. ac proinde nullam esse conditionatam Dei promissionem, aut comminationem, (quales sunt omnes in utroque federe, Legis scilicet, & Evangelii) cui tutò confidere, aut credere possimus. At totum hoc prorsus absurdum, si non dictu impium est. Ergo & illud. Vide obiter (52) Lev. 26. & Deut. 27. & 28. totis. minus qua sic promittit aut minatur, dare velit, & ex puro beneplacito, dare decreverit. Quo consequente sublato, alterum simul ruit. 52) Ista loca nihil faciunt ad assumptionem: qua tamen probatione non eget. Ergo frustra allegantur.

Connexi ratio est aperta per se: tum quia (53) objectum conditionatum esse non potest, ubi volitio, sive actus volendi, talis non est: tum, quia fides certa & tuta esse nequit, ubi de voluntate Dei nihil certi habetur: ut quidem hinc fieri necesse est, si voluntas Dei (54) absoluta semper est, & tamen non nisi conditionaliter in federe nobis exponitur. 54) Etsi voluntas Dei semper absoluta est, hoc est, nunquam pendet ab aliqua conditione: tamen fides certa & tuta esse potest: quia novit, Deum esse veracem & omnipotentem, ac proinde certò sub conditione promittit, illis qui conditionem istam implent.

2. Si nulla est conditionalis in Deo voluntas, malè (55) igitur, & dolosè, aut saltem frustra, & temerè, Deus suam voluntatem per enunciata hypothetica, seu conditionata, nobis declaravit. v. g. cum inquit: Si impius se converterit &c. Si gens illa pœnitentiam egerit &c. Si acquieveris &c. Si credideris, &c. Ezech. 18. Jerem. 18. Esa. 1. Rom. 10. At hoc iterum absurdum, & dictu impium est. Ergo & illud. fallat: nec frustra, quum illi qui conditionem implent, rem præmissam adipiscantur: nec frustra, quum illi qui conditionem implent, reprobos verò qui illam non implent, inexcusabiles reddat.

Ratio connexæ propositionis est: quòd iniquum & dolosum fit, (56) aliter loqui, quàm revera sentias, in rebus præsertim tanti momenti, tamq; sanctis ac seriis: quòdq; parum sapientis fit, ita loqui, ut (57) verè intelligi nunquam possis: item, aliis ea conditionaliter proponere, quæ (58) absolutè procurare ipse decreveris: atq; ita illis partim (59) spem illusoriam, partim (60) metum prorsus inanem, ac ridiculum injicere &c. Quæ omnia certè quàm longissimè à Deo nostro removenda sunt. loquitur, se daturum promissa bona illis qui conditionem impleverint, & hoc ipsum revera sentit & vult & facit. 57) Quasi verò promissiones Dei non sint clara, nisi statuatur voluntas Dei conditionalis! 58) Ambiguè istud dicitur. Sanè Deus absolutè, id est, non interveniente ulla conditione, decrevit procurare salutem electorum: attamen non decrevit illam procurare absolutè, id est, non interveniente aliqua conditione. Decrevit enim illam procurare per fidem: sub qua, tanquam conditione, illam promittit. 59. 60) Nullus hic locus relinquitur vel spei illusoria, vel metui inani: quia quod Deus sub conditione promittit aut minatur, id implentibus conditionem certò præstat. quare nec spes credentium promissione illuditur: nec metus non credentium, sed in incredulitate perseverantium, inanis est.

S E C T I O X I V.

An, & quatenus, Deus sententias suas interdum mutet.

P Ag. 65. Thes. 35. Quum legimus, Deum postmodum quædam nolle facere, quæ antea facturum se receperat, immò juraverat: Item, velle jam ea facere, adeoq; re ipsa facere, quæ tamen antea minimè se facturum prædixerat: statim cogitandum est, non quidem ipsum Deum esse mutabilem, vel non verè id voluisse, quod ab initio dixerat: sed alia quædam, quæ extra Deum sunt, & circa quæ divinæ voluntatis effectus esse debet, ipsa jam esse mutata: quæ propterea justam mutandæ sententiæ causam Deo præbuerint.

N O T A P I S C A T O R I S.

Confunduntur hîc *voluntas* Dei, & 1. *sententia*, quam hominibus denunciat. Sententiam quidem, hominibus sub conditione, vel expressa, vel tacita, denunciata 2. mutat Deus, quum illi conditionem non implent. Sed voluntatem suam nunquam mutat. Sic mutavit sententiam *Ninevitis* denunciata, de ipsorum interitu, quum ipsi agerent pœnitentiam. Johan. 3. & 4. Sed voluntatem de illis suam non mutavit: quia non volebat eos perdere, 3. sed servare. Et hanc ipsam ob causam interitum eis denunciavit, ut eos ad pœnitentiam adduceret, ac proinde servaret.

R E S P O N S I O V O R S T I I.

1. Ut suprà *promissiones, & præcepta* Dei, ad salutem nostram maximè spectantia (hoc est, duas præcipuas divinæ voluntatis (1) species) ita nunc alias quasdam ejusdem *sententias*, quas hominibus interdum denunciari curat, ab illius *voluntate* (2) perperam discriminat; idque nulla alia de causa, quàm ut inconditionatam (3) tuam prædestinationem sic afferas, & nihil non absolutè ac præcisè à Deo decretum esse evincas. Sic quidem eò tandem (4) pervenies, ut nihil in universo Dei verbo pro vera ejusdem Dei voluntate, aut ipse agnoscas, aut ab aliis agnoscendum putes, nisi quod ipso demum eventu comprobatum videbis. Qua quidem in re, dici vix potest, quàm periculosè hallucineris. Nam si ea non est vera Dei voluntas, quam ipse Deus non modò esse affirmat, sed etiam jurat, (juxta illud Num. 14. *Levaveram manum meam, hoc est, juraveram, me introducturum eos &c.*) (5) nisi tandem ipsa in externo eventu appareat; (ut in hoc quidem exemplo tunc temporis non apparuit) quid

ret. Exceptis tamen mandatis cum tentatione conjunctis, & denuntiationib. pœnarum aut castigationum simpliciter enuntiatis, sed cum conditione intellectis.

N O T A P I S C A T O R I S.

1) Non sunt species, sed adjuncta.

2) Nego.

3) Non est mea, sed Spiritus sancti in scriptura.

4) Calumniaris. Nondum vidi eventum comprobatum resurrectionem carnis: & tamen agnosco, Deum illam verè velle, quia eam promissit.

5) Nego consequentiam. nã et si omnis Dei voluntas tandem in eventu apparet: tamen certi de illa esse possumus ex verbo Dei, etiam antequam in eventu appareat.

6) Et merito: quia habebat promissionem Dei.

7) Repetis calumniosam hypothesein: quasi ego doceam, nos non posse certos esse de ulla voluntate Dei antequam viderimus eventum.

8) Iterum repetis falsam hypothesein.

9. 10. 11. 12) Nego. Nec tu illum istorum absurdorum ex verbis meis deducis: sed ex falsa hypothesei, quam mihi per calumniam attribuis.

13) At hic est questio de sententia non integrè seu plenè proposita: sed proposita absq; conditione subintellecta.

14) At hic non est questio de conceptu animi, sed de sententia denuntiatione.

15) At Deus per Jonam planè & clarè pronuntiavit, Nineve intra 40 dies interibit: & tamen hanc sententiam mutavit.

16) At comminationem apud Ninevitas pronuntiatam tum demum mutavit, quum illi eam rectè intelligerent, videl. subintellecta conditione impœnitentia.

17) Immò si comminatio sic sumatur, tum nò mutatur: sed tum demum mutatur quum omissa conditio subintelligitur, & contrarium illius præstatur: ut patet in exemplo Ninevitarum.

18) Atqui Deus sciebat, eos pœnitentiam acturos quia decreverat eis pœnitentiam dare: idq; propterea quia decreverat eos non perdere.

19) Istud dicitur per ἀνθρώπων μετανοίας. Alioquin jam antea decreverat eis parcere: quia decreverat eis pœnitentiam dare.

tum, quædò, certi de voluntate Dei ex ipsius verbo habere possumus? Apostolus quidem Paulus Rom. 4. & alter Heb. 11. Abrahami fidem ex eo valdè commendant, quòd de voluntate Dei, ex solo ipsius verbo percepta, (6) planè persuasus esset, eidemq; simpliciter confideret, & in omnibus obediret, etsi nullum illius (7) eventum uspiam adhuc videret. Et rursus Hebr. 6. docetur, ipsum Deum immutabile suum consilium per duas res ἀμεταδότης, nempe per promissionem, & juramentum, firmissimè nobis demonstrare: etiamsi nullus dum uspiam illius (8) eventus appareat. At tua hæc doctrina, si verum ingenuè dicendum est, (9) nihil hinc certi nobis, in solo quidem Dei verbo, relinquit: sed (10) animos nostros usque ad eventum finalem trepidos suspendit: adeoque Deo simpliciter promittenti, præcipienti, denunciante, immò juranti, diffidere nos ad extremum usque eventum re ipsa (11) docet: aut temerè saltem atque incertò credere nos (12) jubet, priusquam de voluntate Dei planè persuasi simus. Vide igitur, quid re ipsa hic agas: & quis tuæ doctrinæ fructus sit.

2. Sententiam quidem, inquis, mutat Deus interdum; sed nunquam voluntatem. At ego, ne sententiam quidem, inquam, revera mutat Deus; (13) integrè scilicet, & plenè planèque propositam. Inconstans enim foret, ac mutabilis, si integram sententiam, (14) animo jam antè conceptam, & verbis (15) planè pronuntiatam, reverà mutaret. Fateor tamen, sententiam Dei aliquo modo, sive aliqua ex parte, interdum mutari: si videlicet promissio, aut comminatio, (16) minùs rectè intelligatur; vel (17) si ipsa seorsim per partes absolutè sumatur, quæ cum aliqua vel expressa, vel tacita conditione, prudenter copulanda, atque ita integrè accipienda nobis erat. Quo quidem sensu de voluntate Dei (mutile videlicet, aut perperam accepta) idem planè affirmari posset. Patet hoc in Exemplo Ninevitarum, quod ipse citas. Hos enim ea lege servare decreverat Deus, si quidem pœnitentiam agerent: licet hanc conditionem, sine qua servare eos non decreverat, per Jonam exprimi disertè non jussisset.

3. Sed in hoc ipso Exemplo rursus aliter erras, cum illimitatè prorsus ac præcisè negas, Deum Ninevitas perdere voluisse. Nam si (18) pœnitentiam illi non egissent, verè perditurus ipsos Deus fuisset: quippe qui non joco, aut simulatè, sed sincerè ac seriò, illis exitium denunciaverat. Et propterea dicitur Deus (19) tum demum pœnitentiam egisse super malo, quod ipsis minatus fuerat, quum jam opera pœnitentiæ illorum vidisset. Jon. 3. v. ult. Ergo nisi hæc conditio ab ipsis præstita fuisset, pro pœniten-

pœnitentia illa Dei, seu mavis misericordia, & indulgentia, quam re ipsa
 fenferunt, contrariam potiùs iram & zelum ejusdem revera (20) exper-
 ti fuissent. 3. Neque refert, quòd Deus per exitii denunciationem illos
 ad pœnitentiam adducere voluit. Hoc enim ipsum non (21) absolutè,
 nec (22) prorsus irresistibiliter, efficere voluit: sed salvis semper legibus
 ab ipso positis, puta tum arbitrii ipsorum (23) libertate, tum (24) ordine
 divinitus semel sancito. Nihil enim hîc agit Deus, nisi ex ordinatâ sa-
 pientia & justitiâ suâ regula, quæ juris rigorem, gratiamque, perpetuâ
 moderatione contemperat. Sicut igitur (25) absolutè perdere illos non
 voluit: ita nec (26) absolutè servare voluit: nisi quòd in istam partem,
 pro summa bonitate, & φιλανθρωπία sua (quam neque Jonas ab initio
 ignoraverat, ut ipse ait cap. 4.) magis quàm in illam, semper (27) propen-
 dit: eoque pœnitentiam illorum, per auxilia gratiæ suæ, sic procuravit, ut
 ipsi re ipsa tandem eam (28) liberè præstiterint.

ter respectu Dei gratiosè operantis in eis pœnitentiam. 23) Ergone Ninevita per lib.
 vertere ad pœnitentiam? 24) Et iste ordo hic observatus fuit, quatenus illis denunciata
 scelera. 25. 26) Ambiguè ista dicuntur. Absolutè (id est, absq; conditione) decreverat
 re: & tamen decreverat eos servare non absolutè, sed interveniente pœnitentia. 27) Lc queris de Deo tanquam
 de homine: tribuens ei velleitatem, à qua natura ejus aliena est. 28) Voluntariè
 quum Deus in eis hanc voluntatem effecisset: non autem, quum illi sese vi lib. arb. ad
 illam convertissent.

20) Sanè. Sed num hinc
 sequitur, me errare quum
 illimitatè ac præcisè nego,
 Deum Ninevitas perdere
 voluisse? Certè si perdere
 eos voluisset, pœnitentiam
 eis non dedisset.

21) An verò ego istud dico?
 Immò dico, quòd per exitii
 denuntiationē illos ad pœ-
 nitentiam adducere vo-
 luerit.

22) Non prorsus quidem:
 quia illi poterant resistere
 comminationi divina, suâ
 naturâ, per contemptum il-
 lius. Attamen irresistibili-

ter respectu Dei gratiosè operantis in eis pœnitentiam. suum arbitrium se poterant
 illos non perdere, sed serva-
 re: sed interveniente pœnitentia. quidem: sed tum demum
 illam convertissent.

SECTIO XV.

*An omnia, quæ in mundo fiunt, ab æterno absolutè ac præ-
 cisè à Deo præfinita sint ad unam oppo-
 sitorum partem.*

I*Bid. Thes. 36.* Quotidie existentibus his, vel illis conditionibus, hæc vel
 illa præcisè vult, aut non vult, (Deus) quæ alioqui neutram in partem
 ita præcisè definiverat. v. g. quæ 1. Sam. 23. ψ. 12. de Davide & civibus
Keilah narrantur.

NOTA PISCATORIS.

Quidquid Deus vult in tempore, id ab æterno voluit, & 1. præcisè de-
 finivit. Omnia enim quæ Deus vult 2. in tempore, ea in tempore fiunt.
 Et omnia quæ fiunt, ex decreto seu præfinitione Dei fiunt. Nec diver-
 sum probari potest ex historia 3. allegata Davidis. David quærebat ex
 Deo, an *Keilai* ipsum (si apud eos maneret) essent dedituri Sauli. Deus
 respondebat, esse dedituros. Nempe si apud eos subsisteret. Quis autem
 negare ausit, Deum ita præcisè definivisse gubernare Davidem, ut de
 periculoso eventu, qui per naturam accidere poterat, Deum consuleret,
 & ab illo edoctus periculum evitaret?

NOTÆ PISCATORIS.

1) Probatio est in promptu, videl. Act. 15. v. 18. Vide ibi meam analysin.

2) Jam attuli.

3) Ut tibi quidem videtur.

4) Nihil in istis locis habetur quod axiomati meo contrarium sit.

5) Nego. Sed agitur de conditionatis Dei promissionibus & comminationibus.

6.7) Immo in omnibus istis locis propriè agitur de salute & exitio temporali atq; corporali.

8) Ergo negas Deum ab æterno & absolutè definivisse, quosnam velit salute æterna beare, & exitio æterno damnare. Contradicis igitur apostolo Rom. 8. 28.

29. & 30. & cap. 9. v. 11. 12. anem qui est inter Dei decretum precedat.

10) Immo conditionè decrevit: nisi quædam qua decrevit, sub conditione promittit: nec nisi illà impletà, confert.

11. 12) Si negas esse simpliciter vera, igitur concedis esse vera secundum quid. Cur igitur mox affirmas, esse apertè falsa?

13) Propriè loquendo non vult. nam si vellet, omnib. daret gratiam qua servare illa possent: quum absq; hac servare illa nemo possit. Interim omnibus quibus præcepta Dei proponuntur, statuendum est, Deum velle illa à se servari: ac proinde servandis illis studere debent, non inquirentes interim in arcanam Dei voluntatem qua non nisi quibusdam gratiam servandì dare vult.

14) Etsi Deus non vult omnib. vocatis gratiã dare ut præcepta ipsius servant, ac proinde non vult ut omnes vocati ea servant: tamen interim quicunq; illa non servant, sed transgrediuntur, verè peccant: quia peccatum est ñ avopia, ipsa transgressio Legis.

15) Istud absurdum non deducitur ex mea doctrina: sed ex falso consequente, quod tu ex mea doctrina falso deduxisti.

16) Nego consequentiam: quia peccata fiunt ex decreto permittendi, non autem ex decreto efficiendi.

1. Axioma hoc tuum, quod meo reverà opponis, (Deum videlicet, quæcunque in tempore ab hominibus fiunt, præcisè jam olim præfinivisse: sive inde ab æterno absolutè omnia ad unam partem determinasse, priusquam ipsæ conditiones existant, sub quibus ea definivit) hoc axiomati, inquam, indiget accurata (1) probatione: quam quidem ex Dei verbo non facilè unquam (2) afferes. Multa enim in S. literis occurrunt, & Testimonia, & Exempla, quæ planè contrarium (3) evincant: v. g. illa jam sæpius citata, (4) Ezech. 18. Jerem. 18. Esa. 1. & c. ubi agitur (5) de conditionata Dei voluntate, in negotio præsertim (6) salutis, & (7) exitii æterni. Hæc enim ita comparata sunt, ut respectu singularium personarum (8) non antè præcisè, vel absolutè, definita dici possint, quàm personæ ipsæ, (saltem (9) in præscientia Dei) & existant, & conditionibus suis, quales in objectis salutis, aut perditionis, seu mavis electionis, aut reprobationis, esse debent, reverà præditæ sint. Etsi igitur concedo, quidquid Deus in tempore vult, id ab æterno ipsum voluisse: non tamen hinc (10) efficitur, quidquid Deus nunc re ipsa vult, id omne præcisè ac citra omnem conditionem velle: nec proinde consequitur, quidquid olim Deus præfinivit, id omne præcisè ac citra conditionem tunc præfinivisse.

9) Fluctuas. Quod modo dixisti de tempore, NON ANTE: id nunc refers ad ordinem hic ponis falsum, quasi scilicet præscientia & decretum. Deinde ordinem hic ponis falsum, quasi scilicet præscientia & decretum. Deinde ordinem hic ponis falsum, quasi scilicet præscientia & decretum. Deinde ordinem hic ponis falsum, quasi scilicet præscientia & decretum. Deinde ordinem hic ponis falsum, quasi scilicet præscientia & decretum.

2. Hinc patet, etiam sequentia duo Enunciata tua (11) non simpliciter vera esse, immò (12) apertè falsa esse: siquidem prorsus universaliter accipiantur: prout à te quidem hinc concepta sunt. 1. Si enim omnia re ipsa fierent in tempore, quæcunque Deus in tempore fieri vult: tum certè præcepta Dei omnia re ipsa ab omnibus, saltem vocatis, servarentur: quippe quæ ab his omnibus servari seriò (13) vult. Itaque nullum prorsus foret in toto penè mundo verum (14) peccatum. (15) Neq; opus tum esset, nos amplius precari, Fiat voluntas tua in terra, sicut in celo. Frustra enim id fieri petimus, quod semper & ubique fit, quodque non semper fieri nullo modo potest. 2. Item, si omnia quæ in mundo fiunt, ex absoluto decreto, seu præcisa præfinitione Dei fierent; tum etiam peccata omnia ex eodem Dei decreto fierent: (16) atque ita Deus reverà esset auctor omnium

omnium voluntatem qua non nisi quibusdam gratiam servandì dare vult. 14) Etsi Deus non vult omnib. vocatis gratiã dare ut præcepta ipsius servant, ac proinde non vult ut omnes vocati ea servant: tamen interim quicunq; illa non servant, sed transgrediuntur, verè peccant: quia peccatum est ñ avopia, ipsa transgressio Legis. 15) Istud absurdum non deducitur ex mea doctrina: sed ex falso consequente, quod tu ex mea doctrina falso deduxisti. 16) Nego consequentiam: quia peccata fiunt ex decreto permittendi, non autem ex decreto efficiendi.

mnum peccatorum. Quod absit. Neesse enim est, decretum *absolutum*, immò etiam (17) *efficax*, hoc loco à te intelligi, quod vim causandi secum trahat, sive quod circa res decretas instar causæ efficientis sese habeat: quippe ex quo fieri omnia dicis, quæcunque fiunt; & quidem ita, ut non fieri non possint. Quod certè de decreto permissivo, aut gubernativo, quæ tale est, dici non posse, (18) infra pleniùs ostendam.

3. De *Davide, & Kehilais*, quod attuleram exemplum, saltem id clarè (19) docet, quædam à Deo conditionaliter in utramque partem decerni; non autem omnia prorsus absolutè ad unam oppositorum partem præfiniri. Nam si v. g. David apud istos homines substitisset, Deus deditio- nem illius haud dubiè permissurus fuisset: sicut ex ipsius Dei oraculo colligi potest. Secus autem evenire tunc voluit Deus; non quidem abso- lutè, sed cum ista (20) conditione, si quidem David illinc discederet: quod etiam re ipsa factum fuit. Porrò an Deus ita *precisè* definiverit gu- bernare Davidem, ut ea tunc faceret, quæ hîc narrantur, de hoc nihil certi à nobis statui (21) potest. Quare sicut non facilè negandum mihi est; ita nec (22) temere tibi est asserendum: (23) quum nihil tale in S. hi- storia vel affirmetur, vel negetur. Temeritas autem ex utraq; parte sem- per fugienda est: sive negandum aliquid sit, sive affirmandum.

hil probat. quia satis est, alibi in scriptura affirmari id in universum, cujus exemplum

17) Sanè efficax: id est, cu- jus eventus suo tempore certò evenit: at non decre- tum efficiendi, quo scilicet Deus decreverit peccatum efficere.

18) Eò igitur differam re- sponsum.

19) Non docet.

20) At ista non fuit condi- tio decreti, à qua scil. pen- dèret decretum Dei: sed fuit conditio eventus, à qua pendebat eventus ille, ut non dederetur Sauli David à Kehilais.

21) Immo potest: idq; ex pronuntiato Jacobi Act. 15. v. 18.

22) Neq; assero id temere: sed fretus testimonio scri- ptura. 23) Hac ratio ni- speciale hic narratur.

SECTIO XVI.

An Deus aliquid injustum unquam velit. Et an omnis voluntas Dei sit nobis pro regula justitiæ habenda.

P Ag. 68. Thef. 45. Nobis tamen, ut dictum est, *libera* Dei voluntas re- gula est justitiæ.

NOTA PISCATORIS.

Hoc eget 1. declaratione. Nam si intelligatur de *mandatis* Dei, verum est. Si verò de 2. *decretis* Dei, non item. Quippe ex decreto Dei Judas 3. Christum prodidit, & Judæi eundem interemerunt. Et tamen utro- rumq; actio injusta fuit.

RESPONSIO VORSTII.

1. Declaratio hîc nulla necessaria est: (1) nisi ut voluntas Dei rectè accipiatur: hoc est, ut non intus in Deo (2) latens, sed foris in verbo de-

cessariam hic esse declarationem? Negasne igitur necessarium esse id quo caretur quo alicujus acceptione? 2) Ergo fateris, esse aliquam voluntatem in Deo latentem. Et sanè talis erat decretum il- lud Dei, ex quo Judas prodidit Christum: antequam illud patefieret. Illud verò decretum non erat regula actionis il-

NOTA PISCATORIS.

1) Fateris igitur, voluntatem Dei hic posse non rectè accipi: cur igitur negas, ne- minùs erretur in vocabuli minùs erretur in vocabuli

lius Juda, juxta quam ille suscipere illam & peragere debuerit. Sed regula actionum ejus omnium erat lex Dei ac proinde mandatum illud, Ne occidito.

clarata; sive non occulta, sed patefacta, hinc tantum intelligatur. Quod ipsum tamen ex subjecta materia per se patet: quum alioqui nobis illa justitiæ regula esse non posset, nisi de eadem nobis certò (3) constaret. Porro non tantum per mandata, verum etiam per promissiones, & comminationes, item per simplices narrationes, aliaque complura id genus indicia, voluntas Dei nobis subinde revelatur. Ut proinde ad sola mandata hæc Dei revelatio (4) restringi non debeat. Quidquid autem, & quocunq; modo, Deus se velle testatur, id omne (5) justum ac sanctum esse, simpliciter credendum est: quum nihil ille contra (6) justitiam velle unquam possit. 2. Sed si tibi credimus, non omnis Dei voluntas, licet in verbo jam patefacta, pro regula justitiæ habenda nobis erit. Excipis enim quadam decreta Dei, cum mandatis ejusdem, ut credis, interdum pugnantia, vel ab iisdem saltem valde diversa. Qualia revera (7) nusquam in tota rerum natura existunt: sicut ex supra disputatis abundè liquere potest. Ego igitur, Verbo Dei simpliciter inhærens, nullum agnosco verum, ac propriè dictum, Dei mandatum, quod non idem vera sit (8) species divini decreti, per verbum jam patefacti. Multò minùs ullam veram inter decretum, & mandatum Dei, repugnantiam admitto, quoties de uno quidem eodemq; (9) objecto agitur. Quidquid enim nobis mandat Deus, id verè decrevit nobis mandare: & eo quidem consilio, seu fine, id ipsum decrevit, ut mandatum religiosè ac sanctè, sed & liberè, per ipsius gratiam, à (10) nobis servetur &c. Tu verò, qui discrimen apertum hinc statuis, seu mavis insignem generis diversitatem, (immò interdum hostilem pugnam, & contrarietatem) revera principium (11) non uno modo petis: uti jam antè sæpius ostensum est. 3. Quod de Juda proditore, deq; Judæis Christicidis affers, eo quidem sensu quo affers; utrumque planè falsum est. Nam neque ille Christum prodidit, neque hi eundem interemerunt, (12) ex decreto Dei, puta (13) absoluto & (14) efficaci: cujus scilicet verà vi peccata illa necessariò ab ipsis perpetrata sint: ut tu quidem haud dubiè utrumq; exemplum intelligis. Nihil enim tale (15) uspiàm in S. literis docetur. Immò qui talia docent, ii Deum reipsà, licet imprudentes, proponuntur, (ut haud dubiè intelligis) nego quod hic dicis: quia non omnibus dat gratiam servandi mandata ipsius: si autem dedisset eis mandata hoc fine ut ea servarent, gratiam quoq; servandi daret: quippe sine qua servare illa non possunt. Ergo præter illum finem qui propriè pertinet ad electos, statuendus est finis alius, qui pertinet ad reprobos: ut scilicet illi magis reddantur inexcusabiles. 11) Et quibus tandem modis? 12) Hic in os contradicis Spiritui S. loquenti in Scripturis. Vide loca antè allegata, Act. 2. & 4. 13) Falsa hypothesis, & petitio principii: quasi scilicet sit decretum aliquod Dei non absolutum. 14) Omne Dei decretum efficax est, id est, eventum suo tempore producit, at non omne decretum Dei est decretum efficiendi: sed quædam sunt decreta permittendi. Et tale fuit hoc de quo nunc agitur, 15) Immò istud docetur in locis allegatis. Necnon in aliis: ut Matth. 26. 52. Luc. 17. 25. & 22. 37. & 24. 7. 26. 46.

3) Ergone voluntas illa Dei qua volebat ut Judas proderet Christum, tum fuit illi regula quum de ipsa constare ei cœpit? Cœpit autem quum hoc ei patefaceret Christus, Matt. 26. 24. 25.

4) Attamen negare non potes quin ea demum hominis actio justa sit & dicatur q̄ conformis est alicui mandato Dei. Cur igitur negas, justitiam hominis rectè restringi ad mandata Dei: per quorum tamen relationem seu respectum rectè definitur?

5) Nempe respectu Dei volentis. At hic est questio de justitia hominis.

6) Nempe contra justitiam suam. At hic est questio de justitia hominis.

7) Contrariū testatur proditio Christi per Judam, & interfectio ejusdem per Judæos & gentes, Act. 2. 23. & cap. 4. v. 27. & 28.

8) Adjunctum non est species.

9) Contrarium patet in exemplo proditionis & interfectionis Christi.

10) Si hac voce intelligis solos electos adultos, concedo quod dicis: quia Deus his solis dat gratiam qua servant mandata ipsius. Si verò intelligis omnes homines quibus mandata Dei

proponuntur, (ut haud dubiè intelligis) nego quod hic dicis: quia non omnibus dat gratiam servandi mandata ipsius: si autem dedisset eis mandata hoc fine ut ea servarent, gratiam quoq; servandi daret: quippe sine qua servare illa non possunt. Ergo præter illum finem qui propriè pertinet ad electos, statuendus est finis alius, qui pertinet ad reprobos: ut scilicet illi magis reddantur inexcusabiles. 11) Et quibus tandem modis? 12) Hic in os contradicis Spiritui S. loquenti in Scripturis. Vide loca antè allegata, Act. 2. & 4. 13) Falsa hypothesis, & petitio principii: quasi scilicet sit decretum aliquod Dei non absolutum. 14) Omne Dei decretum efficax est, id est, eventum suo tempore producit, at non omne decretum Dei est decretum efficiendi: sed quædam sunt decreta permittendi. Et tale fuit hoc de quo nunc agitur, 15) Immò istud docetur in locis allegatis. Necnon in aliis: ut Matth. 26. 52. Luc. 17. 25. & 22. 37. & 24. 7. 26. 46.

dentes, duplicis horrendi Sceleris (16) auctorem efficiunt, proditionis scilicet, & homicidii planè voluntarii. Quod à Christianis certè longè abesse debet. Facta quidem sunt illa peccata, Deo nec ignorante, nec ociosè spectante, nedum invito, aut (17) simpliciter nolente, sive efficaciter repugnante; sed liberè, sapienter, & justè, immò & clementer (ad majus scilicet bonum inde eliciendum) sic fieri (18) permittente, & dum fierent, gubernante, & ad bonum finem dirigente; immò etiam Judam, & quosdam ex Judæis, ob antegressa ipsorum scelera justè indurante, & excæcante: Actor. 1. & 2. & 3. & 4. non tamen facta sunt ex aliquo (19) efficaci, & (20) absoluto, seu (21) primario, & causas omnes antegrediente, Dei decreto: per quod, scilicet, ipsi auctores ad hæc ipsa peccata faciendum (22) inevitabiliter ab æterno destinati sint, ac deinde in tempore (23) irresistibiliter compulsi &c. De quo mox iterum plenius agetur.

21.23) Certè istud docet verbum Oportet in locis allegatis ad n. 15. Hic tamen notandum, auctores istorum peccatorum compulsos fuisse à diabolo: ut expressè dicitur de Juda, Job. 13. v. 2.

16) Non auctorem, sed directorem atq; gubernatorem.

17) Ergo aliquo modo volente. quod tamen alibi negas: ut pag. tractatus tui de Deo 59. thesi 16.

18) Et hoc ipsum ego sentio.

19) Immò efficaci: quia res decreta fuit effecta, licet non à Deo.

20) Immò absoluto. quia nullum est decretum Dei conditionatum.

21) Falsa hypothesis: quasi sit aliquod Dei decretum secundarium, & causas aliquas consequens.

notandum, auctores isto-

SECTIO XVII.

An peccata fiant Deo procurante, & omnino fieri volente.

P Ag. 70. thes. 52. Inter errores refertur, statuere, peccata fieri Deo procurante, & omnino sic volente.

NOTA PISCATORIS.

At rem ita se habere, 1. patet è S. Scripturæ testimoniis, 2. Actor. 2. v. 23. Actor. 4. v. 27. 28. Item 2. Sam. 16. v. 10. & 1. Reg. 22. v. 20. & deinceps.

RESPONSIO VORSTII.

1. Hic iterum aperte prodis, quàm (1) periculosa sit doctrina tua, de absoluta, sive inconditionata, Dei prædestinatione: cujus hinc fructum planè pestiferum nobis proponis. Considera enim, te quæso, in vero timore Domini, quanta hæc, quamque aperta (2) blasphemiam sit, statuere, peccata fieri Deo procurante, & omnino sic volente. Item, quàm evidens (3) contradictio sit, negare, Deum esse causam peccatorum, (quod alibi sæpe facis, idque jure optimo) quum tamen ipso procurante, & omnino sic volente, eadem fieri hinc alibi que affirmes. (4) Cui tandem cordato,

NOTÆ PISCATORIS.

1) At non per se: quia fundata est in scripturis allegatis. Et sic periculosa quoque fuit doctrina Pauli, teste Petro, 2. Pet. 3. v. 16. At non propterea illa damnanda est falsitatis. Similiter nec mea hoc loco.

2) Non est blasphemiam: licet humana rationi videatur, quatenus Deum agnoscere pro recusat Deum agnoscere pro gubernando, non efficiendo: & vult permittere, non autem efficere. 3) Non est contradictio: quia procurat verbo Dei, & judicia illa Dei inscrutabilia adorat, id est, pro justis & sanctis habet, et si ipse illa non comprehendat.

g

parat homini, nec majorem in illo, quàm in isto, potestatem agnoscit: & deniq; quatenus

- 5) Non continud est rei auctor, id est, effector: qui eam effici ab alio procurat.
- 6) Nec statim est fautor male operantis, qui opera eius utitur. V.g. Bonus magistratus non statim est fautor crudelis carnificis: si opera eius utitur ad excruciantium maleficos.
- 7) Potest quis male operanti bene cooperari. V.g. si duo carnifices maleficum aliquem merito supplicio excruciant: sed unus eorum id faciat animo crudeli, alter vero tantum amante iustitia, vel etiam commiserante. Sanè Deus cooperatur omnibus hominibus quicquid agant: nam per ipsum movemur, Actor. 17. v. 28. Sed ipse semper operatur sanctè, movendo voluntates hominum: illi autem saepe operantur malè, nempe quoties aliquid operantur contra legem Dei.
- 8) Ego ad verbum sic intellexi tanquam usurpatum loco pronomini hoc. Sicut usurpatur in dicto illo vulgari, Sic volo, sic jubeo. Tu vero illud detorques ad modum agendi. 9) Idem est iudicium de decreto quod de gubernatione, nam sicut sanctè gubernat Deus peccata, sic etiam sanctè decrevit gubernare. 10) Nullum hic virus vides. Periculum autem huic doctrina accidit, 11) Nego.
2. Cæterum in locis illis quatuor, abs te citatis, nihil prorsus invenio, quod huic pernicioso errori suffragetur. Non enim ibi (12) legimus, Deum ipsum aut procurasse, aut omnino fieri voluisse, ea peccata, quorum ibi mentio fit. Sed poenam quidem hominum impiorum, licet cum peccato ipsorum aliquo conjunctam; nec non castigationes, similisve paffiones piorum, Deum ipsum procurasse, sive efficaciter voluisse: peccata vero ipsa, (13) quæ peccata sunt (de (14) his enim tantum agitur) duntaxat (15) permisisse, & gubernasse, h. e. sapienter limitasse, & denique ad bonum finem direxisse, ibidem legimus.
- 12) Inspiciantur loca, & considerentur verba.
- 13) Quasi vero ego istud scripserim. Falsa & calumniosa criminatio.
- 14) Immò simpliciter & absq; limitatione agitur de peccatis. Tu vero ineptè hic loqueris: quum verba tua innuant ineptam & falsam peccata non quæ peccata.
- 15) Immò etiam impulisse, sed per Satanam.
- De loco quidem Actor. 2. v. 23. jam antè non pauca diximus: qui certè nihil aliud habet, quàm Christum definito Dei consilio, & providentiâ, traditum fuisse, sive deditum illorum potestati, qui ipsum occiderunt. Sed in eo non dicitur, Deum (16) procurasse ipsum Judæorum peccatum, hoc est, tum internam istorum invidiam, ac malitiam, tum quod ex ea fluxit, sceleratum homicidium. (17) Aliud namque est, Christum aliorum libidini permittere, ut eum, si velint, injustè occidant: aliud autem, procurare &
- 16) An verò negari potest, illum procurare negotium, cujus consilio & decreto negotium geritur? Et an negotium illud, id est, traditio Domini per Judam, non fuit peccatum?
- 17) Ista non re ipsa, sed verbis tantum differunt.

rare & omnino velle, ut isti homicidium hoc perpetrent: quia (18) hic peccati efficientia est, illic non est.

Sic Actor. 4. v. 28. illud quidem habetur, Herodem, Pilatum, aliosq; impios, ea fecisse, qua manus & consilium Dei præfiniverat ut fierent. Sed ex omnibus loci hujus circumstantiis satis apparet, hoc totum non de divina (19) peccati procuratione, aut impiorum ad peccatum perpetrandum (20) absoluta impulsione; sed (21) de peccati, ab ipsis jam antè (22) libère concepti, (23) singulari quadam permissione, ac sapientissima modi determinatione, item ad salutarem eventum, (puta ad salvificam Christi passionem &c.) sancta quadam ordinatione, dextrè intelligendum esse. Secus innumera hinc absurda orirentur.

Sic 2. Sam. 16. v. 10. præceptio illa Dei, quæ Semeio facta dicitur, ad maledicendum Davidi &c. planè similiter accipienda est. Non enim illa propriè ad ipsum maledictum, simpliciter & per se consideratum; sed ad ejusdem, jam pridem in animo maledicendi cupido latentis, (24) singularem (25) permissionem, ac limitativam (26) gubernationem, item in certum illud objectum, (hoc est, in Davidem, cum certis peccati & reatus circumstantiis acceptum) (27) directionem, atque (28) ordinationem ad pœnam &c. referri debet. Hoc enim illa Davidis verba sibi volunt: Dominus præcepit ei, (Semeio) maledic Davidi &c. q. d. Dominus non tantùm ei permittit, ut mihi maledicat, sed & maledicam ejus linguam ita dirigit, ut speciatim in me incurrat, qui probè hanc pœnam commerui &c. Inspiciantur omnes peristases.

Sic denique locus 1. Reg. 22. v. 20. & seqq. de justa quidem punitione impii Achabi, & simili excæcatione pseudoprophetarum ejus, à Deo per ministerium Satanae (29) procurata, non obscurè disferit. At nihil interim agit de peccatis, (30) quæ peccata sunt, efficaciter ab ipso Deo procuratis. Nam quod Deus ibi spiritum mendacii dedisse dicitur in ore pseudoprophetarum &c. id nihil aliud revera sibi vult, quàm Deum spiritui mendacii (hoc est, Diabolo) seducendos illos justè (31) permisisse: ut qui pridem suis peccatis hanc pœnam probè commeriti fuissent. In summa: nihil in omnibus hisce locis occurrit, unde Deum ipsum peccata ((32) quatenus peccata sunt) verè procurare, aut efficaciter velle, sive omnino sic fieri velle, solidè concludi possit. (33) Error igitur est, & manet: isque sanè gravis, ac periculosus. De quo plura suo tempore, Deo dante.

18) Immo non magis hic, quàm illic.

19) An igitur negari potest, illum procurare negotium, qui ad illud peragendum manum adhibet, quiq; consilio suo præfinit ut illud peragatur?

20) Quasi verò ego hoc scripserim. Calumniosa criminatio. Deus usus est operâ Satanae in illis ad Christum subalterna. 22) Attamen vocas singularem permissionem?

24) Quam verò rursus appellas singularem permissionem? Sanè quod alteri singulare ac proprium est, id non est ei commune cum aliis. At tu permissionem peccandi singularem supra tribuisti quoq; occisoribus Christi.

25. 26. 27. 28) Multa quidè hic accumulatas ad declarandum illa maledicta Semeio: sed omittis quod præcipuum est, videl. impulsio Semeio datum.

29) Ergo tandem agnoscis, peccata quadam facta esse Deo procurante?

30) At ubi ego istud scripsi? Calumniosa criminatio.

31) Adde, Et mandavisse. Vide textum.

32) Repetis calumniam.

33) Nempe quem tu mihi affingis.

S E C T I O X V I I I.

An gratia Dei salutifera sit conditionalis, & quatenus.

P Ag. 86. Thef. 21. De gratia Dei salutifera loquens ait: Conditionalis est hæc gratia, quatenus ita ordinata est, ut primaria ejus effecta, puta remissionem peccatorum, & salutem æternam, adipisci non possimus, priusquam annexam veræ fidei conditionem (quæ tamen & ipsa gratiæ effectum est) impleamus.

N O T A P I S C A T O R I S.

Si gratia Dei salutifera esset conditionalis, pendèret ab aliquâ conditione, tanquam à causa impulsiva. 1. At illa non dependet ab ulla conditione. Fides autem non est conditio, unde pendeat gratia, 2. seu favor Dei: *Sed est conditio, unde pendet remissio peccatorum, & salus.* Et tantum abest, ut gratia illa pendeat à fide; ut è contrario 3. fides pendeat ab illa gratia.

R E S P O N S I O V O R S T I I.

N O T Æ P I S C A T O R I S.

1) *Falsa hypothesis. quasi vox conditionalis dicatur non uno tantum sensu.*

2) *Sed hic sensus à consuetudine loquendi alienus est. Conditionale enim non solet dici quod occupatur circa aliquam conditionem rei alterius, ut tu hic novè accipis: sed quod pendet à conditione, tanquam à causa.*

3) *Immò à te ipso talis descriptio affertur.*

4) *Quid tum postea? quasi vera non sint dicenda, ut tu scopum tuum obtinere possis!*

5) *Immò necesse tibi est, si velis (ut debes) usitatè loq.*

6) *Falsa hypothesis. Immò tu non à forma, sed ab objecto, denominationem hæc sunt adjuncti. 10) Id est, conditione illam esse extra gratia? 11) Hoc verò non tate hic disferis de pluribus*

1. Ex verbis meis abundè perspicuum est, gratiam hanc salutarem (de qua Tit. 2. v. 11. agitur) seu mavis salutiferam, non simpliciter, nec (1) quolibet sensu, aut respectu, conditionalem à me dici; sed (2) eatenus tantum, quatenus effecta ejus primaria nemini dantur, nisi qui conditionem fidei per Dei gratiam implet. Itaque (3) falsa hinc, aut saltem à scopo meo (4) aliena, descriptio gratiæ conditionalis à te profertur. Non enim mihi (5) necesse est, eam à causa impulsiva, hoc est, efficiente & externa, sic denominare: quum à causa (6) formali, quæ intima & præcipua rei causa est, ita nominari possit, immò debeat. Forma namque dat esse rei: ac proinde etiam appellatio rei hinc præcipuè petenda est. Voco igitur gratiam hanc *conditionalem*: non quòd à conditione aliqua Deum foris impellente, tanquam à causa efficiente, verè pendeat: sed quia conditionem sibi (7) annexam, sive mavis (8) innexam, & (9) implicitam habet, sine qua (10) nemini (ex adultis) fructus ipsius revera contingit. 2. Errare autem in eo mihi videris, quòd per gratiam Dei salutarem, nihil aliud, quàm nudum ejusdem favorem (videlicet in ipso Deo absconditum) intelligi posse (11) statuis. Est quidem hæc una ex illius vocis præcipuis significationibus, in Scriptura S. expressis: at non est sola, vel unica. Immò

7. 8. 9) *At forma non est rei annexa, vel innexa, vel implicita: hæc enim propria Nisi conditio illa fuerit præstita ab eo circa quem gratia illa occupatur. Vidésne jam, gratiam in objecto illius? Quomodo igitur dicebas, esse innexam sive implicitam ipsi gratia? 11) Hoc verò non statuo: sed verba tua de favore expono, sic postulante ipsa sententia. Quare absq; necessitate hic disferis de pluribus istius vocabuli significationibus.*

ca. Immò quoties illa respectu executionis ac manifestationis divinæ describitur, (seu quatenus in nobis ipsa sese exferit) toties effectum, & sensum, seu cognitionem sui efficacem re ipsa includit. Et hoc respectu rectè dicitur, ipsam nemini actu contingere, (quod quidem ad præcipuam suæ efficaciam portionem attinet) nisi qui conditionem fidei prærequisitam impleat. Et fanè tu ipse revera idem hîc dicis, quod ego volo: quatenus *remissionem peccatorum, & salutem*, à fidei conditione pendere concedis. Hæc enim sunt illa ipsa *primaria* (12) gratiæ effecta, quæ non nisi per conditionem illam fidei nobis contingere affirmo: quæque certum est, in (13) Scriptura nomine gratiæ sæpissimè insigniri. 3. Fateor quidem, ipsam etiam *fidem* à gratia Dei, (14) latè acceptam, tanquam à causa sua, (15) præcipuè pendere: quippe quod in verbis meis satis expressè continetur. Sed hoc non impedit, quò minùs rectè dicamus, gratiam vicissim (16) alio speciali sensu à fide pendere. Illic enim *gratia* Dei, simplicem Dei favorem, & quod hinc oritur, auxilium ejus præveniens, & excitans &c. significat: cujus porrò effectus est fides in Christum. Hîc verò nomine *gratia*, in primis ipsa justificatio, & salus æterna, denotantur: quæ certè nemini ex adultis, citra præcedentem Christi fidem, re ipsa contingunt. Homonymia hæc si rectè explicetur, continuò res tota elucescet: sicut te ipsum ultrò fassurum spero.

quam causa instrumentali, rectè intelligis. Si verò ita intelligis, quòd fides ex parte etiam fanè intelligere, vidèris) tum malè intelligis. 16) Sed quid hoc ad rem? Quum tu sententia quam reprehendo, non alio sensu acceperis, quàm de favore Dei.

12) *At cujus gratia? Nonne favoris Dei? Justa igitur est mea reprehensio sententia tua: quum favor ille Dei non pendeat ab ulla conditione.*

13) *Hoc nihil ad rem. quia tu hîc per gratiam non intelligis, effecta gratia, sed favorem Dei.*

14) *Et quam vocas gratiam latè acceptam? Ego dico, fidem pendere ab ILLA gratia Dei, id est, à favore Dei. Concedis ne hoc, an negas?*

15) *Sed quomodo intelligis istam vocem præcipuè? Si ita intelligis, quòd fides à gratia, i. e. favore Dei pendeat præcipuè, id est, tanquam à causa principali: simul tamen etiam à prædicatione, evangelii, tanquam à lib. arbitrio, (ut vocabulum gratiæ in sen-*

SECTIO XIX.

An, & quatenus, salutaris Dei gratia omnibus hominibus offeratur.

I*Bid. Thef. 22.* Hinc adèd fit, ut quamvis salutaris Dei gratia omnibus hominibus in Evangelio, & seriò quidem, ex parte Dei offeratur: non omnes tamen participes re ipsa illius evadant: quia videl. non omnes, sed aliqui tantùm, competenter, h. e. vera fide, ipsam amplectuntur.

NOTA PISCATORIS.

Gratiam illam Dei salutarem in Evangelio offerri omnibus hominibus, pugnat cum 1. experientia, & cum dicto illo Pauli, 2. Act. 14. v. 16. *Præteritis ætatibus sivit Deus omnes gentes suis ipsarum viis incedere.* Deinde non est dissimulandum & hoc: gratiam illam in Evangelio offerri quidem multis: Veruntamen non omnibus eodem 3. modo: quia *Electis* offertur cum adjuncta divina operatione fidei, Act. 13. v. 48. *Reprobis ve-*

ro sine illa operatione, vel etiam cum adjuncta divina excacatione, Joh. 12. v. 39. & 40.

RESPONSIO VORSTII.

NOTÆ PISCATORIS.

1) Negare audes quod in aperto est? Verba tua sunt, Quamvis salutaris Dei gratia OMNIBUS HOMINIBUS in Evangelio offeratur. Quæ hic limitatio?

2) O sophisticam expositionem! Quasi verò per ista verba limitentur illa, Omnibus hominibus, ac non potius illa referantur ad verbum offeratur! Gratia salutaris (inquis) in Evangelio offertur. quibus? OMNIBUS HOMINIBUS.

3) Rursum sophistica expositio. Quasi non planum sit, te quum illa scriberes, hoc dictum voluisse, Offertur PER Evangelium?

4) Nō est aliena: quia gentes de quibus ibi loquitur Paulus, continentur utique numero omnium hominum.

5) Immo simpliciter. Si negas: proba contrarium.

6.7.8.9) Et unde hac omnia firmet contrarium. Utri nempe singulos qui vivunt non est curiositas, credere

I. Non (1) dixeram ego prorsus absolutè, & illimitatè, gratiam hanc Dei omnibus omnino hominib. planè universaliter, sive omni modo, & omni loco & tempore, à Deo offerri: sed disertè adjeceram, (2) in Evangelio, hoc est, (3) sub statu N. T. omnibus offerri: & quidem seriò, ex parte Dei &c. Quapropter illa saltem objectio, quam ex verbis Apostoli Act. 14. v. 16. petis, (4) aliena hinc censenda est: quum Apostolus ibi non (5) simpliciter, sed comparativè, de gentibus in ignorantia sua olim relictis disserat: quumque non de statu N. Testamenti, sed tantum de tempore V. T. perspicuè loquatur. Sub quo tamen ipso, licet non ita clarè & ordinariè, neque sine umbris, & typis intercedentibus; (6) sæpè tamen alio modo, puta interdum (7) extraordinariè, & (8) typis semper mediatis (eoque licet non affluenter, tamen (9) sufficienter) gratiam hanc suam etiam gentibus offerri Deus curavit. At sub N. T. per Christum, ejusque Apostolos, (10) omnibus ubique hominibus eandem in ordinario verbi præconio immediatè, copiosè, ac palàm proposuit: sicut Math. 28. v. 19. Marc. 16. v. 15. Actor. 17. v. 30. Rom. 10. v. 18. Col. 1. v. 6. Tit. 2. v. 11. &c. videre licet. Ubi non modò præcepta planè generalia sunt, de Evangelio Regni, seu verbo salutis, omnibus ubique hominibus prædicando; sed & assertiones nudæ ac categoricæ, de gratia Dei jam tum omnibus ubique hominibus satis superque manifestata, sive per Evangelium sufficienter oblata. Ita ut meritò pios omnes à nimia (11) curiositate hinc abstinere, clarisque sententiis, ex ipso Dei verbo depromptis (quales jam audivimus) simpliciter acquiescere deceret.

6.7.8.9) Et unde hac omnia firmet contrarium. Utri nempe singulos qui vivunt non est curiositas, credere testimonio experientia.

12. 13) Ergo fateris, nunc alicubi altum de Evangelio silentium esse, & ante hoc tempus fuisse. Ergo fatearis quoque, necesse est, sub N. T. Evangelium non OMNIB. hominib. prædicari: ac proinde falsum esse quod thesi allegata scripsisti, Gratiam Dei salutaris in Evangelio omnibus hominibus offerri. 14) Hoc effugium te nihil juvat. Hoc ipso enim fateris, falsum esse id quod de gratia salutaris in thesi allegata scripsisti, 15) Si hac causa esset vera, non vocasset Deus Corinthios. Vide 1. Corinth. 6. v. 11.

2. Ad alteram exceptionem tuam, de Experientia, quod attinet, ea dupliciter in hoc genere fallit. Nam neque constare nobis certò potest, Evangelium ibi nunquam antehac innotuisse, ubi (12) nunc altum de ipso silentium est: aut (13) ubi hæctenus per aliquot secula fortè sepultum fuit. Et præterea singulares causæ, ac circumstantiæ, nobis ignotæ sunt, propter quas Deus (14) extraordinaria sua quædam judicia contra non nullas nationes interdum exercet: nisi quòd generatim semper statuendum est, (15) enormia hominum peccata justam huic iræ divinæ causam

offerri. 14) Hoc effugium te nihil juvat. Hoc ipso enim fateris, falsum esse id quod de gratia salutaris in thesi allegata scripsisti, 15) Si hac causa esset vera, non vocasset Deus Corinthios. Vide

causam hactenus præbuisse. Interea nec dubitandum (16) videtur, tantum etiam his gentibus, quas innuere vidēis, de salutari Dei gratia patet fieri, quantum ad (17) excusationem ipsis coram Deo adimendam sufficit. Non enim solet Deus messem colligere, ubi sementem non fecerit: Matth. 25 hoc est, (18) fidem & pœnitentiam minimè postulare, ubi gratiam huc (19) præcisè necessariam non dederit. Sed quidquid de hoc sit, nobis semper ad ordinariam Dei agendi rationem unicè (20) respiciendum est: & singularia illa judicia providentiæ ipsius inexplicabili commendanda.

nis per S. S. At hanc non dat reprobis: à quibus tamen fidem & pœnitentiam non minùs
20) De hoc nulla inter nos questio est. Itaq; nihil ad rem.

3. Porrò quòd gratiam illam Dei non eadem ratione omnibus offerri dicis, id hactenus verum esse agnosco, quatenus ipsi Deo liberum esse scio, gratiam suam secundùm gradus & modos inæqualiter dispensare; & quatenus per experientiam, simul & Dei verbum, clarè didici, ex parte hominum, diverso modo sese gerentium, sæpè diversum esse gratiæ oblatae effectum. Atque hinc sanè orta est (21) distinctio illa gratiæ, in sufficientem, & efficacem: quarum illa quidem omnibus omnino vocatis, ex (22) primaria Dei intentione, (23) ordinariè contingit: hæc autem non omnibus, sed quibusdam tantùm. Quòd si aliter (24) fortè enunciatum illud accipis, (ut quidem (25) vidēis) quasi Deus ex præcipua intentione, sive antecedente voluntate sua, ne sufficientem quidem credendi, ac resipiscendi, gratiam vocatis omnibus impartiri velit; sed quosdam per oblationem ejusdem (26) primariam excæcare &c. jam (27) falsum illud & absurdum esse dicam, tibiq; amplius deinceps (28) probandum relinquam. Nam quæ in præsentia affers loca, ex Actor. 13. v. 48. & Johan. 12. v. 39. 40. ea nihil tale in se continent; sed (29) contrarium potiùs ostendunt. Prior enim locus de efficaci quidem gratia, quæ omnibus ibidem ordinatis, (30) seu paratis, ac dispositis, ad vitam æternam, tunc contigerat; satis clarè disferit: sed tamen ita, ut ordinationis illius effectum, sive eventum, ipsis etiam ordinatis (à Dei scilicet gratia jam præventis) aliquatenus (31) adscribat. Posterior verò (32) totam excæcationis causam impulsivam in ipsis excæcatis, hoc est, in ambitione ac superbia ipsorum &c. (33) disertè constituit; (34) atque ita à consequente, non ab antecedente, Dei voluntate, eandem planè pendere demonstrat. De electis autem, & reprobis, quinam & quales sint, infrà suis locis amplius agetur, Deo volente.

32) Immo ne partem quidem. 33) Quin igitur in medium proferis ipsa verba! Nempe quia nulla talia ibi reperiuntur. 34) Ex falsa tua affirmatione, falsam aliam deducis.

16) At opinionis hujus tua causa seu ratio, quam mox affers, falsa est.

17) Ad hanc excusationem illis adimendam sufficit pœnitentia majestatis Dei per opera creationis, Rom. 1. 20.

18) Ἀπεργίζουσαν.

19) Falsum, quia ad fidem & pœnitentiam præcisè necessaria est gratia operatio- quam ab electis postulat.

21) Inopta quidem illa. Næ quod ad fidem efficiendam sufficit, id utiq; quum ad eam efficiendā adhibetur, eandem efficit.

22) Quam verò tu vocas primariā Dei intentionem?

23) Quid item sibi vult adverbium istud, ordinariè. Mira strophæ!

24. 25) Et cur dubitas quid sentiam, quum clarè & disertè scripserim, divinam operationem fidei electis propriam esse.

26) Et quam tu vocas oblationem gratia primariā? Mira verborum insolentia!

27) Non est falsum.

28) At probavi satis per allegata scriptura loca.

29) Ostende.

30) Falsa expositio vocis τελευτῶσι.

31) At quibus verbis? Immo fidem in illis effectam soli ordinationi Dei ad vitam æternam, i. e. soli prædestinationi adscribit.

non potuisti, nec poteris;

S E C T I O X X . & X X I .

*De duplici Dei misericordia erga peccatores, ejusq;
vero discrimine.*

P Ag. 89. Thes. 33. De misericordia Dei, qua resipiscentibus peccata con-
donat, & salutem vitamque largitur, loquens, ait: Porrò hujus respe-
ctu dicitur Deus *omnium misereri*, Rom. II. v. 32.

N O T A P I S C A T O R I S .

Dicti illius Paulini 1. non est hic sensus, sed alius: nempe, Deum ex
misericordia servare omnes illos, de quibus antè disseruerat, videl. tam
Judæos, quàm gentes. Ubi miserendi verbo etiam ipsa 2. resipiscentiæ
donatio comprehenditur.

Ibidem Thes. 34. Altera (Dei misericordia) est *extraordinaria*, quâ non
perpetuò Deus utitur; sed tum demum, cum sibi visum fuerit: quippe
quæ ab omni promissione libera & absoluta est: quâ videlicet peccato-
res quosdam, nondum conversos, ita prævenit, ut non modò veniam,
& salutem, illis ne cogitantibus quidem gratuitò offerat: sed etiam pec-
catis adhuc immerfos efficaciter ad se trahat, & alliciat. De qua vide E-
phes. 2. v. 4. 5. Tit. 3. v. 3. & sequentibus. Atque hujus respectu dicitur
Deus *misereri quorum vult*. Exod. 33. v. 20. Rom. 9. v. 15. 18. Vide etiam
pag. 371. Num. 4.

N O T A P I S C A T O R I S .

Misericordia hæc non rectè dicitur 3. *extraordinaria*: quia Deus non
quosdam tantum ita convertit, sed omnes quoscunque convertit. Et
implicatur hinc *contradictio*, quum dicitur, hanc misericordiam *absolutam*
4. esse ab omni promissione: & tamen veniam illis, qui per eam conver-
tuntur, offerri, illosque efficaciter à Deo trahi. Etenim non nisi per pro-
missionem gratiæ venia illis offertur, nec nisi per illam efficaciter ipsi
trahuntur.

R E S P O N S I O V O R S T I I .

N O T A E P I S C A T O R I S .

1) De hoc non est questio.
Deinde scriptura non sic di-
stinguit misericordiam, sed
vocationem: qua nimirum
vel communis est electis &
reprobis, vel propria electis.
2) Immo hæc æquè ordina-
ria est atq; illa: de vocatio-
ne autem intelligo.

3) Veram differentiã inter duas Dei vocationes jam indicavi. 4) Neque ego dixi, te periculosè hinc errare: sed
simpliciter significavi, te aberrare à genuino dicti Paulini sensu.

S. Scri-

S. Scripturæ loco, ad hanc, vel illam, misericordiæ divinæ speciem accommodando, fortè hallucinatur: dummodò veram differentiæ illius rationem aliunde ex Dei verbo teneat. His ita præmissis, censuras tuas, hoc loco propositas, penitiùs inspiciamus, & ad normam veritatis exigamus.

2. Locum Roman. II. v. 32. facilè (5) concedo, ad *Judaos*, simul & *gentes*, pertinere. Sed non idcirco idem ad omnes peccatores, quoquo modo vocatos, non pertinet. Quin potiùs hos omnes illa *distributione*, seu mavis *distributiva* comprehensione, Spiritus S. (6) passim indicare solet: uti notum est, vel ex hac sola Epistola ad Romanos scripta. Neque verò sequitur, idcirco hîc (7) non agi de misericordia *resipiscentibus* promissa, quia *resipiscentiæ* donatio etiam sub *miserendi* verbo hîc continetur. Nihil enim (8) vetat, hoc verbum principaliter quidem, ac directè, ad gratuitam justitiæ & salutis largitionem, quæ *resipiscentibus* propriè convenit; accessoriè verò, atque indirectè, seu propter consequentiam, ad ipsam *resipiscentiæ* donationem respicere. Quum enim nemo, nisi per gratiam Dei, unquam *resipiscat*, aut etiam *resipiscere* possit: ne frustra Deus justitiam, & salutem, *resipiscentibus* offerre videatur, auxilium simul ad *resipiscentiam* necessarium, ac (9) suo modo sufficiens, vocatis omnibus largiri (10) solet. Ita utramque gratiam Apostolus hîc verbo *miserendi* revera (11) complectitur: sed alteram principaliter, & (12) per se; alteram (13) secundariò, & per accidens.

prehendi. unde liquet, me reliquas misericordie partes, quarum aliqua ad jam resipiscentes Tu verò *resipiscentiæ* donationem à verbo *miserendi* hîc excludis: quatenus dicis, Paulum hîc loqui de misericordia Dei qua peccata condonat, & salutem vitamque largitur *resipiscentibus*. Statuis igitur quòd *resipiscentiæ* misericordiam illam Dei antecedit, ac proinde non potes statuere quòd ab illa donetur seu efficiatur. 8) Immodò vetat recta loquendi ratio: qua fieri nequit ut uni alicui verbo in uno eodemque pronuntiato tribuantur significationes contrariae, puta principalis & accessoria, directæ & indirectæ. 9) Et quis est ille modus? Talibus & vanis cautelis disputatio hac tua abundat. 10) Falsum hoc est, quia solis electis tale auxilium largitur. Et certè si largiretur tale auxilium vocatis omnibus, omnes *resipiscerent*. 11) Sanè complectitur. Tu verò alteram, videl. *resipiscentiæ* donationem, explicatione tua excludis, ut paulò antè ostendi. 12) Immodò utramque per se, vel potiùs omnes misericordia illius partes, per se complectitur *miserendi* verbo. quippe uno eodemque consilio electis condonat peccata, donat *resipiscentiam*, largitur salutem & vitam aeternam. 13) Ecce jam deseris discrimen paulò antè à te positum: ubi opposuisti, principaliter & accessoriè.

3. Cæterùm *extraordinaria* dicitur hæc altera Dei misericordia, non (14) simpliciter, sed κατὰ πρόσωπον; puta respectu prioris illius, quam Deus ordinariè vocatis omnibus exhibet. Hîc (15) enim gratiam præstat Deus hominibus actu adhuc impiis, seu nondum conversis; eoque prorsus omnino præmio, piis promisso, indignis: & quidem gratiam præstat planè singularem, hoc est, admodum copiosam, & singulariter efficacem: per quam scilicet ipsi peccatores non modò sufficienter, sed & affluenter, seu plus-

5) *Sophistica concessio: quæ concedis id quod ego nõ dixi: idque ideo ut mox possis contradicere ei quod dixi. Dicitur meum loquitur de illis tantum Judæis & gentibus quos Deus servat. Servat autem non omnes peccatores, ne illos quidem omnes quos vocat, sed solos electos. Tu verò opponis, locum illum pertinere ad omnes peccatores quoquo modo vocatos.*

6) *Esto. Sed num inde sequitur, etiam hîc illos omnes indicari?*

7) *Quasi verò ego hoc dixerim! Immodò dixi, miserendi verbo ETIAM ipsam resipiscentiæ donationem comprehendere, non excludere.*

8) *Immodò vetat recta loquendi ratio: qua fieri nequit ut uni alicui verbo in uno eodemque pronuntiato tribuantur significationes contrariae, puta principalis & accessoria, directæ & indirectæ.*

9) *Et quis est ille modus? Talibus & vanis cautelis disputatio hac tua abundat.*

10) *Falsum hoc est, quia solis electis tale auxilium largitur. Et certè si largiretur tale auxilium vocatis omnibus, omnes resipiscerent.*

11) *Sanè complectitur. Tu verò alteram, videl. resipiscentiæ donationem, explicatione tua excludis, ut paulò antè ostendi.*

12) *Immodò utramque per se, vel potiùs omnes misericordia illius partes, per se complectitur miserendi verbo. quippe uno eodemque consilio electis condonat peccata, donat resipiscentiam, largitur salutem & vitam aeternam.*

13) *Ecce jam deseris discrimen paulò antè à te positum: ubi opposuisti, principaliter & accessoriè.*

14) *Nova strophæ.*

15) *At quomodo hinc concludes, esse aliquam Dei misericordiam extraordinariam secundum quid?*

quam sufficienter, in mente illuminentur, & in corde afficiantur, denique re ipsa convertantur. *Illic* verò duntaxat gratiam sufficientem, ac planè necessariam, omnibus ex æquo vocatis offert: Et iisdem jam re ipsa conversis, peccata condonat, & salutem largitur. Plus igitur gratiæ peccatoribus *hic*, quàm *illic*, præstari certum est. Unde jam tacita quoque principii petitio in verbis tuis apparet: dum omnes, qui convertuntur, per hanc (16) posteriorem misericordiam converti asseris: Quasi tacitè sic innuens, per priorem illam misericordiam nullos omnino converti. Quod tamen probatu (17) perquam difficile tibi foret.

16) Immò ego rejicio fictivam illam tuam misericordiam distinctionem: & cum Paulo verbum miserendi simpliciter intelligo de respicientia ac fidei donatione, condonatione peccatorum, & donatione vitæ æternæ.

17) Quasi verò scriptura nõ doceat, conversionem non fieri nisi per operationem efficacem Sp. S.

18) Idq; tuâ culpâ, quia poteras ac debebas clariùs loqui.

19) Nihil hic extraordinarium apparet, nam quotquot convertuntur, convertuntur ordinariè, nempe per prædicationem evangelii & operationem Sp. S.

4. Æquivocatio præterea *hic* (18) latet, in voce *absolutam*: unde tu contradictionem elicere, sed frustra, conaris in verbis meis. Non enim idcirco dico, singularem hanc misericordiam ab omni promissione *absolutam* esse, quòd statuum, ipsam cum veniæ promissione conjunctam non esse &c. sed quia ipsam, alteri illi oppositam, & separatim per se consideratam (hoc est, secundùm id quod ipsa proprium habet) in Dei verbo, palàm quidem ac generatim, nobis promissam esse, nusquam invenio. Non enim promisit nobis Deus, se omnes, quotquot ex nobis convertuntur, (19) *extraordinariâ* hâc ratione prævenire, ac *plusquam sufficiente* auxilio, sive exuberante quadam gratiæ efficacitate, convertere velle. Efficaciter quidem convertit Deus omnes, quotquot convertuntur: sed in hac ipsa tamen efficacia plures sunt distincti gradus, & diversi modi: secundùm quos alia ordinaria, & quasi vulgaris; alia extraordinaria, & planè singularis, jure dici potest. Ne jam de peccatoribus *relapsis* *hic* quidquam attingam: quorum alios Deus ex singulari misericordia restituit; alios justè deserit: prout ipsi placitum fuerit, quippe domino prorsus absoluto.

In summa: constet modò, aliquam esse misericordiam Dei planè singularem, quâ ipse interdum (ad liberrimam suam potestatem omnium clarissimè *hic* ostendendam) velut extra ordinem, erga quosdam peccatores utatur: quamque proinde nemo nostrum sibi temerè arrogare, aut ordinariè polliceri debeat: (quippe quæ generalibus Dei promissionibus expressa non sit &c.) contraq; esse quandam Dei misericordiam magis generalem, hoc est, vocatis omnibus communem &c. tum de re ipsa facilè hoc loco inter nos conveniet: licet alioqui verbis discrepare videamur.

SECTION

S E C T I O X X I I .

Cur justitia fidei dicatur in S. literis justitia Dei.

P Ag. 93. thes. 3. Hæc autem fidei justitia metonymicè Dei justitia vocatur: quia Deus non modò singulariter eam approbat, ac procurat: sed & veram 1. justitiam suam in ea præcipuè demonstrat &c.

N O T A P I S C A T O R I S .

Ego sentio, justitiam fidei nominari justitiam Dei, quia Deus eam homini 2. imputat, ac donat. Rom. 4. v. 6. & cap. 5. v. 17.

R E S P O N S I O V O R S T I I .

1. Judicium de hac quæstione, per se satis (1) levi, esto (2) penes doctos, & harum rerum intelligentes: nempe utra expositio (3) perfectior, & veritati magis consentanea sit. Ego quidem neutram verè cum altera (4) pugnare credo: immo utramque rectè (5) conjungi posse statuo. Si quis tamen per istas omnes eorum locorum diligenter expenderit, in quibus appellatio ista occurrit: aut ego valdè fallor, aut priorem expositionem saltem (6) pleniorè, & Apostoli (7) scopo magis accommodatam, esse deprehendet. Ait (8) enim Apostolus Rom. 1. v. 17. *Justitiam Dei in Evangelio revelari super omnes credentes &c.* Et cap. 3. v. 25. 26. ait, *Deum nos gratis per fidem in Christum justificare, ad ostendendam (9) justitiam suam &c.* Et Phil. 3. v. 9. *vocat eam justitiam, quæ est ex Deo per fidem &c.* Quæ omnia, inter se probè collata, duplicem hujus appellationis causam esse, nobis indicant. 1. Quòd Deus eam singulari studio procuret, ac cupidè nobis donet: quippe quam singulariter amat, & approbat. 2. quòd suam ipsius justitiam (hoc est, æquitatem, ac veritatem &c.) clarissimè per eandem nobis ostendat, & re ipsa erga nos in Christo demonstrat. Quo posteriore sensu etiam ipsum *Evangelium* potentia, & sapientia Dei, ab eodem Apostolo vocari videtur Rom. 1. v. 16. & 1. Cor. 1. v. 24. quia videlicet utraque hæc Dei virtus in Evangelio tum efficacissimè exercitur, tum splendidissimè manifestatur: sicut rem consideranti facilè patet.

homo justificetur per justitia imputationem: ut videre est cap. 4. v. 6. & cap. 5. v. 19. est expositio mea: nempe justitia Dei, i. e. quam Deus homini imputat. 8) Sed quomodo expositionem? Age fac syllogismos. 9) Ibi videtur esse alia significatio.

2. Expositio autem tua, nudè quidem ac seorsim accepta, præterquam quòd (10) imperfecta esse apparet, etiam hoc incommodi habet, quòd aliquatenus etiam justitiæ (11) legali attribui posse videtur. Nam & istam, si quis hominum perfectè haberet (v. g. Adamus ante lapsum) à

N O T A E P I S C A T O R I S .

1) Non est pro levi habendum quod facit ad intelligendum genuinum scripturæ sensum.

2) Accipio conditionem.

3) Nempe putas, perfectiorem esse expositionem, quæ uni vocabulo tribuit plures

significationes: (talis enim tua est, cum mea comparata) at valde hic erras. nam unius vocabuli in una eademq; sententia, significatio non nisi una est: exceptis enuntiatis typicis: qualis hæc de quibus agimus, non sunt.

4. 5) Immo pugnant, ac proinde conjungi non possunt. Pugnant enim unum & non unum.

6) At num propterea genuinam?

7) Scopus Apostoli in illis locis est, demonstrare quòd huic scopo accommodata ex illis dictis concludes tuæ

10) Vide num. 3.

11) Quasi verò justitia legalis sit imputativa.

12) Sed non imputatam.

13) Nego.

14) Nova strophæ.

15) Immò Rom. 4. v. 6. docetur aliud, nempe justificationem nihil aliud esse quam justitiæ imputationem.

16) In neutro istorum locorum nominatur justitiæ fidei: sed in priore dicitur, Deum homini justitiæ imputare: in posteriore dicitur, aliquos accipere donum justitiæ.

17) Fateor, non doceri expressè. Veruntamen ista explicatio probabiliter inde colligitur.

Deo certè (12) donatam sibi haberet; immo & (13) imputatam, in (14) lata quadam hujus verbi significatione; de qua infrà fortè pluribus agemus. Neque verò Rom. 4. v. 6 & 5. v. 17. quidquam (15) aliud docetur, quàm (16) justitiæ fidei à Deo nobis imputari, ac donari. Sed an vera & propria ratio appellationis illius, de qua nunc quæritur, hisce verbis explicetur, id verò istic non (17) docetur. Consideremus igitur rem ampliùs: atque interim ad alia pergamus.

SECTIO XXIII.

An Deo tribui possit officium, & quatenus.

P Ag. 95. lin. 1. de Deo dicitur, quòd officio suo per omnia respondeat. Vide etiam pag. 92. thes. 23. in margine. Item thes. 24. Item pag. 390. lin. 5. cis finem.

NOTA PISCATORIS.

Impropriè Deo 1. tribuitur officium. Officium enim est opus, alicui ab altero 2. mandatum.

RESPONSIO VORSTII.

NOTA PISCATORIS.

1) De hoc non est quæstio. Nec verò de quo est quæstio, videl. de vocabuli officii significatione propria seu nativa, de eo tecum volo contendere.

I. Fateor equidem, *impropriè* me hîc locutum esse (nec tamen idcirco minùs (1) verè) si modò tua officii descriptio, quam hîc affers, & vera & plena sit. De quo non immeritò aliquis addubitet. Nam quid vetat, officii vocem, etiam *propriè* sumtam, ad omne seu naturale, seu voluntarium effectum, cuius personæ congruum, extendi? sive ad omnia opera, statum uniuscujusque decentia, & quovis modo debita? Deus autem, etiam quà Deus, omnia facit naturæ ac conditioni suæ congruenter: adeoque debitorem ipse se nobis constituit, per voluntarias ac liberales promissiones. Ita ut nihil absurdi sit, *utroq;* respectu vocem officii de ipso usurpare. 2. Saltem *posterior* sensus hîc minimè damnandus videtur: quum nihil impediatur, etiam supremum illum Dominum, cui nemo imperare potest, sua sponte opus aliquod in aliorum gratiam faciendum suscipere; seque certa lege, aut promissione, quasi debitorem huc adstringere. Annon enim ejusmodi opus verè ac propriè officium vocabitur? quamvis ab auctore liberaliter ac voluntariè susceptum, nec ab alio superiore mandatum sit? Et tale quidem opus, immò talia opera complura, Deus in nostri gratiam, ex puro suo beneplacito, facienda suscepit. Nihil igitur prohibet, hujus respectu nos illi officia quædam tribuere. Sic facit officium *boni Patris*, erga filios suos: *justi judicis*, erga omnes judicandos: item *sponsi*, ac *mariti*, erga sponsam Ecclesiam: item *domini*.

domini, erga servos: deniq; Dei creatoris, & gubernatoris &c. erga omnes creaturas. In summa: quo sensu vox debiti, eodem vox officii, Deo non ineptè attribui potest. Qui enim facit quod debet, (sive per naturam, sive per liberam obligationem, debeat) is officium suæ personæ conveniens facere non malè asseritur. Unde etiam Calvinus, Musculus, Zanchius, immò & Patres, & optimi quique auctores, hanc phrasin de Deo interdum usurpare non dubitarunt. Sed hæc levicula Grammaticis relinquamus. Satis enim mihi est, saltem improprie hanc vocem de Deo usurpari posse.

SECTIO XXIV.

An Deus aliquid injustum unquam velit.

P Ag. 96. thes. 18. Statuendum est, id omne justum esse, quod naturæ & voluntati Dei consentaneum est.

NOTA PISCATORIS.

At consentaneum 1. erat voluntati Dei, ut Judæi & Gentes occiderent Christum, Actor. 2. v. 23. & cap. 4. v. 27. & 28. Et tamen id justum 2. non erat: quia pugnabat 3. cum præcepto Dei, Ne occidas.

RESPONSIO VORSTII.

I. Hic iterum te amantè rogo, ut seriò tecum expendas, quàm absurdam, vereque (1) blasphemam sententiam, quàmque apertè tuearis: nempe, voluntati Dei aliquid consentaneum esse, quod justum non sit, immo quod execrabile scelus sit. Quale certè erat factum Judæorum, & Gentium, cum I. Christum, non modò virum innocentissimum Servatorem suum, ex mera invidia, & animi malitia, tam crudeliter occiderent. Quod tamen factum tu sanctissimæ voluntati Dei consentaneum fuisse disertè (2) scribis. Annon autem hinc (3) consequi vides, aut Deum per naturam non esse justum? aut voluntatem Dei, aliquando saltem, naturæ ipsius immutabiliter justæ ac sanctæ repugnare? Quorum utrunq; certè dictu impium, & verè horrendum est. Nam si aliquid injustum voluntati Dei (ut ais) consentaneum est: Vult igitur Deus interdum aliquid quod injustum sit. Quod ipsum si ita est, profectò aut non semper, ac necessariò, per naturam justus est Deus: aut voluntas ipsius interdum ab ejusdem justissima natura dissidet: atq; ita Deus simul justus, ac injustus erit: justus naturâ, injustus voluntate. Quæ quidem omnia sic comparata sunt, ut nihil Deo indignius, nihilque absurdius, à quoquam excogitari possit.

NOTÆ PISCATORIS.

1) Sententia hæc non est blasphemica: quia fundata est in sacris literis: ut patet ex proposita nota.

2) Quid nî scriberem: quum id ipsum scribat Lucas in locis allegatis? Nisi tu negare ausis, consilium & decretum Dei non esse voluntatem Dei: vel id quod fit, ex consilio & decreto Dei, non esse consentaneum voluntati Dei.

3) Non consequitur: quia ex vero non potest sequi falsum.

4) Non esse blasphemiam, ostendi ad num. 1.

5) Rem aliter se habere, demonstravi notâ meâ 10.

6) Neque ego talibus commentis usus sum.

7) Nempe contra voluntatem improprie dictam, quâ nominant voluntatem signi: quam tu hic non rectè à præcepto tãquam diversum quid distinguis. Contra voluntatem verò proprie dictam, videl. contra Dei consilium sive decretum peccasse, illi dici non possunt: quippe quum illud ignorarint.

8) Immò omnibus verbis textuum allegatorum. Inspectantur loca.

9) Sophistica glossa: qua mihi obliquè imputatur quod non scripsi.

10) Nempe quâ tale. Sed quid hoc ad meam notam?

11) Non tantum gubernatione: sed etiam consilio & decreto, ac proinde voluntate.

2. Hinc porrò æstimandum tibi relinquo, quale sit illud verè fictitium discrimen, seu potiùs divortium, inter *voluntatem*, & *præceptum* Dei: quod toties antea propositum, hoc loco iterum inculcas: quippe quod in illam (4) blasphemiam, præter animi tui propositum (sic enim libenter ex charitate Christiana judico) te necessariò præcipitavit. Quòd si unà mecum statueres, id quod (5) res est, Deum quidquid nobis præcipit, idem revera velle; nec quidquam præceptis suis contrarium à nobis unquam fieri velle: tum facilè præcipitium istud evitare posses. Nam potiùs præceptum aliquod Dei ad hos, vel illos homines, aliquando pertinere negares: contraque speciale quoddam privilegium, contra generalem legem agendi, subinde quibusdam indulgeri diceres, (eoque ab injustitiæ crimine; quippe quod in Deum auctorem alioqui recideret; eosdem ipsos tunc absolveres) quàm Deum aliquid injustum velle, aut unquam voluisse, affirmares.

3. Quamquam in locis à te citatis nihil ejusmodi (6) comminisci necesse est. Verè enim & *Judæi*, & *Gentes* illæ, contra (7) *voluntatem*, simul & *præceptum* Dei peccarunt; eoq; reverà injustè egerunt. Nec ullo (8) verbo ibidem indicatur, factum ipsorum, (9) quâ quidem peccatum erat, eoque ipsorum proprium, divinæ voluntati consentaneum fuisse. Quin contra priore loco factum hoc non obscure *sceleratum* vocatur: quale certè nihil sanctissimæ voluntati Dei consentaneum esse (10) potest. Porrò quidquid tum ibidem, tum in altero loco, de *consilio*, & *voluntate* Dei circa hoc ipsum factum affertur: id tantum eò pertinet, ut Christum non temerè, aut fortuitò; sed certâ Dei (11) gubernatione, ac providentiâ, impiorum libidini deditum fuisse; & præterea horum malitiam à Deo non modò sponte permíssam, sed & sapientissimè gubernatam, seu limitatam, denique ad eventum salutarem, præter opinionem ipsorum, tandem efficaciter directam fuisse, clarè intelligamus: prout supra non uno loco copiosius explicatum fuit.

SECTIO XXV.

*An Deus in omnibus judiciis suis clemens sit,
& quatenus.*

P Ag. 99. Thes. 33. de Deo dicitur: Nec unquam in judicii executione i. clementiæ obliviscitur.

NOTA PISCATORIS.

Sed quomodo hoc 2. convenit cum dicto Christi: *Vermis eorum non interit, & ignis non exstinguitur?* Mar. 9. v. 44. 46. 48. Item, *Illic erit fletus & stridor*

Et stridor dentium? Matth. 8. v. 11. & alibi. Item cum dicto illo Johannis: *Cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum.* Apoc. 20. v. 10.

RESPONSIO VORSTII.

1. Si nomine *clementiæ* Dei intelligatur illa communis ac generalis misericordia, seu bonitas, ac benignitas, de qua (1) Psal. 145. v. 9. & 17. & passim alibi, in verbo Dei disferitur: tum certè negari non potest, aliquam semper clementiam in executione Judiciorum divinatorum (etiam eorum, quæ maximè severa videntur) admixtam esse. Clarissimè namque illic asseritur, *bonum esse Jehovaham erga universos: & misericordiam ejus esse super universa opera ipsius.* Item, *non minus misericordem esse in omnibus operibus suis, atq; justus est in omnibus viis suis &c.* Atqui inter hæc omnia Dei opera, etiam severissima ipsius judicia numeranda sunt. Adde, quòd talis misericordia, seu latè sumpta clementia, Deo revera *naturalis* sit: cujus proinde nunquam penitus oblivisci potest: quia naturam suam abnegare, aut mutare, ipse non potest. Vide 2. Tim. 2. v. 13.

2. Objectio porrò tua, quam ex locis citatis exstruis, (2) hoc tantùm evincit, dari quædam severa Dei judicia, quæ æternum impiorum exitium, ac perpetuum cruciatum, secum trahant. Id quod extra nostram controversiam est. Sed hinc tamen non efficitur, in executione horum judiciorum nullam planè misericordiam, (ne generalem quidem, ac Deo naturalem) ullatenus exerceri, sive effectivè adhiberi. Etsi enim *æternæ* pœnæ impiis revera olim infligentur: tamen has ipsas non in tantum (3) intendet Deus, in quantum intendere, absolutè loquendo, posset. Durationis quidem infinitatem hîc non tollet Deus: sed quantitatem tamen, & qualitatem harum pœnarum, pro æquitate sua temperabit. Ne dicam, has pœnas (4) iis demum inflictum iri, qui præcedentem Dei bonitatem ac patientiam satis diu experti fuerunt, neque per eam se ad pœnitentiam adduci siverunt: Rom. 2. versu 4. &c. quiq; proinde (5) nullo jure de aliqua Dei inclementia olim conqueri poterunt. Aliquid (6) igitur divinæ clementiæ etiam in hoc judicio admixtum erit: saltem eatenus, ut Deum neque ullatenus (7) sævum, aut (8) crudelem, neque justo (9) severiorem, aut suprâ quàm par sit (10) rigidum esse, re ipsa omnibus appariturum sit. Uno verbo: Si Deus *per naturam* verè benignus, clemens, & misericors est, (ut certè est, aliquo saltem generali sensu, Exod. 34. Psal. 68. & 103. Jon. 4. &c.) tum profectò fieri non potest, ut quidquam unquam agat, sive in hoc, sive in futuro seculo, quod ab *omni* clementia, & misericordia, prorsus abhorreat: quodque non aliquam hujus virtutis particulam effectivè, sive quoad energiam, sibi admixtam habeat: quod denique ex adverso crudelitatem, aut sævitiam

NOTÆ PISCATORIS.

1) Ibi sermo est de judiciis hujus vitæ: at nota mea loquitur de judiciis vitæ futura. Ergo hoc effugium, sive hac instantia, frustra affertur.

2) Immo etiam illud, quòd judiciis seu pœnis illis nihil clementia admixtum sit. Considerentur verba textuum.

3) Intendet tamen eas in tantum, quantum justitia ejus postulat: ac proinde nihil clementia admiscebit.

4. 5) Hoc contra te facit. nam si punientur illi pro merito: non ergo tractabuntur elementer vel minima ex parte: quia nihil clementia sunt meriti.

6) Immo contrarium ex proximè dictis sequitur.

7. 8. 9. 10) Aberrat à questione: qua est de non-clementia, non autem de crudelitate, &c.

11) *At verba tua aliud praeserunt. Aliud enim certè est, oblivisci clementiæ: qua hoc loco verba tua sunt: aliud verò, exercere crudelitatem aut savitiã.*

aliquam, vel minimam, verè redoleat. Hoc enim tantum illis verbis indicare (H) volui, nec quidquam aliud. In quo etiam teipsum, adeoque pios omnes, rem probè intelligentes, facilè assensuros mihi confido.

SECTIO XXVI.

An Deus totum genus humanum ad salutem in Christo vocet: & quatenus hunc pro omnibus in mortem tradiderit.

P Ag. 109. Thes. 10. Est igitur insignis amor Dei erga genus humanum: quippe quod non solum ab initio ad imaginem suam condidit &c. Verumetiam ad cælestem immortalitatem, in Christo Jesu obtinendam, suo tempore vocavit: adeò ut etiam hunc unigenitum filium suum pro salute nostra in mortem tradere &c. non dubitaverit.

NOTA PISCATORIS.

Quod hîc dicitur, de vocatione 1. generis humani, itemque de traditione Christi, pro salute hominum: non est verum *universaliter*. Quia Deus *præteritis* 2. *ætatibus* sivit omnes gentes suis ipsarum viis incedere, Actor. 14. v. 16. Et Christus in mortem traditus 3. est pro *solis* electis, Johan. 10. v. 15. Johan. 11. v. 51. & 52. Actor. 20. v. 28. Rom. 8. v. 33. & 34. Et alibi.

RESPONSIO VORSTII.

NOTÆ PISCATORIS.

1. 2) *Contradictio manifesta: nisi dicendum sit, ante N. T. nullos fuisse homines, seu nullam partem generis humani.*

3) *Nec præcepta, nec promissiones Christi, sunt universales simpliciter: i. e. pertinentes ad omnes homines qui tempore N. T. vivunt: sed præcepta quidè universalis sunt respectu eorū qui per prædicationem evangelii vocantur: promissiones verò universales sunt respectu eorum qui illas sibi per fidem applicant.*

4) *At assertiones illa, licet si verba per se spectes, planè generales esse videantur: tamen peristasis textus eas restringi postulat.* 5) *Figmentum hoc suis locis refutavi.* 6) *Nihil horum ex istis antecedentibus revera sequitur.* 7) *Si per ipsum non stat, ergo facit: quia potest. At non facit: quia nō fit: ut tu ipse hic, tibi ipsi contradicens, fateris.* 8. 9) *Si sistitur & interrumpitur ista vocatio: cur igitur suprâ dixisti, esse universalem?*

I. De vocatione (1) totius generis humani ad salutem, in Christo obtinendam: quæ suo tempore (nempe (2) sub N. T.) juxta benevolum Dei consilium, universaliter in toto mundo jam olim facta sit, & partim adhuc fiat: suprâ satis egisse videmur. Ubi partim ex (3) universalibus Christi præceptis, ac promissionibus, partim ex assertionibus Apostolorum (4) planè generalibus, ostensum fuit, verè ac seriò Deum ((5) antecedente quidem voluntate sua) (6) velle, ut Evangelium omnibus ubique hominibus annuncietur, utque omnes in Christum credant, & per fidem salvi fiant: nec per ipsum revera (7) stare, quò minùs hæc vocatio sub N. T. prorsus universalis sit: tametsi hominum vitio, & ingratitude, cursus istius vocationis interdum aut (8) sistatur, aut (9) interrumpatur &c. De hujus generis præceptis, & partim promissionibus, vide iterum Matth. 28. & Mar. 16. *Prædicate Evangelium omni creaturæ &c.* Item Actor. 1. *Eritis testes mei*

stes mei usq; ad fines orbis terræ &c. De assertionibus Apostolicis vide Rom. 10. Sonus eorum exivit in omnem terram &c. Coloss. 1. Evangelium prædicatum est omni creaturæ sub calo &c. Sic Tit. 2. Gratia Dei salutaris apparuit omnibus hominibus &c. Item 1. Tim. 2. Deus vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire &c. Hæc certè satis clara, & firma sunt: adeò ut pia mens securè in iis acquiescere possit.

2. Contra hæc autem (10) nihil valet objectio illa tua, quam subinde inculcas, ex Act. 14. v. 16. de gentibus &c. tum quia locus iste tantùm agit de temporibus V. T. quum ego palàm (11) de N. T. loquar: tum quia hic sermo est de (12) voluntate Dei consequente, quâ ipse peccatores, (13) sponte sua errantes (quales ex hypothesi gentes istas fuisse sumo) in viis suis incedere permittit: quum ego contra de (14) voluntate Dei antecedente clarè disseram: tum denique quia (15) sine temeritate dici potest, etiam gentes illas sub V. T. (saltem (16) remotè, seu (17) mediatè, & subinde extraordinariè ad salutem vocatas fuisse. Cui quidem vocationi si paruisent, alia quadam immediata, & ordinaria, seu pleniore ac propinquiore, vocatione Deus ipsas haud dubiè dignaturus fuisset. Non enim idcirco nulla prorsus gentium vocatio tunc fuit, quia non talis & tanta fuit, qualis & quanta *Judaorum* fuit. Habuerunt hi prærogativas & multas, & magnas, in toto negotio salutis. Sed non idcirco alii populi omni prorsus auxilio, etiam simpliciter necessario, destituti fuerunt. Micas saltem panis cælestis, ad salutem (18) præcisè necessarias, & tum (19) mediatè quidem sufficientes, omnibus indulgit Deus: (20) nisi qui fortè (21) singularibus peccatis, ac (22) fœdis flagitiis suis, (23) obicem divinæ huic gratiæ posuerunt.

20) Ergo non omnibus indulgit illas micas: ut modò dixisti. 21. 22) Si hac esset causa non vocavit: non vocasset Corinthios, quippe quorum nonnulli talibus peccatis erant. 10. 11. 23) Quasi verò obex poni possit operationi gratiosa Dei! Pugnat hoc cum Dei omnipotentia.

3. Christum porrò, quoad (24) primariam Dei intentionem, in generali bonitate ac φιλανθρωπία ipsius fundatam (sive quoad (25) antecedentem, & simul approbantem, purèque gratiosam Dei voluntatem) non pro solis electis, sed pro omnibus omnino hominibus, (26) saltem pro omnibus vocatis, in mortem à Deo traditum fuisse, (etiam (27) pro iis, qui re ipsa æternùm pereunt) tot S. Scripturæ locis tam clarè docetur, ut mirum sit, à Christianis adhuc, præsertim simpliciter & illimitatè, id ipsum negari posse. Vide saltem obiter 1. Timoth. 2. Qui dedit se ipsum pretium redemptionis pro (28) omnibus &c. Heb. 2. Beneficio Dei mortem pro

i

Unde jam perspicitur, intentionem Dei primariam non unam & eandem esse circa electos & reprobos. 25) Falsa hypothesis. 26) Fluctuas. 27) Falsum est hoc. Nec probari potest ex verbis quæ postea recitas, Rom. 14. & 2. Pet. 2. 28) Id est, pro omnis ordinis electis: ut percipitur ex collatione præcedentium.

10) Immodò valet, quia assertio tua quam reprehendo, de toto genere humano loquitur.

11) Immodò loqueris de toto genere humano.

12) Falsa hypothesis.

13) Quasi verò istud non fuerit illis commune cum gentibus quæ vocatæ sunt tempore N. T.

14) Falsa hypothesis.

15) At temerarium, immodò impium est, contradicere verbis apostoli.

16. 17) At quidnam istis vocibus vis intelligi?

18) Ad salutem præcisè necessaria est vocatio efficax. At hanc Deus non indulgit omnibus.

19) Νова τερατολογία, Mediatè sufficere.

cur Deus gentes aliquas dediti, 1. Corinth. 6. v. 9. omnipotentia.

24) Quam verò tu hic vocas primariam Dei intentionem? Intentio Dei in vocandis per evangelii prædicationem hominibus duplex est: una, ut electos ad resipiscentiam & fidem, & consequenter ad vitam æternam adducat: altera, ut reprobos quos vocat, magis inexcusabiles reddat, atq; ita ad justum interitum adducat.

electos & reprobos. 25)

postea recitas, Rom. 14. &

- 29) Nempe pro omnibus filiis Dei: ut percipitur ex collatione v. seq.
- 30) Id est, omnium credentium in toto mundo: ut percipitur ex antithesi.
- 31) Id est, mortuus esse iudicatur, quamdiu frater ille fidem Christianam profitetur.
- 32) Id est, mercatus esse iudicatur, quamdiu illi fidem Christianam profitentur.
- 33) Distinctio illa nullius momenti est: ut suo loco ostendi.
- 34) Immo multi. Videat lector notam.
- 35) Et si non dicit expressè, tamen dicit implicite: quia manifestum est, hoc dici per tacitam antithesin. q. d. pro ovibus meis, id est, electis: non autem pro hircis, id est, reprobis. Quae antithesis exprimitur Joh. 17. v. 9.
- 36) At non pro omnibus seu quibusvis impiis & peccatoribus: sed tantum pro electis, qui suo tempore per fidem justificantur. Et de his loquitur Paulus Rom. 5. v. 6. & 8. Esaias autem loquitur propriè de militibus, qui Christum crucifixerunt: ut patet ex allegatione Luc. 23. v. 34. 37) Et quas tu vocas oves in specie dictas? Christus certè electos ex gentibus nondum vocatos, ac proinde adhuc impios, nominat oves suas, Johan. 10. v. 16. Sive igitur oves dicantur in specie, sive in genere, Christus pro solis ovibus suis mortuus esse dicitur.
- 38) Et si non additur: tamen per tacitam antithesin significatur.
- 39) Cupivit olim colligere oves Hierosolymitanos omnes, ut propheta seu doctor, per prædicationem verbi: at non cupivit eos omnes colligere ut sacerdos per sacrificium mortis suae. Sic enim collegit tantum eos qui sanctificantur, Heb. 10. v. 14. Tu verò quod Matth. 23. v. 37. propriè dicitur de munere Christi prophetico & de tempore præterito, sophisticè transfers ad munus ejus sacerdotale & ad tempus præsens.
- 40) Et si non additur: tamè per tacitam antithesin significatur.
- 41) Sed impropiè loquendo, & ἄρα δὲ λέγει.
- 42) Immo ista expositio locum non habet. nam qui efficaciter vocantur, illi Christum non abnegant, ita nimirum ut ab eo deficiant ac
- (29) omnibus gustavit. 1. Johan. 2. v. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis (30) totius mundi &c. Item 1. Corinth. 8. & Rom. 14. Sic peribit frater tuus, pro quo Christus (31) mortuus est &c. 2. Pet. 2. 1. Abnegant Dominum, qui ipsos (32) mercatus est &c. Tantum vetus (33) distinctio hinc notetur, inter sufficientiam, & efficientiam mortis Christi, ut vulgò loquuntur: Vel potius inter impetrationem, sive acquisitionem, gratiæ salutaris; quatenus ea nobis in Evangelio offertur: & realem ejusdem perceptionem, sive applicationem &c. Illius enim respectu Christus verè pro omnibus mortuus est; hujus autem, pro solis credentibus & electis.
4. Unde jam objectiones tuæ, quas hinc affers, facile diluuntur. (34) Nullus enim à te locus S. Scripturæ allatus fuit (ac ne afferri quidem ullus unquam poterit) qui Christum pro solis electis mortuum esse testetur. Et tamen, si alicubi tale quid scriptum extaret, id fanè prudenter non ad condignam impetrationem, seu sufficiens meritum hujus gratiæ; sed ad realem ejusdem effectum, seu fructuosam perceptionem, referendum esset. Id quod vulgò per adverbia illa, sufficienter, & efficaciter, quanquam aliquantò obscurius, indicare solent. Inspice ipse, quæso, loca quæ citasti: & rem ita se habere facile intelliges. Equidem Johan. 10. v. 15. inquit ipse Christus, se animam suam ponere pro ovibus suis &c. At (35) non dicit tamen, pro solis ovibus. Nam etiam (36) pro impiis, & peccatoribus, mortuus est: Rom. 5. v. 8. Esa. 53. v. 15. qui certè, quatenus & quamdiu tales sunt, oves Christi, in specie (37) dictæ, reipsa esse non possunt.
- Sic Johan. 11. v. 51. 52. dicitur quidem, idcirco Christum mortuum esse, ut filios Dei colligeret in unum &c. Sed (38) non additur, pro aliis nullo modo mortuum esse, qui filii Dei non sunt, qui que reipsa ad Christum non colliguntur. Multos enim ipse colligere (39) cupit, qui se colligi non volunt. Matth. 23. v. 37. Quos certè colligere velle non posset, nisi pro ipsis mortuus esset.
- Sic Act. 20. v. 28. dicitur quidem, Deum sanguine suo Ecclesiam acquisivisse. Sed non (40) additur, solam. Nam & eos acquisivisse, seu (41) mercatus esse, alibi dicitur, qui ipsum abnegant, eoque sua culpâ pereunt. 2. Pet. 2. v. 1. Nisi fortè illic (ut quidem videtur) de (42) speciali quadam acquisitione loquitur.

pereant. Ex verbo autem mercandi planum est, sermonem hic esse de cruenta morte Christi: ut judicari potest ex collatione 1. Cor. 6. v. 20. & cap. 7. v. 23. Apoc. 14. v. 3. & 4.

acquisitione agitur, per quam re ipsa peculium, seu possessio Dei effici-
mur, quæque proinde fidem in Christum exigit: juxta illud 1. Pet. 2. v. 10.
Vos estis gens sancta, genus electum, populus acquisitionis &c.

Sic denique Rom. 8. v. 33. 34. dicitur quidem, Christum pro electis esse
mortuum &c. At non (43) additur, pro his solis. Nam (44) & Johan. 15.
dicitur Christus pro amicis suis animam posuisse. Nec tamen hinc sequitur,
pro solis amicis esse mortuum: ut qui alibi etiam pro inimicis mortuus
esse dicatur, Rom. 5. &c. Neque verò illic quolibet (45) modo pro ele-
ctis mortuus esse dicitur; sed ita, ut etiam pro iisdem in cælo intercedat.
Unde patet, hinc de morte Christi actualiter efficaci, hoc est, cum suo ve-
ro effectu conjuncta, sive per fidem applicata, sermonem esse. Quo qui-
dem sensu fateor, eandem ad solos electos (46) revera pertinere. Sed hinc
non sequitur, Christum pro aliis nulla ratione, ne sufficienter quidem,
mortuum fuisse: aut Deum velle, aut unquam voluisse, ut Christus pro
nullis aliis mortem obiret, quàm pro piis & electis, h. e. pro iis tantum,
qui re ipsa fructum, sive effectum, mortis Christi ad salutem participant.
Hæc igitur digna sunt, quæ amplius expendas.

43) Et si nõ additur: tamen
per tacitam antithesin si-
gnificatur.

44) Non est par ratio: quia
ibi non est talis antithesis.

45) Falsa expositio. Non in-
dicatur ibi modus aliquis
mortis Christi: sed diverse
actus.

46) At hic falsò exponis
istud nomen. Electi enim
in scriptura dicuntur qui à
Deo electi sunt ad vitam
æternam, sive jam credant,
sive nondum credant.

SECTIO XXVII.

Expectatio, & dolor, an & quatenus Deo conveniant.

P Ag. 114. Thes. 28. Dolor Dei significat vehementem alicujus inexpectati eventus displicentiam, quæ tristem operis divini mutationem secum trahit.

NOTA PISCATORIS.

Propriè loquendo 1. Deo nullus eventus *inexpectatus* accidit: quia omniscius est. Neque etiam *tristitia* 2. ex operis sui mutatione in eum cadit: quia summè sapiens est. Sed hæc tribuitur Deo per ἀνδραποπείδειν.

RESPONSIO VORSTII.

1. Si *expectatio* boni alicujus eventus (1) rectè Deo tribuitur: certè negari non potest, *inexpectatum* quoque malum eventum eidem rectè tribui. Nam utriusq; contrarii eadem hinc ratio est: sicut ex ipsorum descriptione patet. At illam (2) rectè Deo tribui, vel ex loco illo Esa. 5. v. 2. & seqq. satis apparet: ubi Deus ipse testatur, se quidem à populo suo *expectasse uvas*, hoc est, *justitiam*; sed *labruscas* tamen, hoc est, *injustitiam*, illic *invenisse* &c. Et similiter Apostolus ait (3) (1. Pet. 3. v. 10.) *patientiam Dei*

NOTÆ PISCATORIS.

1) Non est questio, an rectè:
sed, an propriè loquendo.

Nam & qua per tropum
Deo in scriptura tribuun-
tur, rectè tribuuntur.

2) Sed per ἀνδραποπείδειν.

3) Ibi quoq; eadem est ἀν-
δραποπείδειν.

4) Utrumq; æquè impropiè accipiendum est: ut ratio contrariorum (quam allegas) postulat.

5) Falsa hypothesis.

6) At hoc manifestè pugnat cum omniscientia Dei. nam si Deus novit futurū, quomodo potuit sperare non futurum?

7) Fluctuas. Modò dixisti, Deum sperare nō futurum: nunc dicis tum demum pro insperato habere quum jam factum est.

8) Non assequor, quid hac sibi velit.

9) At illam te hic statuere, ex verbis tuis non apparet.

10) Deo nihil insperatum accidit.

11) De hoc non est questio: sed an sic appelletur propriè loquendo respectu Dei.

12) Falsa hypothesis.

13) Pervertis statum questionis. Questio non est de mutatione operis, sed de Dei tristitia. Quare temere hic declamitas: & quidem per obscure.

olim in diebus Noë expectasse &c. puta hominum resipiscentiam: quum tamen isti non resipiscerent; eoq; per diluvium postea perirent, Genes. 6. & 7. Neque video, cur (4) hoc impropiè accipiendum sit potiùs, quàm illud. Ipsa enim ratio contrariorum postulat, ut quemadmodum bonum aliquod, Deoq; gratum opus, si per Dei gratiam ab homine liberè præstetur, verè expectatum Deo accidit: sic contrà malum aliquod, Deoq; exosum opus, si ab homine, qui vitare illud poterat, liberè perpetretur, verè inexpectatum Deo eveniat. Neque tamen per hoc quidquam detrahitur omniscientiæ Dei: prout habet objectio tua. Non enim idcirco aliquid verè ignorat Deus, quia vel bonum opus, quod per gratiam suam homini præstabile esse novit, cum (5) desiderio quodam expectat: vel contrà malum opus, quod eidem homini per similem gratiam evitabile esse novit (6) non modò priusquam fiat, non futurum sperat; sed & jam (7) factum pro insperato, sive inexpectato habet. Nam (8) prior actio mentis est; posterior voluntatis: quæ toto genere proximo inter se differunt.

2. De dolore autem, seu tristitia Dei, ultrò fateor, hanc ipsi non nisi per (9) ἀνδρωποπαθείαν attribui posse: quum nulla vera infirmitas, aut ægrotudo, in Deum, quippe summè beatum, ac planè perfectum, cadere queat. Interea ipsa pœnalis, & per se horrenda, operis divini mutatio (v. g. totius penè mundi (10) insperata perditio: de qua Genes. 6. & 7. agitur) non (11) immeritò tristis appellatur: ut quæ non modò hominibus ipsis perquàm acerba & tristis tunc evenerit; sed & Deo ipsi, quippe summè benigno, & maximè φιλανθρώπων (licet impropiè loquendo) dolorem maximum attulerit: nec proinde ab (12) antecedente & primaria, sed à consequente & secundaria, ejusdem voluntate, tandem omnibus frustra tentatis profluxerit. Neque verò putandum est, ejusmodi tristitiam operis divini (13) mutationem cum summa Dei sapientia ullo modo pugnare: quasi vel illam, ut contingenter futuram, non certò præviderit: vel de eadem, sic futura, nil certi ad gloriam suam constituerit &c. Nihil enim horum, quæ sapientiæ propria sunt, ex mutatione illa, quantumvis & tristi, & insperata, sive inexpectata, negativè concludi potest. Hoc tantum colligi hinc potest, ipsam hanc mutationem à Deo non primariò, & propter seipsam; sed secundariò, & propter aliud, intentam ac decretam fuisse: adeoq; ipsam Deo non per se, sed per accidens, tandem aliquo modo placuisse. Quod tamen ipsum, ut hoc eodem ordine, ac modo à Deo fieret, sapientia Dei vel imprimis exegit: quippe cujus proprium est, in decretis faciendis omnia sic ordinare, ut necessaria semper præcedant, contingentia verò sequantur: utq; diversi gradus, in utroq; genere,

genere, secundum plus, & minus, accuratè ferventur: ac proinde, ut quæ à pura primaque Dei liberalitate, seu mavis simplici bonitate, proximè dependent, ea semper ad voluntatem Dei *antecedentem*; quæ verò à misericordia parcente, & justitia retribuente (præsertim verò puniente) necessariò fluunt, ea demum ad voluntatem *consequentem*, distinctè referantur: sicut in hac ipsa mutatione, quæ Genes. 6. & 7. copiosè describitur, satis perspicuè patet. Plura exempla jam supra non semel vidimus.

SECTIO XXVIII.

De objecto iræ divinæ. Et an pœna cuiquam certò decernatur à Deo, ante prævisam culpam.

P Ag. 115. Thes. 33. Objectum iræ divinæ est, creatura peccans: quippe cui pœnas Deus ob peccata *decernere*, comminari, & tandem infligere solet.

NOTA PISCATORIS.

Hoc perinde sonat, ac si Deus, post 1. peccata demum admissa, pœnas decerneret. At decreta Dei 2. æterna sunt.

RESPONSIO VORSTII.

1. Etsi decreta Dei *æterna* sunt, hoc est, (ut Scriptura hîc ordinariè loquitur) ante foundationem mundi facta: hoc tamen non impedit, quin certum aliquem inter illa *ordinem* ipse Deus pro sua justitia, & sapientia, jam olim constituerit. Hic autem *ordo* inter alia (1) postulat, ne cuiquam nominatim pœna aliqua certò infligenda decernatur, cujus non aliqua culpa, saltem in præscientia Dei, verè præexistat. Vera enim Dei *justitia* dictat, ne quisquam vel pœna (2) afficiatur, vel ad eandem certò (3) destinetur, nisi qui culpæ reus sit. Et præterea *sapientia* postulat, ut (4) causa semper ante effectum suum collocetur, hoc est, culpa ante pœnam: idque (5) tam in ipso decreto, quàm in decreti executione. Non (6) enim minùs in decernendo, quàm in exsequendo, & justus, & sapiens est Deus.

2. 3) *Confundis hîc justitiam Dei manifestam & occultam. Secundum manifestam minem pœna afficit, qui non sit reus culpa: at secundum justitiam occultam atque pœnam etiã eos qui culpa nondû sunt rei: ut patet ex dicto modò allegato.* 4) *Confundis hîc causam procreantem extra Deum, & causam finalem in Deo. Extra Deum culpa est causa procreans pœna: nam propter culpam Deus infert pœnam: at in Deo intentio pœna est causa finalis culpa. nam quia Deus decrevit quosdam punire, decrevit etiam permittere ut illi culpam contraherent, & quidem efficaciter (ut omnia) decrevit: idq; ab æterno.* 5) *Hoc falsum esse, modò ostendi.* 6) *Ista ratio nihil probat: ut patet ex dictis.*

NOTÆ PISCATORIS.

1) *Ita quidem videtur iudicio humane rationis: sed res revera aliter se habet. nam nullum Dei decretum pendet à præscientia ejus, ita ut ordine nature posterius sit: sed contra præscientia pendet à decretis. Et nominatim decretum de infligenda pœna non pendere à præscientia culpa, disertè docet apostolus Rom. 9. versu 11. 12. 13.*

quidem justitiam Deus ne-inscrutabilem destinat ad infligendam pœnam: nam propter culpam Deus decrevit quosdam punire, decrevit etiam permittere ut illi culpam contraherent, & quidem efficaciter (ut omnia) decrevit: idq; ab æterno.

2. Fateor quidem, Deum jam olim, ante ulla peccata, sive ab Ange-

7) Si refers hoc ad inflictionem pœnarum, verum est: si ad decretum infligendi, falsum est, ut patet ex dictis ad num. 2. 3. 4.

8) Quid sibi vult ista vox? Immò Deus decrevit infligere pœnas solis reprobis: electis verò, qui cumvis & ipsi pœnas commerituri erant, decrevit parcere, Rom. 9. v. 11. 12. & 13.

9) Nempe ex falsa tua sententia. Sed quid hoc ad me?

10) At ego contrarium demonstravi ad num. 2. 3. 4. nempe peccata non fuisse priora decreto illo Dei, ne in præscientia quidem Dei.

11) At quid ista ratio facit ad probandum propositum? Vis probare, peccata fuisse decreto Dei priora in præscientia Dei: & ad probandum affers hanc sententiã, quòd & decretum & præscientia aeterna sit. Hinc sequitur contrarium, nempe præscientiam non esse decreto priorem, ratione quidem temporis.

12) Falsum hoc esse, demonstravi ad num. 2. 3. 4.

13. 14) Sed unde probas, tale decretum à Deo factum esse? An satis esse putas, te hoc affirmare? Immò fictitium istud decretum pugnat cum vero Dei decreto, quo

Jacobo, Rom. 9. v. 11. 12. 13. Item certos aliquos punire, v. g. Esavum, ibid. 15) Contradicis igitur apostolo affirmanti contrarium loco modò allegato. 16. 17) At nullum est tale objectum decreti divini. 18) Quasi verò Deus ignoraverit, an ubi scriptura hanc illius decreti causam tradit? Immò de Esavo tradit (Rom. 9. v. 11. 12. 13.) quòd Deus illum citra considerationem peccati decreverit punire. quod ipsum valet in Juda & omnibus damnandis. Et hinc est, quòd Judas nominatur filius ille perditionis, Joh. 17. 12. Item quòd dicitur abiisse in locum suum, Act. 1. 25. 21) Αειλογία hac est, vel (si mavis) τωσθλοζία. Cujus sententia satis jam à me refutata est. 22. 23. 24) Sed quid ista ad me?

lis, sive ab hominibus, actu admissa, pœnas peccatoribus ((7) quã tales sunt) infligendas ((8) generatim apud se decrevisse. Sed ((9) hinc non sequitur, peccata eorum, quibus nominatim pœnas infligere Deus decrevit, ((10) nullo modo (ne quidem in præscientia Dei) priora fuisse ipso speciali decreto, de pœnis suo illis tempore infligendis. Sicut ((11) enim decretum hoc aeternum est, ita & præscientia illa (modo jam dicto) aeterna censi debet. Immò hæc, ordine quidem naturæ, illo ((12) prior censi debet, ob rationem paulò antè satis explicatam. Adde tamen, majoris explicationis ergò, decretum quoddam ((13) generale, seu mavis ((14) indefinitum, de peccatoribus omnibus justè puniendis (quicumque tandem isti futuri essent) ante definitam præscientiam peccatorum, tantquam certò futurorum, à Deo factum fuisse. Sed ((15) nego, definitum ac speciale aliquod decretum, de hoc vel illo individuo nominatim puniendo, ante talem propriæ cujusque culpæ præscientiam, à Deo factum fuisse. Porro indefinitum ac generale decretum hinc appello, cujus objectum est ((16) indefinitum, ac per se ((17) generale: sive id hypotheticè formetur, hoc modo: ((18) Si creaturæ rationales peccaverint, punientur: sive absolute ac categoricè, hoc pacto: ((19) Quisquis peccaverit, punietur. At speciale ac definitum Dei decretum voco, cujus objectum est definitum ac speciale, vel potius singulare, atque individuum: idque absolute ac categoricè semper est enunciandum, hoc modo: Judas punietur, ((20) quia Judas peccabit. Sed sub quocunque tandem genere, aut gradu, hæc Dei decreta statuuntur: ((21) illud semper ratum esse debet, nulli creaturæ, sive generatim, sive speciatim acceptæ, pœnam ullam à Deo nominatim ac certò decerni, cujus non aliqua culpa, saltem in præscientia, seu mente divina, verè præcesserit: idque ob rationes antè satis expositas, & porro plenius infra cum Deo exponendas.

Et hætenus fuerunt notæ tuæ (Clariss. D. Piscator) ad Theses meas. In quibus alii magni Dd. nostri ((22) nihil hucusque desiderarunt: immò ((23) quas non pauci ex nostris admodum probarunt. Ut obiter videas, ((24) illorum judicium à tuo satis hinc discrepare. Sequuntur nunc aliæ ad Notas meas: quas & alii nonnulli passim carpservunt.

decrevit non omnes peccatores punire, sed quibusdam parcere, & quidem certis: v. g. Jacobo, Rom. 9. v. 11. 12. 13. Item certos aliquos punire, v. g. Esavum, ibid. 15) Contradicis igitur apostolo affirmanti contrarium loco modò allegato. 16. 17) At nullum est tale objectum decreti divini. 18) Quasi verò Deus ignoraverit, an ubi scriptura hanc illius decreti causam tradit? Immò de Esavo tradit (Rom. 9. v. 11. 12. 13.) quòd Deus illum citra considerationem peccati decreverit punire. quod ipsum valet in Juda & omnibus damnandis. Et hinc est, quòd Judas nominatur filius ille perditionis, Joh. 17. 12. Item quòd dicitur abiisse in locum suum, Act. 1. 25. 21) Αειλογία hac est, vel (si mavis) τωσθλοζία. Cujus sententia satis jam à me refutata est. 22. 23. 24) Sed quid ista ad me?

SECTIO

SECTIO XXIX. & XXX. & XXXI. & XXXII.
& XXXIII.

Iterum de nomine Jehovah. An etiam Idolis interdum, & præsertim Angelis, in Scriptura tribuatur.

Pag. 169. parag. Restat, de nomine *Jehovah* dicitur: Sanè enim *Idolo* nomen hoc per *Catachresin* quandam tribui videtur: nimirum aureo vitulo, ab *Israëlitis* conflato. *Exod.* 32. v. 5. Vide etiam *Jud.* 17. ferè per totum: ubi de *idolo Michæ* agitur.

NOTA PISCATORIS.

In loco *Exodi* nomen 1. *Jehovæ* non tribuitur ipsi vitulo aureo. Nam quòd *Aharon* ibi dicit, *Cras esto festum Jehovæ*, simpliciter de ipso *Jehova* loquitur: quem tamen *Judæi* per vitulum illum aureum colere volebant. In loco *Judicum* 2. similiter nomen *Jehovah* non tribuitur idolo illi *Michæ*: sed tantùm dicit mater illius, se *argentum sanctificasse Jehovæ*, ut filius ex eo faciat fusile, & sculptile, id est, *idolum*, per quod colat *Jehovam*.

Pag. 170. In medio dicit, nomen *Jehovæ* tribui *Angelis*, *Genes.* 16. & 18. & 19.

Sed hoc refutavi 3. suprâ ad pag. 14.

Ibidem, ad hoc probandum adducitur etiam locus *Exod.* 3. v. 2. & 4.

Sed per Angelum illum non esse intelligendum 4. Angelum creatum; sed ipsum *Jehovam*, seu *Deum*; manifestum evadit ex eo, quòd ille ipse subinde *Deus* nominatur; quòdque is ipse *Mosen in Ægyptum* misit.

Eòdem citatur locus *Judic.* 13. v. 22. & 23.

Sed nec ibi 5. nomen *Jehovæ* angelo tribuitur.

Pag. 171. paulò post medium: Nihil enim usitatus est, quàm quòd legati suorum principum nominibus, & titulis, certo quodam respectu, honorantur.

An res ita se habeat, 6. 7. valdè dubito.

RESPONSIO VORSTII.

I. Quia suprâ de hoc Dei nomine, quatenus *S. Angelis* interdum communicari dicitur, (de quo præcipua hîc quæstio est) pluribus actum fuit, idcirco nunc brevitati, quoad istam partem, maximè studebo. Et initio quidem notandum tibi est, quòd de *Idolis*, isto nomine aliquando insignitis, hîc à me dicitur; id (1) non simpliciter, neque propriè, sed

NOTA PISCATORIS.

1) Hoc te non excusat. nam nihilominus erras in re ipsa, dum affirmas nomen istud idolo tribui. Ego verò ostendi, non tribui. unde jam sequitur, nec per *catachresin* tribui.

- 2) Est igitur quod mihi gratias agas, qui hanc dubitationem eximere tibi volui.
- 3.4) At falsa interpretatio scriptura (qualis hac tua est) non est pro grammatico problemate habenda, aut excusanda. Ista civilitas Theologos non decet, sed candida reprehensio.
- 5.6) At neque ista te excusant, nam error est error, siue quis primus, siue solus illum erret. Et errantium multitudo non parit errori patrocinium.
- 7) Nempe si illum agnoscas & abjicias. Sed num etiam
- 10) An igitur negas, Aharonem loquentem esse de vero Jehova, quum dixit, Festum Jehovæ cras esto? Proba igitur, loquentem esse de Jehova non vero: aut fatere, populum per vitulum illum aureum coluisse Jehovam verum. Id quod manifestè liquet ex ipsius verbis, quum dixerunt de illo vitulo, Hi sunt dii tui, Israël, qui eduxerunt te è terra Ægypti, v. 4.
- 11) Nempe tanquam symbolum seu signum representans Jehovam.
- 12) Nèpe metonymicè, tanquam symbolum, nam certè probè sciebant, se ab isto vitulo non fuisse eductos ex Ægypto: quippe qui tunc quum educerentur, nondum exstabat. 13) Quasi sciebant, se ex Ægypto eductos esse à Jehova vero, cujus miracula in Ægypto viderant, & cui festum paschæ celebrarant. 14) Erras hic dupliciter. Primum in allegando textu: deinde in textus explicatione. Non legitur ibi demonium numero singulari: sed dæmones numero plurali. Nec sermo ibi est de idolo interno, mente concepto: sed de idolis externis. dicitur enim, Sacrificaverunt dæmonibus, non Deo, diis quos non noverant &c. 15) At non rectè hoc tibi videri, ex dictis patet. 16) Immò mens populi fuit, colere Jehovam verum: sicut ostendi. Ergo Aharon de vero Jehova loquens, ad rem loquutus fuit. 17) At ex quibus verbis apparet?
- cum certa expressione tropi, cumque diserto respectu *catachreseos*, asseri: neque prorsus asseveranter, sed aliquatenus (2) *dubitanter*, à me proponi: sicut ex ipsis verbis meis perspicuum est. Quare etiam si quid fortè hinc erratum esset, id (3) grammatici problematis instar habendum, & respectu studiosæ modestæque inquisitionis, saltem civiliter (4) excusandum foret. Deinde & hoc sciendum est, nō me (5) primum, aut (6) solum esse, qui sic de locis illis Exod. 32. & Jud. 17. sentiat: Sed *Lyrannum*, *Lipomannum*, *Fagium*, aliosque complures S. literarum interpretes, jam olim in eadem sententia fuisse. Quorum honesta societas certè ad errorem, si quis hinc esset, humaniter (7) condonandum valere aliquid deberet. Deniq; præcipuè hoc notandum, rationes saltem admodum (8) probabiles huic sententiæ favere: quas etiam nondum sufficienter à te dilutas esse (9) video: tametsi nec responsa tua planè contemno. De quibus jam breviter agemus.
- ad dissimulandum? 8) Nego. 9) Fortasse videre te dissimulas.
- Equidem in loco Exod. 32. non dicitur, quod ipsum (10) *verum Jehovam* per vitulum illum aureum populus coluerit: sed contrà, quod ipsum vitulum (11) adoraverit, ei que sacrificaverit: quodque hunc ipsum (12) appellaverit Deum illum, à quo ex Ægypto eductus fuisset, v. 4. & 8. Quod ipsum tamen metonymicè accipiendum esse videtur, de (13) interno quodam Idolo, jam mente illorū concepto: quod alibi *demonium* (14) vocatur, Deut. 32. quodque illi in vitulo isto colere voluerunt. Itaque respectu hujus popularis, licet impiæ, opinionis omnino (15) videtur Aaron v. 5. dixisse, *Cras erit festum Jehovæ*: videlicet illius non veri, sed fictitii Jehovæ, quem populus in vitulo tunc expressisse, & religiosè adorasse dicitur. Alioqui Aaron, saltem ex (16) mente populi, minimè ad rem locutus fuisset. Quamquam eo etiam admissio, quod tu maximè vis, tamen adhuc (17) apparet, nomen *Jehovæ* hinc ipsi vitulo, tanquam signo veri Jehovæ, ab Aarone communicatum fuisse. Nam quo sensu vitulum illi Deum vocabant, à quo educti essent ex Ægypto (puta verum & æternum Deum, ex tua hypothese) eodem planè videtur Aaron eidem vitulo nomen *Jehovæ* tribuisse: quia festum, quod proclamabat, ad idem planè signum, ex populi quidem voto & opinione, referendum esse noverat, ad quod verò credibile sit, Israëlitas putasse, se per tale idolum ex Ægypto esse eductos. Immò eductos esse à Jehova vero, cujus miracula in Ægypto viderant, & cui festum paschæ celebrarant. Non legitur hic dupliciter. Primum in allegando textu: deinde in textus explicatione. Non legitur ibi demonium numero singulari: sed dæmones numero plurali. Nec sermo ibi est de idolo interno, mente concepto: sed de idolis externis. dicitur enim, Sacrificaverunt dæmonibus, non Deo, diis quos non noverant &c. 15) At non rectè hoc tibi videri, ex dictis patet. 16) Immò mens populi fuit, colere Jehovam verum: sicut ostendi. Ergo Aharon de vero Jehova loquens, ad rem loquutus fuit. 17) At ex quibus verbis apparet?

quod (18) universus iste cultus à populo referebatur. (19) Ita ut, si ve-
rus, si ve falsus *Jehova* hîc intelligatur, vox saltem ipsa *Jehova* cum Idolo,
vel interno, vel externo, per catachresin quandam communicata fuisse
videatur.

2. Idem dicendum videtur de loco Judic. 17. Nam si quis *ψ. 3. & 5.*
& 13. diligenter inter se conferat: & simul cap. 18. *ψ. 4. & 5. & 13. & seqq.*
bene perpendat: non improbabilem saltem, si non planè certam, esse
opinionem meam, facilè animadvertet. Micha enim dicitur ex argento
illo matris suæ tale sculptile sibi fecisse, quod haberet pro Deo, puta pro
signo (20) Idoli jam animo concepti: quod Idolum ipse Deum esse pu-
tabat. Sic enim ipse Danitas alloquitur, cap. 18. *ψ. 24.* (21) Deum meum,
quem feci, abstulistis &c. Et cap. 17. *ψ. 5.* dicitur habuisse domum Dei, hoc est,
Idoleum, cum Ephod & Theraphim &c. videlicet ad colendum hoc ipsum
(22) Idolum. Atqui argentum illud propterea *Jehova* consecratum fuis-
se dicitur, (23) quia Deus, hoc est, idolum, ex eo tandem factus, per que
sacrificia palàm adoratus fuit. Ergo id saltem credibile est, huic ipsi facti-
tio Deo (hoc est, (24) interno idolo) nomen *Jehovæ* à Micha imposi-
tum fuisse. Immò licet verum fortè *Jehovã* in idolo illo externo Micha
colere voluisset, adeoque re ipsa coluisset: nomen tamen ipsum *Jehova*,
non minùs quàm nomen *Elohim*, eidem idolo suo externo, hoc est, veri
Jehovæ signo idololatrigo, per catachresin imponere (25) potuisset, im-
mò (26) impositurus fuisset: ut qui probè sciret, idolum illud externum
non magis esse verum *Elohim*, quàm verum *Jehovam*: contraq; non mi-
nùs pro signo *Jehovæ*, quàm pro signo *Elohim*, idem istud externum ido-
lum revera haberet. Sed nihil hîc tamen definitio: verùm hæc duntaxat
(27) ampliùs consideranda tibi propono.

externo: quale erat vitulus ille aureus. Ergo hic aberras à questione. Micha autem
neq; externo idolo imposuisse ibi legitur. Itaque hoc tu confidenter fingis. 25) Iterum
est questio an potuerit, sed an fecerit. 26) Hoc ipso fateris, quòd non imposuerit: atque
27) Satis jam consideravi: tu quoq; considera quæ in medium attuli.

3. De locis autem Genes. 16. & 18. & 19. suprâ satis actum videtur.
De quibus iterum ad alios Dd. Mercerum imprimis Musculumq; te (28) ab-
lego.

4. De loco porrò Exod. 3. *ψ. 2. & 4.* nondum firmiter assentiri tibi
possum: quia ratio tua utraque nimis infirma est. Vocatur Angelus ille
subinde Deus, inquis. Ergo non fuit creatus Angelus. Quasi non satis
constet, etiam creatos Angelos subinde in Scriptura *Elohim*, hoc est,
(29) Deos appellari. Vide Psal. 8. & 97. & 138. &c. Item, dicitur ille Mosen

tum nomen *Elohim* ponitur sine præfixo articulo, ut Jud. 13. v. 22. At hic v. 11. & 13.
quòd manifesto indicio est, sermonem ibi esse de Deo. Sic enim ibi ad verbum legitur, Et dixit Moses ad hælohim,
quod Gracè diceretur, αὐτὸς ὁ Θεός.

18) Falsum hoc est. nam
pars illius cultus præcipua
referbatur ad ipsum Jeho-
vam: ut ex dictis patet.

19) Ex falsis falsum infero.

20) Falsa expositio. nam
Micha sculptile illud fece-
rat ad colendum Jehovaham:
ut patet, ex ipsis verbis
cap. 17. v. 13.

21) Id est, idolum meum
quod feci ad representan-
dum & colendum Jehovaham.
Hæc expositio confirmatur
ex eo quòd modo dixi.

22) Et per istud idolum, i-
psum Jehovaham: ut modo
ostendi.

23) Falsam hîc causam fin-
gis, quæ ab ipsis verbis alie-
na est. Quid enim est, Con-
secrari Jehovaham, quàm Con-
secrari ad colendum Jeho-
vam? Sed quomodo vole-
bat mater Micha colere Je-
hovam? Nempe per illud
sculptile quod ex argento
illo confici volebat, c. 17. 3.

24) At tu in verbis quæ re-
prehendi, loqueris haud du-
biè non de idolo interno, sed
nomen Jehovaham neq; interno
ita negas quòd antè affir-
masti.

28) Sed quorsum hoc? Qua-
si mihi non satis esse debe-
ant rationes deprompta ex
textu!

29) At magnè hîc est dis-
crimen. Nam quum angeli
nominantur Elohim, sermo
est de pluribus, videl. de to-
ta angelorum multitudine:
quum autem unus aliquis
angelus nominatur Elohim,

ponitur articulo præfixo: id

30) At nullum istius imperii seu mandati in textu habetur indicium. quare temere istud confingis. Is qui in textu loquitur, loquitur de seipso in persona prima, v. 10. 31) Non est quaestio quid potuerit, sed quid fecerit. Porro angelum illum qui Mosi tunc apparuit, fuisse ipsum Jehovaham, clarè liquet ex verbis cap. 4. v. 5.

32) Immo apparet, eam ipsum Jehovaham propriè intelligere. Nam sacrificium, de quo ibi loquitur, obtulerant non angelo Jehovæ, sed ipsi Jehovæ, ut percipitur ex v. 16.

33) Nempe per angelum illum.

34) Firmavi jam ad n. 32.

35) Ista vox in verbis qua reprehendo, non habetur.

36, 37, 38) De hoc non est quaestio: sed an legati illi nominentur S. P. Q. R. Item an legati principum appellantur nominibus suorum principum. v. g. an legatus Electoris Palatini appellatur Elector Palatinus.

39, 40) Sed num usquam se se nominabat Christum?

41) Istud exemplum dissimile est. Christus enim ibi loquitur nõ ut legatus Dei, sed ut filius Dei: quippe qui sit in Patre, & Pater in ipso: ut ibidem continenter annectitur. Tu verò textus falsas: quatenus pro verbis istis, Videt Patrem, reponis hac, Videt eum qui misit me. Quæ si maximè ibi existarent, (sicut existant c. 12. v. 45.) tamen ad propositum tuum probandum nihil facerent, propter verba continenter annexa. 42) At num Apostolorum ullus usquam nominatur Christum?

in Ægyptum misisse. Ergo fuit, inquis, ipse Jehovah. Quasi non etiam creatus Angelus, ex (30) imperio & nomine veri Jehovæ, Mosen illuc mittere potuerit. Aut quasi Angelus ille non ipsius Jehovæ nomine saltem sic loqui (31) potuerit: à quo, videlicet, ad eam rem Mosi nunciandam singulariter legatus erat.

5. Denique locus Jud. 13. v. 22. 23. non ita quidem clarè mihi favet: quum disertè nihil de eo testetur, de quo inter nos jam quæritur: aliquatenus tamen id ipsum innuit, quod mihi probabilius esse dico. Ait enim hinc Manoah ad uxorem suam: *Moriemur, quia Deum vidimus*: quum tantum vidisset Dei Angelum. At nulla certè fuisset tanta metuendi causa, nisi Deum verum in legato suo se vidisse putasset. Et statim uxor ipsius subjicit: *Si voluisset Jehovah nos occidere &c.* Ubi sanè de ipso Jehovah sic loquitur, ut satis appareat, ipsam ad eundem Dei Angelum hoc nomen

(32) tropicè accommodare: quippe quem ait sibi illa (33) dixisse, quæ de filio, ex ipsa nascituro, jam antè narrata fuerant. Itaque simpliciter accepta negatio tua stare hinc non potest: nisi aliis argumentis (34) firmetur.

6. Postremò quod de more passim inter homines usitato dixeram, quo legati principum suorum nominibus, aut titulis, (35) aliquatenus honorari soleant: id ego quidem credo ex variis omnium ferè gentium historiis, & quotidiana experientia, etiam nostri seculi, satis manifestum esse. Sæpe enim v. g. in Livio, Cesare, Tacito, aliisque historicis, ubi legatorum S. P. Q. R. mentionem faciunt, ea de legatis (36) narrantur, quæ non nisi nomine, ac titulo, principalium suorum ab istis geri, aut iisdem ab aliis tribui legitimè potuerunt. Sic quotidie in comitiis Regnorum, & speciatim Rom. Imperii, (37) dicuntur ea Principes, aliique ordines, ipsi dicere, aut facere, quæ ipsorum legati dicere, aut facere solent. Hinc vulgò etiam fit, ut legatis Regum, aut Principum, (38) idem ferè honos habeatur, eademque à subditis obedientia præstetur, quæ Regibus, aut Principibus ipsis deferri, ac præstari solent: utque vicissim injuriam illis illatam, isti sibi metipsis illatam esse existiment: quippe quum isti in illis quodam modo præsentem esse, & per ipsos, velut vicarios suos, omnia negotia sua, singulari quadam ratione, exsequi videantur. Hinc S. Apostolus, utpote Christi legatus, meritò (39) agebat, *Christum omnia in se loqui, & operari*, 2. Corinth. 13. Et alibi (40) se receptum fuisse dicit, sicut ipsum Christum, Galat. 4. Immo Christus ipse de se ipso, (41) *Qui me videt, inquit, videt eum qui misit me &c.* Johan. 14. v. 9. Item de suis Apostolis, (42) *Qui vos, inquit, recipit, me recipit, &c.* Luc. 10. &c. Adeo ut penè naturâ

naturâ

42) At num Apostolorum ullus usquam nominatur Christum?

naturâ notum videatur, principales in suis legatis aliquo modo (43) repræsentari: & (44) eatenus istos illorum nominibus, ac titulis, non ineptè exornari.

7. Denique, ut hoc etiam obiter addam, si mutæ imagines, ac statua, aliaque id genus inanimata signa, vulgò non malè ipsarum personarum, quas repræsentant, nominibus insigniuntur: ita ut v. g. imago Cæsaris, Cæsar ipse dicatur: item *Arca Jehovæ*, ipse Jehovah nominetur &c. Psal. 47. & 68. &c. quid mirum videatur, si viva persona, cum singulari imperio à superiore aliquo legata, nomine ac titulo sui superioris (45) aliquatenus ornetur? ac proinde, si *Angelus* interdum per tropum ipsius etiam legantis *Jehovæ* nomine insigniatur? Hæc igitur omnia diligentius à te (46) perpendi velim. Quod quidem si feceris, saltem neque (47) absurdam, neque (48) prorsus improbabilem, esse sententiam meam animadvertes: præsertim si simul consideres, quàm (49) multi Doctores, & Veteres, & Novi, etiam ex nostris Reformatis, eandem hucusque approbent. Quorum nonnulli, ut *Fagius*, *Lipomannus*, &c. regulam hanc, ab Hebræis traditam, simpliciter hinc tenendam putant: *Angelus vocatur de nomine mittentis ipsum &c.* alii saltem excusabilem, aut probabilem, hanc opinionem appellant: ut *Calvinus*, *Martyr*, &c. Sed de his jam plus fatis.

43.44) At num hinc sequitur, ipsos nominibus suorum principum appellari?

45) Quæstio non est, an aliquatenus exornetur, sed an appelletur. Ad hoc autem concludendum nihil valet ista ratiocinatio à minori: quia metonymia illa in rebus inanimatis recepta est, ut qua non facile pariat errorem: at in personis recepta non est, ut qua facile errorem pareret propter evidentem ipsarum rerum cognationem.

46) Perpendi jam satis.

47.48) De his rebus non est quæstio: sed simpliciter, an vera vel falsa sit. Ego demonstravi, falsam esse.

49) Multitudo errantium non parit errori patrocinium.

SECTIO XXXIV.

De nomine Elohim: An interdum pluraliter in Scriptura de Deo usurpetur: sive an pluralitatem personarum in Deo designet.

P Ag. 174. De nomine Elohim loquens, dicit: Habet autem perpetuò sensum singularem, quum de vero Deo, qui non nisi unus est, usurpatur.

NOTA PISCATORIS.

Immò interdum habet sensum pluralem: 1. idque ad notandum pluralitatem personarum divinarum: ut percipitur ex collatione verborum 2. serpentis ad Evam: *Eritis sicut Elohim, scientes boni ac mali*, Gen. 3. v. 5. cum verbis Dei: *Ecce homo factus est sicut unus ex nobis, sciendo bonum ac malum*, ibid. v. 22. Planum est enim, Deum his verbis suis respicere ad verba illa serpentis: quibus fidem habens homo, speravit, se fore sicut unam ex illis divinis personis. Itaque necesse 3. est fateri, illum vocabulo *Elohim* personas illas intellexisse.

NOTÆ PISCATORIS.

1) Excusetur sanè. At interim justa est mea illius reprehensio.

2) Nego.

3) Rationes illas refutare non puto esse operæ pretium: quum satis sit, me sententiã contrariam partim in hac nota, partim in Responsione mea apologetica ad hanc sectionem solidè cõfirmasse.

4) Immò certò constat: ut ostendi in loco modò indicato.

5) Vanum hoc commentum est: quum nullum exemplum afferrì possit, ubi vox Elohim in ista significatione accipiatur.

6) Etiam istud vanum cõmentum est: quum tunc temporis nulli dii noti fuerint, præter solum verum Deum.

7) Immò constat ex interpretatione ipsius Dei.

8) Sed quo argumento? Nec verò quod probabile est, opponendum est ei quod certum est.

9) Immò constat ex ipsa cum verbis serpentis collatione.

10) Immò occurrunt ista verba, Sciendo bonum & malum.

11) Immò evincit, nisi ad claram lucem oculos claudere velis. 11) Intervallum quod hic inter utrumq; illum sermonem intercedit, non impedit hunc respectum: quia una eademq; historia narratur serie perpetua. Hac coherrentia potissimum nititur mea sententia, non simpliciter consonantiã verborum. Ergo affingis mihi hic falsam hypothefin.

13) Immò magnas.

14) Nempe regula Grammatica indefinitè enuntiatã. v. g. Nomina in A sunt gen. fœm. Cui tamen regula sua exceptiones adduntur. Tu verò dicis definitè, Nomen Elohim PERPETUO habet sensum singularem quum de vero Deo usur-

I. Dictum illud meum, etiamsi nulla fortasse singulari ratione nitetur, per hoc tamen satis (1) excusari posset, quòd multos habet magnosq; in Ecclesia Dei Auctores, etiam ex nostris Reformatis: quales inter alios sunt, Calvinus, Mercerus, Daneus, Drusus &c. Ne quidquam de Cajetano, Bellarmino, aliisq; Pontificiis, nunc dicam. Quamquam nec rationes (2) solidæ hic defunt: sicut docere nos potest vel solus Drusus: qui earum bene multas in *Questis* suis, Epist. 66. & præsertim in suo *Elohim*, studiosè collegit: quas quia tibi notas esse arbitror, nunc operosè repetere non libet. Tantum oro, ut eas paulò diligentius expendere, ac ruminare; aut, si nondum satisfaciunt, solidè (3) refutare ne graveris.

2. Objectio autem tua, ex loco Genes. 3. petita, qua generalem assertionem illam infringere conaris, non ita valida est, uti fortasse tibi videtur. Neq; enim certò nobis (4) constat, v. 5. in verbis serpentis, nomine Elohim ipsum supremum Deum, aut personam aliquam S. Trinitatis, speciatim significari: quum fieri possit, ut serpens hanc vocem (5) de Deo simul & Angelis, sive de (6) Diis generatim ita dictis, intellexerit. Multò minùs autem (7) constat, serpentem hoc ipso vocabulo plures in Deo personas indicare voluisse: quum (8) probabilius sit, ipsum simpliciter ad Deum naturaliter, sive essentialiter consideratum, tunc respexisse: q. d. *Eritis sicut Deus, vel Dei similes, in scientia &c.* Denique ne hoc quidem (9) constat, Deum deinde v. 22. ad verba illa serpentis respexisse: quum nihil in S. textu (10) occurrat, unde hoc solidè probari possit. Neque enim tu quidquam affers, præter illam paucorum verborum, in utriusque (Dei scilicet, & serpentis) sermone consonantiam. Sed hæc ratio nondum sufficienter (11) evincit, illum ad hujus verba certò respexisse. Nisi eadem operã concludere velis, quoties aliqua talis consonantia in duorum sermonibus, licet admodum diversis, & longo (12) intervallo separatis, alicubi occurrit, toties alterum ad alterius verba certò respicere. Quæ certè assertio, seu mavis conclusio, multis instantiis, h. e. contrariis exemplis, facilimè everti posset.

3. Itaque vides, saltem ob hanc rationem tuam *necesse non esse*, ut serpentem nomine Elohim personas illas S. Trinitatis intellexisse fateamur. Quod ipsum tamen, si maximè verum esset, (13) non magnas ad generalem assertionem meam infringendam vires haberet: quum nulla sit (14) regula tam firma, quæ non aliquam admittat exceptionem, præsertim

fertim

patur. *Item in Parasceve*, Significationem habet singularem, QUOTIES de solo vero fertim (15) unici exempli. Quòd si fortè alia habes sententiæ tuæ argumenta certiora, ea libenter aliàs intelligam, & tecum ampliùs perpendam. Interea relictis in medio, quæ infirma & incerta sunt, arctè teneamus ea, quæ firmis certisq; rationibus ita (16) nituntur, ut nullum penè dubitationi locum relinquunt.

Deo usurpatur.

15) *In Resp. ad Parasce. attuli exempla plura, ex Genes. 20. v. 13. & cap. 35. v. 7. Item ex 2. Sam. 7. vers. 23. vel 24.*

16) *At talia non sunt qua tu hic attulisti.*

SECTIO XXXV.

De voce Saggi: utrum speciale nomen an potiùs attributum Dei significet.

P Ag. 188. num. 4. Porro præter hæc jam dicta, aliud quoque est Dei nomen, quod bis tantùm, ni fallor, in V. T. reperitur: videl. *Saggi*, h. e. amplius, seu magnus. Vide Job. 36. v. 26. & 37. v. 23.

NOTA PISCATORIS.

Nomen *Saggi* in illis locis non usurpatur, ut nomen 1. aliquod Dei: sed ut attributum 2. Dei: quippe quod de Deo ipso ibi prædicatur.

RESPONSIO VORSTII.

1. Agnosco libenter, hoc rectè à te notatum esse. Itaque vocem hanc ad *attributa* potiùs, quàm ad *nomina* Dei, propriè & strictè sic dicta, referendam esse concedo. Quod ipsum tamen in Notis meis revera non (1) negatur: sed contrà potiùs (2) asseritur: quatenus hoc vocabulum non cum prioribus illis Dei nominibus, ita propriè dictis; sed cum aliis quibusdam Hebraicis Dei Epithetis, hîc conjungitur: cujusmodi sunt, *Heljon, Gadol, Kadosch &c.* 2. Quæ tamen omnia, vulgari quadam loquendi ratione, generaliter nomina Dei vocari (3) solent: propterea fortasse, quòd nullum ferè Dei nomen in S. literis occurrat, cujus vera & certa ratio non ab aliquo Dei attributo, h. e. vel proprietate, vel operatione, originem ducat. Sed hæc leviora jam mittamus.

1. 2) *De hoc non est quæstio: sed, an nomen Saggi in locis allegatis usurpetur ut nomen Dei.*

3) *An istud ita se habeat, me latet. Parum refert.*

SECTIO XXXVI. & XXXVII.

An, & quatenus, vox corporis de Deo usurpari possit.

P Ag. 201. §. Cæterùm. Si vocabulum corporis in significatione latiore sumamus, nihil vetat, etiam Deo corpus adscribere. Ut quidem Tertullianus libr. cont. Prax. apertè affirmat, Deum, licet spiritus sit, nihilominus esse corpus: quum spiritus etiam sui generis corpus sit, in sua effigie &c.

NOTA PISCATORIS.

Quo minùs Deo corpus adscribere debeamus, vetat hoc ipsum, quòd S. Scriptura 1. nusquam ei corpus adscribit. Nec ratio è *Tertulliano* allata id evincit: quia ut concedatur illa de spiritu creato, tamen de 2. Deo, qui est spiritus increatus, concedi non potest. Is enim immensus est: ac proinde nulla ei effigies competit. Omnis enim effigies oritur è certa terminorum dispositione.

De corpore peccati, & corpore mortis.

Pag. 202. lin. 9. Nam idem Apostolus etiam rebus accidentariis sæpe corpus tribuit: Verbi gratia, peccato, & morti: sicut videre est Roman. 6. v. 6. & 7. v. 24.

NOTA PISCATORIS.

Apostolus 3. 4. 5. morti (quod sciam) nusquam tribuit corpus. Cæterùm Rom. 7. v. 24. per corpus mortis, intelligitur ipsum peccatum, quod in homine habitat.

RESPONSIO VORSTII.

NOTÆ PISCATORIS.

1) *Alia istarum vocum est ratio: quia nihil sonāt quod rudioribus occasionem erroris præbere possit.*

2. 3) *Etsi Tertullianus vocem effigiei in illo loco non pro figura (ut ego loco non inspecto putabam) usurpat: tamē illam nec usurpat pro specie generi suo subjecta, sicut tu hic putas. Quod ut manifestum evadat, haud pigebit totum illum locum huc transcribere. Dicit igitur, de Christo loquens: Hic certè est, qui in effigie Dei constitutus, non rapinam existimavit, esse se æqualem Deo. In qua effigie Dei? Uti que in alia, non tamen in nulla. Quis enim negabit, Deum corpus esse, etsi Deus spiritus est? Spiritus enim (est) corpus sui generis in sua effigie. Sed & si invisibilia illa, quacunq; sunt,*

1. Fateor ipse, neque Deo corpus à nobis propriè adscribendum, neq; hanc vocem de Deo temerè usurpandam esse: idq; ipsum loco hîc citato, & alibi, non obscurè ipse docui. Interea ratio tua, quam obiter hîc affers, per se admodum infirma est. Nam si argumentum ab auctoritate negativè hîc valere velis: idq; præcisè de *nuda corporis voce* urgeas: tum nec (1) *substantiæ, sive essentiæ, nec personæ, nec trinitatis, nec alias harum similes voces, de Deo usurpare nobis licebit: quippe quæ nusquam totidem syllabis in Scripturis expressæ sunt. Ne jam dicam, in loco Coloss. 2. v. 9. saltem conjugatam vocem de Deo, sive deitate, usurpari: ubi videlicet tota plenitudo deitatis corporaliter in Christo habitare dicitur. Sive enim per illud adverbium corporaliter (ut quidem vulgò solent) intelligas idem quod essentialiter, sive idem quod personaliter, aut hypostaticè: semper hoc inde colligere licebit, argumento à conjugatis sumpto, ipsam Dei essentiæ, aut τὸ λόγος personam, juxta Apostolum, in vulgari ac receptiore sensu acceptum, voce corporis insigniri posse.*

2. In verbis autem *Tertulliani*, quæ citaveram, non videris *effigiei* vocem ex auctoris ipsius mente satis rectè accipere. Hanc enim ille generaliter, licet impropriè, & abusivè, pro certa (2) *specie, seu forma, generi suo subjecta, non obscurè illic usurpat: sicut ex re ipsa manifestum est. Tu verò eandem ad externam (3) figuram, seu delineationem significandam, juxta usitatiorem sensum accommodas. Itaq; non ipsa nuda vox, sed mens illius, inspicienda tibi erat: quæ sine dubio hæc fuit: omnem spiritum esse certam*

certam speciem corporis, hoc est, vera substantia &c. Quo quidem sensu jam ipse vides, immensitatem Dei non obstare, quò minus ipse, juxta stilum Tertullianum, sui generis corpus in sua effigie (hoc est, sui generis substantia in sua certa specie) vocari possit. Abundat quidem iste Auctor impropriis ac duris ejusmodi phrasibus: sed quas tamen Christiana charitas, si mentem hominis non malam esse videat, in meliorem sensum deflectere novit, ac solet. Augustinus quidem Tertulliani phrasin alicubi sic excusat, ut ipsum improprie quidem loquutum, non tamen idcirco hæreticum factum esse affirmet, eò quòd ipsam Dei substantiam corpus vocaverit &c. Vide illum imprimis de Hæres. ad Quodvultdeum, Hæres. 86.

3. Porrò, quòd loca illa Rom. 6. v. 6. & 7. v. 24. obiter huc citavi, eò tantum consilio factum fuit, ut ex illorum collatione, tanquam à pari, aut simili, lectoribus ostenderem, vocem corporis (juxta stilum etiam S. Scripturæ) improprie de Deo aliquatenus usurpari posse: quum etiam de aliis rebus, minimè corporeis, quippe meris accidentibus, interdum in sacris literis usurpetur. Cui proposito, apud te saltem, nunc obtinendo, satis est mihi tacita confessio tua, qua corpus peccati pro ipso peccato; item corpus mortis, non quidem pro ipsa morte, sed tamen pro eodem peccato, Apostolum dixisse fateris. Qua de re tamen alios aliter sentire non ignoras: qui corpus hoc nostrum, quatenus peccato, & morti obnoxium est, intelligere hinc malunt. Ego verò tibi de priore loco Rom. 6. hoc est, de peccati corpore, prorsus assentior. De posteriore Rom. 7. quoque non admodum refragor. Nisi quòd simplicior eorum explicatio mihi videtur, qui per corpus mortis, ipsam mortem (sed spiritualem, & metaphoricè dictam) seu mavis ipsam miseriam, ibi descriptam, tanquam rem verè (4) mortiferam, seu rei mortiferæ massam, h. e. captivitatem sub peccato, intelligendam esse putant.

Pauli Philip 2. v. 6. ubi habetur vocabulum μορφή, id est, forma: quod Tertullianus vocabulum illud non rectè de forma Logica seu differentia formali interpretatur. 4) Ergo agnoscis, genitivum mortis hinc notare effectum. Fatendum igitur tibi, non tribui hic morti corpus. Sic enim sicut notat Rom. 6. v. 6. ubi dicitur, corpus peccati: id est, peccatum quod est quasi

4. Sed ut ut sit, illud semper manet, (5) Accidens hinc nomine corporis semel iterumque insigniri. Quod etiam satis apertè fit Coloss. 2. v. 17. ubi corpus illud, quod Christi esse dicitur, umbris legalibus oppositum, pro ipsa umbrarum veritate, atque impletione, seu plena gratiæ Evangelicæ in Christo exhibitione, non obscure usurpatur: sicut ex scopo & serie sermonis Apostolici, item ex collatione similis loci Heb. 10. v. 1. clarè patet. (6) Quantò igitur magis eadem vox ad veram Dei substantiam denotandam per tropum adhiberi poterit?

habent apud Deum & suum corpus & suam formam, per qua soli Deo visibilia sunt: quanto magis quod ex ipsius substantia missum est, sine substantia non erit? Hactenus verba Tertulliani. Ubi obiter, antequam propositum demonstrarem, moneo, aperte ex illis liquere, Tertullianum hic per corpus intelligere substantiam. Quòd autem per effigiem non intelligat speciem suo generi subjectam, sed differentiam specificam, quam Dialectici formam nominant, sic ostendo. Quia quum dicit, Spiritum esse corpus sui generis: per illa verba, sui generis, id ipsum dictum vult, quod vulgo in scholis Dialecticorum dicerent, suæ speciei. Itaque quum còtinenter annectit, in sua effigie: non vult dicere, in sua specie: quia sic committeret turpem tautologiam sive ἀδολογίαν. Quòd autem per effigiem intelligat differentiam specificam seu formam: liquet ex verbis proximè precedentibus ubi recitat verba

reddit effigiem. Et si interim notare oporteret quasi speciem corpus quoddam, id est, res

5) De hoc non est questio.

6) Ratiocinatio hæc à minori non procedit: quia quæ hic inter se comparantur, sunt heterogenea. nã tropus in antecedente est metaphora, in consequente verò synecdoche speciei καὶ ὁμοειδίας.

7) In locis allegatis corpus usurpatur per synecdochen membri: non autem per synecdochen speciei, sicut usurpatur à Tertulliano & à te.

8) At in duobus precedentibus locis corpus non usurpatur per metaphoram.

9) At tu corpus Deo tribuis per synecdochen speciei.

10.11) De his non est questio.

12) Quasi ego te hic vexem, & quidem admodum! Ostende verba ubi istud faciam.

13) Veruntamen de Deo sobriè & cum Deo (i.e. cum verbo eius) loquendum.

14) Quasi ego violarim charitatem, simpliciter & candidè notando, quid in verbis tuis desiderem!

5. Ne jam de iis S. Scripturæ locis quidquam dicam, ubi *corpus hominis*, dum spiritui, seu spirituali affectui, opponitur, pro integra hominis substantia, seu tota *persona*, naturaliter considerata, (7) tropicè interdum fumitur: ut 1. Corinth. 5. v. 3. & Coloss. 2. v. 5. &c. Nec de iis aliquid attingam, ubi Ecclesia *corpus Christi* per (8) similem (9) metaphoram appellatur: ut 1. Corinth. 12. v. 13. 17. Ephes. 1. v. 22. 23. & 4. v. 4. 12. & 5. 23. &c. Quæ omnia certè palàm ostendunt, vocem *corporis*, juxta Scripturam, aliquando latissimè (10) extendi: & modò pro integra persona, modò pro re ipsa, aut solida & plena rei veritate &c. à Spiritu S. (11) usurpari, Ut proinde non admodum (12) vexandus, sed benignè potius sublevandus videatur, qui eandem vocem etiam de Deo, sed valdè generaliter, & quidem improprie, aliquando fortè usurpet, aut saltem usurpari posse putet. (13) Logomachia enim nunquam alenda, sed sopienda semper sunt; & imprimis (14) charitati locus ubiq; dandus.

SECTIO XXXVIII.

An Deus caput omnium rerum juxta Scripturam vocari possit.

P Ag. eadem lin. ctu, dicitur, Deum omnium rerum caput esse.

NOTA PISCATORIS.

Hoc nusquam 1. 2. 3. (quod sciam) in scriptura dicitur.

RESPONSIO VORSTII.

NOTÆ PISCATORIS.

1. 2) At non est utriusq; par ratio. Princeps sive rex dicitur caput subditorum; itémq; dominus dicitur caput servorum; quia circa illos tanquam objectum occupatur, ipsos gubernando: non autem quia eos effecit.

3) At in isto exemplo vox capit non usurpatur pro re omnium prima & præcipua: sed pro parte prima & præcipua anguli. Hoc autè sensu Deus non potest dici caput omnium rerum: quia non est pars earum.

4) Immodò non sic: ut modò ostendi. 5) At non est pars entium: sicut caput anguli est pars anguli. 6) At non propterea rectè dicitur omnium rerum caput.

1. Fateor sanè, nusquam disertè scriptum esse, (quod & ipse sciam) Deum esse *caput* omnium rerum. Sed ex iis tamen, quæ disertè scripta sunt, non ineptè id colligi posse credo. Si enim vox *capitis* metaphoricè sumatur, (ut hinc fieri debet) certè non modò pro Rege, seu Principe, & Domino aliquo, sic proprie dicto, hoc est, ad subditos, aut servos suos, sic proprie dictos relato; sed etiam pro prima rerum (1) causa, seu principio quodam entium (2) effectivo; immo etiam pro re omnium prima, & præcipua, usurpari poterit. Quo quidè posteriore sensu dicitur Christus à Deo (3) *caput anguli* factus, 1. Pet. 2. v. 7. quia videlicet præcipuus, sive imus angularis, lapis à Deo factus est, ut alibi dicitur. Ephes. 2. (4) Sic autem Deum quoque rerum omnium caput esse, quis nescit? Est enim ille (5) ens entium, sive ens omnium summum, ac præstantissimum, & præterea reliquorum omnium (6) causa, & primum principium.

2. Adde,

6) At non

2. Adde, quòd per *res omnes*, sive per *omnia*, in sacris literis interdum synecdochicè omnes creaturæ (7) rationales, h. e. Angeli & homines, tanquam inter res creatas omnium præstantissimæ, denotari solent: prout I. Corinth. 15. v. 28. Ephes. 1. v. 10. & 4. v. 6. Coloss. 1. v. 20. &c. videre licet. Quum igitur constet, Deum (8) saltem omnium Angelorum, & hominum, caput in Scripturis appellari, (9) non malè juxta easdem simpliciter etiam *omnium rerum* caput dici poterit.

3. Adde etiam, quòd metaphora *capitis* ad (10) quodvis regimen, ac gubernationem, extendi potest. Sic enim Christus dicitur à Deo (11) Ecclesiæ datus esse caput (12) *super omnia*: & sic quidem, ut omnia impleret in omnibus &c. Ephes. 1. v. 22. 23. Quæ phrasis sanè innuit, Christum aliquatenus (13) *omnium rerum caput* à Deo factum esse, hoc est, supremum omnium Rectorem, ac Moderatorem &c. Quo etiam sensu idem hic titulus ipsi Deo quàm maximè convenit: quippe qui supremus omnium rerum gubernator est: quique ipse hujus capitis caput alibi vocatur, I. Corinth. 11. v. 3. Sed fateor tamen, ut antè dixi, nusquam hanc phrasin (quod sciam) difertè in Scripturis extare: nec proinde, sine commoda quadam declaratione, qualis hîc quidem non una jam fuit allata, facilè à nobis usurpandam esse. Itaque de re ipsa hîc consentimus, quantum fatis est.

7) Inane effugium. quia tu simpliciter dicis, Deum esse caput omnium RERUM.

8) Fluctuas.

9) Nego consequentiã. quia non est par ratio: ut paulo antè ostendi.

10) Non ad quodvis: sed tantum ad regimen homogeneorum. Homo regit animalia bruta: sed non rectè diceretur caput eorum: sicut rectè dicitur caput hominum quos regit.

11) Hic inter Ecclesiam & Christum est oppositio.

12) Id est, tale caput quod exaltatum est super omnes creaturas, & cui omnes creaturae sunt subjecta: ut percipitur ex collatione præcedentium.

13) At Apostolus non sic loquitur.

SECTIO XXXIX.

An, & quatenus, decreta Dei aeterna sint.

P Ag. 207. In princ. dicitur, Deum, respectu liberæ suæ voluntatis, posse modò hæc, modò illa, decreta facere. Item lin. *Hæc*, dicitur, decreta Dei non esse simpliciter aeterna.

NOTA PISCATORIS.

Scriptura (quod sciam) nusquam docet, Deum decreta facere in tempore: 1. sed de decretis Dei loquitur, tanquam 2. factis ab aeterno.

RESPONSIO VORSTII.

I. Non (1) dicitur in verbis meis, Deum decreta facere *in tempore*: videlicet *in tempore isto* (2) *seculari*, sive quod unà cum hoc mundo incepit &c. Quale tempus hîc à te intelligi, minimè dubitandum videtur: ut qui nullum aliud tempus agnoscere videaris. Immodò passim ipse fateor, decreta Dei ab aeterno, (3) hoc est, ante mundi foundationem, facta fuisse. Vide in primis disput. 6. thes. 37. Hoc tamen non impedit, quo minùs &

nitat. 3) *Hæc expositione innuis, te verba illa Ab aeterno, hic non intelligere ut quasi dicatur, Absq; ullo temporis initio.*

NOTÆ PISCATORIS.

1) At dicitur, Deum posse decreta facere *modo hæc, modo illa*. Ubi vocabulicè illud *modo* certè tempus notat.

2) At tale tempus usitatè istà voce intelligitur. Quod extra hoc est, dici solet aeternè vulgo intelliguntur: nempe

4) Sanè Deus decretis suis prior est aliquo modo: at non tempore, sed ordine natura: sicut causa prior est effectu. Quo modo sol prior est suo splendore.

5) At non ordo temporis: sed qualis est inter finem & destinata ad finem, sive subordinata fini.

6) Nempe ordine natura, ut modo declaravi: non autem tempore.

7) At non tempore.

8) Ecce ipse jam hic agnoscis ordinem natura in decretis Dei, relicto ordine temporis.

9) At verba tua aliud sonant, nempe diversa tempora.

10) Nego majorem. Quia simpliciter æternum dicitur quod nullum habet temporis initium. Et talia, præter Deum, sunt ipsa quæque decreta illius.

11) Nego consequentiam. quia dependentia decretorum à Deo non impedit, quò minus illa sint æterna simpliciter, id est, absq; ullo temporis initio. Sicut dependentia splendoris solaris à sole non impedit, quò minus illa isti sit *αὐτοχρονος*, id est, ejusdem temporis ac durationis.

12) Rursum nego majorem. quia etiam contingens ac voluntarium effectum *αὐτοχρονος* esse potest sua causa, id est, ejusdem cum illa temporis ac durationis: sicut percipi potest ex consideratione Adami recens creati; qui haud dubiè illo ipso momento Deum creatorem suum diligere cœpit: quum creatus fuerit ad imaginem illius. 13) Contrarium modo ostendi exemplo Adami. 14) Ubi verò? 15) Falsa expositio. Quia simpliciter æternum dicitur, quòd nullum

ipse Deus suis decretis aliquo (4) modo prior fit: & inter ipsa Dei decreta, quæ multa & varia sunt, (5) ordo quidam justus & sapiens statuatur: secundum quem alia aliis (6) priora, aut posteriora, esse intelligantur. Decreta enim de finibus, semper (7) priora sunt decretis de mediis: & inter fines alii generales sunt, alii speciales; & rursus utrorumq; alii summi, alii subordinati sunt &c. sicut & *mediorum* infinita propè varietas est, prout ipsa magis, vel minùs, respectu suorum finium, aut necessaria sunt, aut contingentia &c. De quibus omnibus, quum certa & specialia decreta haud dubiè à Deo facta sint, necesse est ordinem inter ista quendam, juxta distincta (8) naturæ momenta (ut Scholastici loquuntur) ab eodem servatum fuisse. Atque hoc illud ipsum est, quod indicare (9) volui, cum Deum, respectu liberæ voluntatis suæ, modo hæc, modo illa, decreta facere scripsi. Non enim de speciali aliquo decretorum à Deo factorum initio, (aut definito hujus mundi, ac seculorum in eo fluentium, tempore) sed de ordine tantum, & modo formali eorundem, hæc verba intelligenda sunt: sicut ex circumstantiis abunde liquet.

2. Quòd autem decreta Dei non simpliciter æterna esse, (prout Deus scilicet æternus est) postea ibidem subjunxi: Id certè non sine magna ratione sic dictum fuisse, tute ipse, credo, ultrò fateberis, ubi & sententiam verborum meorum, & argumenta ejusdem aliquot, ibidem allata, rectè perceperis. Immo verò tu ipse pro eadem sententia non leve nobis argumentum hoc ipso loco suppeditas: cum Deum decreta facere, seu fecisse, (nempe liberè;) & vicissim, decreta à Deo sic fieri, seu facta esse, palàm confiteris. Unde hæc duplex ratio statim emergit.

1. (10) Nihil simpliciter æternum est, præter solum Deum.

At decreta Dei non sunt ipse Deus: quippe facta à Deo.

Non igitur simpliciter æterna sunt.

Major patet: (11) quia secus essent plura entia absolutè æterna, & independentia &c. quod absurdum esse non negabis.

Minor à te ipso posita est.

Firma igitur est Conclusio.

2. (12) Nullum contingens ac voluntarium Dei effectum simpliciter æternum esse potest.

At decreta Dei, sunt talia ipsius effecta.

Non igitur decreta Dei simpliciter æterna esse possunt.

Major inde liquet: quia omne contingens effectum causâ suâ, quoad existentiam, seu durationem, necessariò (13) posterius est. Immo inde, quia solus Deus, te ipso (14) fatente, simpliciter æternus est, (15) hoc est,

omnis

habet initium temporis: sive expers sit causationis & independens, ut Deus: sive causationis particeps & dependens, ut decreta Dei.

omnis omnino causationis, & originis expers: quippe solus *αὐτοῦσι* & prorsus independens.

Minor à te ipso jam confessã est: quæ etiam ex Scripturis, & ipsa decretorum natura (ut quæ libera Dei effecta sint) perspicuè probari potest.

Conclusio igitur iterum firma est.

3. Non possum autem hac occasione non laudare modestiam tuam, quam hoc loco nobis obiter ostendis, in verbis illis tuis, quod sciam, & (16) *tanquam ab æterno &c.* Sic enim aliquatenus hinc dubitare te significas: nec proinde dissentientes facile (17) damnare velle. Utinam verò sic omnes ageremus in rebus arduis, & perplexis! cuiusmodi certè hæc sunt, de quibus nunc agimus: sed in primis illæ, de quibus in seqq. agetur.

Et sanè quædam hinc dubitandi causæ sunt, eæque non leves: quarum aliquas obiter attingam. 1. Nulla hinc contradictio implicatur, neque ex parte Dei, neque ex parte decretorum: si quædam istorum in tempore fieri, aut facta esse, dicantur. Itaque res saltem (18) possibilis habenda est: ne alioqui quidpiam de absoluta Dei omnipotentia detrahere videamur: quippe cuius adæquatam objectum est, quidquid ullo modo (19) possibile est. 2. S. Scriptura nusquam disertè (20) docet, quod quidem sciam, omnia Dei decreta ab æterno facta esse, nulla autem in tempore. Ergo non facile id asserendum est: præsertim cum opinione præcisæ necessitatis: ne scilicet aliquod fidei dogma extra clarum Dei verbum fabricare velle videamur. 3. Eadem Scriptura singulariter ex eo quædam eximia Dei opera nobis (21) commendat, quòd ab æterno decreta, seu præordinata, ab ipso fuerint: V. g. (22) Electionem nostri in Christo &c. Ephes. 1. 2. Timoth. 1. 1. Pet. 1. Itaque tacitè significat, non omnia, quæ in tempore fiunt, similiter ab æterno decreta fuisse: quia scilicet nulla peculiaris illorum commendatio hinc peti posset. Quod enim præstantiam quorundam præ aliis arguit, id sanè omnibus ex æquo commune esse non potest. 4. Occurrunt etiam aliquot S. Scripturæ loca, quæ id saltem innuere videntur, Deum in tempore quædam speciatim ac præcisè decernere, quæ (23) antè non ita præcisè decreverat; immò quorum contraria aliquatenus jam (24) olim decreverat &c. V. g. Jerem. 18. inquit Deus in præsentis: Ego (25) cogito contra vos cogitationem &c. quasi antea hanc non ita præcisè cogitasset, sive non ita definitè decrevisset. Et cap. 31. (26) *Sollicitus ero super eos ad edificandum &c. sicut antè sollicitus fui ad diruendum &c.* Item Deut. 28. (27) *Letabitur Jehovah vos perdendo, sicut letatus fuit vobis benefaciendo &c.* Vide etiam

16) Duplicem hic committis fallaciam: unam amphibolia, alteram homonymia. nam vocem tanquam quam ego junxi cum participio factis, tu jungis cum verbis, ab æterno: & proinde eam accipis pro voce quasi: ita ut sit dubitantis. At vox illa tanquam hic est asseverantis: sicut vocula *ὡς* Marc. 1. v. 22. ubi de Christo dicitur, quòd docuerit *ὡς ἐξουσίαν ἔχων*, tanquam auctoritatè habens.

17) Non continuò damno, saltem ut hæreticum: si què reprehendo ut errantem.

18) At quid attinet, quære an possibile sit ut Deus decreta faciat in tempore: quum Scriptura nos doceat, quòd fecerit illa extra tempus?

19) Nempe extra Deum. nam omnipotentia Dei pro objecto habet tantummodò ea quæ sunt extra Deum. At qui decreta Dei sunt in Deo.

20) Immò disertè istud docet Act. 15. v. 18. ubi Apostolus Jacobus ait, Nota sunt Deo ab ævo omnia opera ipsius. Si nota: ergo etiam decreta. nam præscientia à decretis depēdet.

21. 22) Contrarium ostendi in Refut. Parasceves.

23) At hoc pugnat cum immutabilitate voluntatis Dei.

24. 25. 26. 27. 28. 29) Ista omnia dicuntur per *ἀντιπροποσίθειαν*.

Exod. 32. & Num. 14. ψ . 12. & 16. ψ . 21. de Israëlitis in deserto (28) perdendis, & nova quadam gente ex ipso Mose (29) suscitanda &c. Item I. Sam. 2. ψ . 31. & seqq. & 13. ψ . 14. de familia Elis à sacerdotio, & familia Saulis à regno, deinceps (30) excludendis &c. Quorum (31) omnium tamen contraria partim decreta fuisse videbantur, partim re ipsa aliquatenus evenerunt. (32) Unde saltem id omnino statuendum videtur, (33) contraria de eisdem rebus, aut personis, decreta non posse uno & eodem tempore, & quidem uno & eodem modo, h. e. æquè præcisè, & absolutè, locum in Deo reperire. Sed de his iterum infra.

30) Istius exclusionis denuntiatio eventu comprobata est; unde percipitur, exclusionem illam fuisse à Deo decretam.

31) Immo tãtummodò sententia illius de Israëlitis in deserto perdendis.

32) Ex falsis hypothefibus tuis falsum concludis.

33) At nulla talia Dei decreta sunt.

S E C T I O X L.

De simplicitate Dei: & an ulla compositio in Deum cadat.

P Ag. 209. §. *Non sunt*, dicitur: axioma illud, quo dicitur, in Deum non cadere ullam compositionem, non esse simpliciter & omni modo verum.

N O T A P I S C A T O R I S.

Si ulla 1. 2. in Deum cadit compositio, non erit ipse 3. simplicissimus.

R E S P O N S I O V O R S T I I.

I. Deum in essentia sua simplicissimum esse, nunquam ego, ex meo quidem ipsius sensu, negavi: sed contrà non uno loco palàm asserui. Et si enim in ipso disputationis cursu quædam obiter objecta fuerunt, quæ huc facere posse videantur: V. g. de reali distinctione divinarum personarum, deque discrimine quodam formali, sive (ut alii vocant) virtuali, facultatis agentis, & actionis in Deo &c. semper tamen essentiam Dei, absolutè consideratam, omnino simplicem, puram, & impermixtam esse asserui: nec aliud quidquam objectionibus istis afferendis spectavi, quàm ut attributum simplicitatis divinæ plenius intelligi, cumque reali illa personarum distinctione (itemque formali, seu mavis virtuali, agentis & actionis in Deo differentia &c.) rectius conciliari posset. Quod si tibi visum fuisset, non ita generatim ac nudè simplicitatem Dei asserere; sed & rationem ejus specialem paulò penitiùs investigare, ac veritatem rei totius ex verbo Dei demonstrare: haud dubiè magnà quadam cautione, multiplicique distinctione, hîc opus esse ipse animadvertisses. Sed ut ista sint, fateor ipse, nullam in Deum, propriè dictam, compositionem cadere, respectu quidem *essentia*, seu *natura*, absolutè ac propriè dictæ. Hactenus enim simplicissimus, & prorsus incompositus, sive impermixtus, & uniformis est Deus: prout ipse paulò ante hunc locum, quem citasti,

citasti,

citasti, & præsertim pag. 206. clarè satis affirmo, & aliquot non contemnendis argumentis ostendo.

2. Interea (1) nihil vetat, alio quodam respectu (præsertim respectu liberæ voluntatis, & actionum ejus ad extra) compositionem aliquam, seu mavis unionem, aut coalitionem, congregationemve, rerum verè diversarum, Deo aliquatenus attribui. Nam ut nunc *realem* personarum distinctionem in S. Trinitate omittam, neque *virtualem* ipsorum attributorum differentiam attingam (quum peculiaris utriusque ratio sit) certè magna & verè *essentialis* diversitas actionum Dei liberarū, ad extra tendentium (quâ tum inter sese, tum ab ipso Deo, verè differunt) sine manifesto errore negari non potest. Ubi verò realis distinctio, & præsertim *essentialis* diversitas, inter plura Entia, in eodem subjecto unita, occurrit: ibi profectò *unionem* aliquam plurium entium, inter se diversorum, agnoscere cogimur. Quæ ipsa *unitio*, præsertim si libera, seu voluntaria sit, saltem (2) improprie *compositio*, seu mavis congregatio, aut coalitio quædam, vocari potest. Quod qui pertinaciter ac præcisè negare volet, is eò tandem adiget, ut nullum in Deo liberum arbitrium, saltem nullum hujus exercitium actuale, statuere cogatur. Quod quidem verum Atheismi fundamentum censeretur debet. Saltem bonis rationibus eò ille compelletur, ut ex *duobus* alterum ipsi necessariò fatendum sit: aut nullas in Deo esse voluntarias actiones, sive libera decreta: aut actiones istas (v. g. prædestinationem &c.) esse ipsum Deum, sive ipsam Dei essentiam; eoque revera non esse actiones liberas, sive indifferentes, h. e. non revera id esse, quod sunt, quodq; juxta ipsum Dei verbum ab omnibus esse dicuntur. Quorum utrumque vehementer absurdum est, & Sacris literis, immo toti Religioni, directè contrarium: prout alibi, præsertim in Exegesi mea, cap. 10. copiosius ostendi. Unde plura peti possunt.

3. Hoc igitur illud est, quod loco abs te citato non temerè mihi videor notasse: Cùm axioma illud Scholasticorum, de quo nunc agimus, non *simpliciter*, & *omni modo*, verum esse dicerem: nempe sic apertè innuens, *aliquo modo*, & certo quodam sensu, ac respectu, verum esse; sed non *omni omnino &c.* Saltem enim de liberis Dei decretis eatenus falsum est, quatenus hæc & inter sese, & ab ipso Deo, verè diversa esse constat: quæ tamen in Deo ipso revera existere, & S. literæ non uno loco perspicuè testantur, & saniores omnes Dd. ultrò assentiuntur. Itaque sic fortasse distinctiùs, ac pleniùs, hoc ipsum Scholasticum axioma informari posset, si diceremus: Nullam in Deum cadere compositionem *essentialem*, aut *naturalem &c.* quâ simpliciter Deus est: ut qui per naturã *αὐτοῦσιν*, eoque simplicissimus, ac perfectissimus sit: *accidentalem* verò, ac *procreti-*

NOTÆ PISCATORIS.

1) Immò vetat recta loquendi ratio. Neque enim compositio ulla fieri dicitur ex causa & effectis.

2) At quid opus tibi fuit hic adhibere loquutionem impropriam? Nempe aliter non potuisti ostentare acumen ingenii tui in oppugnando axioma vero & ab orthodoxis doctoribus recepto: quod est, In Deum nulla cadit compositio.

cam quandam cum suis decretis, seu liberis ac voluntariis actionibus, unionem eatenus in ipso locum habere, quatenus ipse actionum quarundam, quæ immanentes dicuntur, libera causa est: sive quatenus per liberam suam voluntatem actiones istas intra seipsum indifferenter exercet: atque ita sese ad ipsas liberè applicat, & vicissim ipsas sibi unit, ac conjungit, tanquam effecta quædam interna suæ causæ efficienti. Consideremus hæc ampliùs, nec temerè quidquam damnemus.

S E C T I O X L I . & X L I I . & X L I I I .

De immensitate, & omnipresencia Dei, præsertim essentiali.

Pag. 233. num. 4. Quod enim 1. Regum 8. v. 27. dicitur, *Cæli calorum non capiunt te &c.* non de Dei substantia, sed de virtute, & exertione providentiæ, videtur accipi debere.

N O T A P I S C A T O R I S .

Immò de *substantia*: 1. ut patet tum ex verbo 2. *habitandi*, tum ex verbo 3. *capiendi*.

Ibidem lin. 7. cis finem. Unde jam patet, ex Scripturis immensitatem, aut ubiuitatem essentiæ divinæ, solidè probari non posse &c.

N O T A P I S C A T O R I S .

Immò solidè probatur 4. immensitas, ex dicto illo Salomonis: *Cæli calorum non capiunt te.* Ubiquitas verò 5. ex dicto illo Domini apud Jeremiam: cap. 23. v. 24. *Cælum & terram ego repleo.*

Pag. 234. lin. penult. Ita nec Deus actu simpliciter 6. infinitus est.

Pag. 235. lin. 1. Sed hoc non vetat, quin simul sit in sese finitus.

Ibid. lin. 4. & 5. negatur, virtutem 7. simpliciter infinitam esse actu in Deo.

Item lin. 4. cis finem dicitur, Deum ratione 8. substantiæ suæ tantùm esse in cælo.

N O T A P I S C A T O R I S .

Ista omnia 9. pugnant cum dictis: *Cæli calorum non capiunt te: Et, Cælum & terram ego repleo.*

R E S P O N S I O V O R S T I I .

1. Aggredimur hîc materiam valde obscuram, item sublimem & arduam: in qua tractanda optarem solis S. Scripturæ phrasibus omnes humiliter acquiescere, nec ullam humanis additionibus, aut glossis nostris, locum relinquere velle. Vide Proverb. 30. v. 6. Sic enim tota hæc lis facilè compo-

componi posset. Nihil enim hac de re usquam in S. literis occurrit, quod non ex animo credam esse verissimum ac certissimum. Video autem, te dupliciter hinc subinde impingere, (quod & aliis quibusdam fratribus antehac accidit) dum nec mentem meam satis plenè assequeris: nec intentum tuum principale satis solidè comprobas. Nam primò quid ego sub aliena inquirentis persona, præsertim opponentis, aut excipientis, more disputatorio hinc adduco, id tu continuò pro mea ipsius opinione, immò constanti assertione, habendum putas. Atque ita (1) alienas objectiones, & exceptiones, in proprias meas solutiones, seu finales decisiones; item problemata, & dubitationes quasdam, in dogmata, & asseverationes &c. imprudenter sanè transformas. Deinde ne alienas quidem objectiones, aut exceptiones illas, (2) satis efficaciter hinc diluis: nec omnes dubitandi occasiones præcidis: Sed vel principium tacitè (3) petis, vel à statu quæstionis primariæ (quæ *hypothesein* potiùs, quàm (4) *thesin*, rei propositæ concernit) aliquatenus aberras &c. sicut ex sequentibus speciatim constabit.

ditur: quum non satis apodicticè *thesis* hæctenus probata sit, pag. 215. Item ex verbis citantur: nempe, Videtur, patet, non vetat. 2) Immò satis, per locum illum 1. Reg. 8. nem attuli duplicem: unam ex verbo habitandi: alteram ex verbo capiendi. 4) Immò *thesin*. nam certè *thesis* continetur his verbis, Scotus fatetur, probationem sibi deesse, essentialiter infinitum, & porrò totâ suâ essentiâ ubique præsentem esse, pag. 212. non aberro.

2. Quod enim ad locum 1. Reg. 8. v. 27. attinet: illum ego quidem, de essentiæ divinæ *immensitate* simpliciter intelligendum esse, unà tecum facilè (5) admiserim: præsertim si ad *hypothesein* scholasticam non descenderis, hoc est, si à speciali hujus attributi modo curiosius definiendo abstinueris: de quo præcipuè illic agitur. Sed acriori tamen adversario etiam pro nuda *thesi* non satisfecerit ea, quam tu affers, tantæ rei probatio. Nam neque *habitandi*, neque *capiendi* verbum, per se quidem nudè consideratum, id quod vis, satis solidè confirmat: quum utrumque istorum non semel alibi de (6) sola operatione, seu virtute & efficacia personæ, aut rei propositæ (nec proinde semper de ipsa immediata substantiæ agentis præsentia) in S. literis usurpetur. V. g. (7) Act. 7. v. 48. (8) & 17. v. 24. apertè negatur, Deum habitare in templis manufactis &c. quum tamen (9) Psal. 68. v. 17. & 78. v. 68. & 132. v. 13. 14 &c. Deus ipse testetur, se perpetuò velle in Sione habitare. Quod etiam 1. Reg. 8. & alibi, de templo Salomonis speciatim (10) asseritur. Ubi certè verbum *habitandi* de substantiali Dei præsentia præcisè accipi non (11) potest. Alioqui non

Judai Act. 7. & Athenienses Act. 17. 9) In istis locis verbum habitandi intelligitur partim de gratiosa operatione. 10) In isto loco nihil tale asseritur. 11) Immò potest, ac debet. Potest; quia gratiosa Dei operatio non excludit Dei substantiã. Debet: quia gratiosa Dei operatio à substantia Dei divelli non potest.

NOTÆ PISCATORIS.

1) At objectiones & exceptiones istas esse tuas proprias, vel certè ex sensu tuo in medium allatas, apertè præ se ferunt verba tua: ut quum in margine adscribis hæc verba, Examen locorum scripturæ quæ pro illo citantur, pag. 212. editionis anni 1610. Item, Examen aliorum argumentorum, pag. 213. Item ex epilogo illius utriusque examinis, ubi dicis: Apparet igitur ex dictis, saltem incertum & dubium esse, quod vulgò de substantiali Dei immensitate tra-

5) Rectè facis. Sed non debuisti contra illam & probationes illius, tot asferre objectiones, illasq; indilutatas relinquere: immò ex illis inferre, *thesin* illam incertam atq; dubiam manere.

6) Peto proferri locum ubi verbum habitandi, quum Deo tribuitur, de sola operatione usurpetur.

7.8) In duobus istis locis verbum habitandi intelligitur de habitatione substantiæ Dei: negatur autem substantiam Dei in templis habitare, scil. ita ut in illis inclusa sit, nec extra illa se extendat: sicut putabant.

partim de substantia Dei, debet. Potest; quia gratiosa Dei operatio non excludit Dei substantiã. Debet: quia gratiosa Dei operatio à substantia Dei divelli non potest.

12) Nulla hic est contradictio, quia utriusque intelligitur diversus habitandi modus, sic: Deus non habitat in templis, scilicet tanquam substantiâ suâ ibi inclusus. & Deus habitat in Sione, hoc est, in templo Hierosolymitano, scilicet & substantiâ suâ præsens, & gratiosè operans, veruntamen templo illi non inclusus.

13) Falsa expositio: ut patet ex dictis.

14) Rectè. Attamen vox solis ibi non exprimitur. Cur igitur alibi carpis, quò dico, Christum secundum scripturam mortuum esse pro solis electis: etsi in istis locis vox illa solis non exprimitur. Si per istas promissiones clarè significatur mortuum esse pro electis, Deum in terra habitare, atque contentum: ut patet habitat in celo, quàm olim habitavit isthic. Alioquin substantialis: quippe quum

18) Concedis igitur, etiam de substantia accipi.

19) At iste modus longè diversus est.

20) At non sequitur, Alibi tandi, significatio- nem, & quidem sapius: igitur etiam hic.

21. 22) At hic dicitur de templo, non de hominibus.

modò (12) contradictio hîc foret apertissima: Sed & contrarium ejus, quod probare intendis, ex prioribus 2. locis colligere liceret: Deum scilicet essentialiter immensum non esse: (13) ut qui secundum substantiam in templis manufactis non habitat &c. Sic etiam Levit. 26. v. 12. & 2. Corinth. 6. v. 16. &c. promittitur (14) solis piis ac fidelibus, Deum inter ipsos habitaturum &c. Atque ita clarè significatur, ipsum Deum non ubique quovis modo habitare. Immò locus ipse à te citatus non obscure negat, Deum in terra (15) verè habitare: sicut vel ex sola illa interrogandi formula patet, quâ Salomon hîc utitur: Num Deus habitaret in terra? q. d. Non verè habitabit in terra: quo quidem modo in (16) cælo illo beatorum habitare solet. Et licet idem istud, quod hîc negatur, deinde aliquatenus asseratur: tamen non (17) alia in terris habitatio Deo tribuitur, quàm quæ gratiosam ipsius inter pios præsentiam, (externis præsertim symbolis testatam) hoc est, singularis virtutis & efficaciam inter ipsos exhibitionem, seu gratiam cujusdam spiritualis assiduam exhibitionem, apertè declarat. Qualis etiam habitatio Dei inter homines in locis à me proximè suprâ citatis, item Johan. 14. Ephes. 3. & Apoc. 21. & alibi passim, Ecclesiæ Dei promittitur: uti vulgò notum est.

Deum inter solos fideles gratiosè habitare: cur non itidem per loca qua dicunt, Christum clarè significari concedis, illum mortuum pro solis electis? 15) Immò locus iste non negat, verè, id est, secundum substantiam: sed tantum negat, ibi habitare tanquam inclusum ex verbis continenter annexis: Cæli cælorum non capiunt te. 16) Deus non alio modo habitavit in templo Hierosolymitano: sed illic habitat majore operatione gratiæ, quàm utrobique habitavit & substantiâ & operatione gratiosa. 17) Immò etiam alia, nempe operatio Dei à substantia ejus divelli non possit.

3. Sic verbum capiendi non de substantia (18) tantum, verum etiam de virtute, majestate, & gloria Dei, commodè satis accipi posse videtur: puta eo ferè (19) modo, quo nos verbum Dei, aut ea quæ spiritus Dei sunt, alibi capere dicimur. Matth. 19. & 1. Corinth. 2. &c. Ut proinde non sit omnino necesse, hujus verbi negationem, in loco à te citato, ad essentialem Dei immensitatem præcisè referre. Sed aliud quiddam in primis hîc notandum puto: verbum scilicet Hebræum *Kalkel*, quo Salomon hîc utitur, non modò capiendi, aut continendi, sed etiam sustinendi, sive sustentandi, significationem in (20) S. literis habere: Et fortasse hanc sæpius, quàm illam. Equidem Malach. 3. v. 2. de (21) iis usurpatur, qui diem adventus Domini sustinere non posse dicuntur. Et 1. Reg. 4. versu 7. ad (22) Sitarchos illos 12. applicatur, qui Regem Salomonem, unâ cum tota ipsius aula, per vices menstruas sustentabant &c. Quo sensu etiam c. 18. v. 13. ejusdem libri, & passim alibi, occurrit. Atque hanc ipsam significationem etiam quidam interpretes Christiani huic nostro loco aptarunt: sicut ex Germanica Lutheri, & vetere Belgica versione patet: quæ utraq;

hîc habet

hic habet verbum, (23) *versorgen* / non autem, *fassen* / aut, *begreifen* / &c. Sensus igitur juxta hos erit: *Cæli cælorum te non sustentant, vel sustinent: quanto minùs hæc domus &c.* q. d. Salomon, tantam esse Dei Majestatem, seu dignitatem, gloriam, & Excellentiam, ut ne cæli quidem illi altissimi satis apti, aut satis digni sint, qui (24) habitaculum ipsi accommodum præbeant, quiq; ista ratione ipsum sustentent: vel, qui propiorem ipsius præsentiam, aut inhabitationem, sustinere possint &c. Ut hinc scilicet concludat, quod præcipuè intendit: nempe, templum illud terrenum, quod Deo tunc consecrabat, hisce rebus longè minùs aptum, aut minùs condignum esse. Certè hic sensus, quem isti interpretes insinuant, & verbis ipsis, & scopo Salomonis, satis aptè convenit: ut proinde citra temeritatem facillè damnari non possit. Quem si admittimus, tum nullam, aut perquam exiguam, probandi vim in verbo *capiendi* hîc esse fatendum est. Ergo aliis saltem firmioribus argumentis tibi opus esse animadvertis, si quid ex isto loco apud acutum & ingeniosum, ac præsertim (25) fervidum, antagonistam efficere velis.

4. An tota *hypothesis* illa Scholasticorum, alibi sæpius à me exposita, (de qua etiam potissimùm illic agere me, suprâ dicebam) ex dicto isto Salomonis solidè probari possit, satis ex dictis apparere credo. Ego quidem in ipsa *thesi* facillè tibi (26) assentior, quæ Deum scilicet essentialiter immensum esse affirmat. Sed præterquam quòd *hypothesis* plura complectitur, quàm *thesis*; etiam non tam mei, quàm aliorum, tibi ratio hîc habenda erat. (27) *Hypothesis* illa est, Deum ita substantialiter esse immensum, ut totâ substantiâ suâ ubique rebus infusus sit: utq; non modò conjunctim in rebus omnibus, præsens sit, sed & seorsim in singulis, etiam minimis & vilissimis &c. Immò totam S. Trinitatem, instar atomi ubiq; rebus omnibus, & singulis, essentialiter immixtam esse &c. Hæc tota hypothesis certè neque in verbis Salomonis expressè habetur: neque sine multis consequentiis, iisque admodum obscuris, & dubiis, inde colligi potest. *Thesis* autem est, ut antè dixi, Deum essentialiter immensum esse &c. Hanc ego, ut sæpe testatus sum, non invitus (28) admitto: nec ineptè eandem per hunc Salomonis locum probari (29) agnosco. Sed non omnes hoc ipsum statim agnoscunt. Itaque probatio aliqua solida, in aliorum gratiam, ex circumstantiis ipsius loci (30) afferenda est: sed quæ nulla in verbis tuis apparet. Adde, quòd acrior adversarius, hunc ipsum locum aliter quoq; impertinentem esse, objicere possit: consequentiam scilicet principalis tui connexi negando. Dicit enim, non continuò sequi, idcirco Deum simpliciter, ratione substantiæ, infinitum esse, quia *cælis cælorum non contineatur &c.* quum fortasse fieri (31) possit, ut Deus

23) *At manifestum est, significationem illam hinc non quadrare.*

24) *Ergo fateris, verbum capiendi hîc tribui habitaculo, id est, loco continentem locatam.*

25) *Adde, contentiosum, & vincendi cupidum. Quis verò tali antagonista satisfaciat? aut quis prudens satisfacere illi conetur?*

26) *Et hoc mihi satis est.*

27) *Istam hypothesisin tanquam curiosam ac temerariam omittendam judico.*

28.29) *Hæc mihi sufficiunt.*

30) *At non afferenda fuit à me in notis meis: quippe cui satis fuit, apud te, tanquam virum doctum, aigittum (quod ajunt) ad fontem intendere.*

31) *At istud fieri non potest: quia Deus hoc modo redigeretur in ordinem ac numerum creaturarum.*

32) Bene dicis, trahet. Nempe in alienum sensum. Dicta enim illa non loquuntur de spatio aliquo extra mundum: sed loquuntur de summo calo. Et quanquam Deo habitationem in illo tribuant: non tamen negant dictum Salomonis, Cali celorum non capiunt te. Cujus rei causam esse oportet, aut quia Deus infinitus est per essentiam: aut quia finitus quidem, sed tamen major quam est calum illud. Non autem statui potest causa hac posterior: quia sic Deus redigeretur eod. genere. Calum autem rem: quia scilicet Deus per

in sua quidem substantia finitus sit; & tamen celos istos, utpote creatos (còque pro voluntate Dei limitatos) divina sua magnitudine plurimum excedat: utpote spatium fortè quoddam occupans nobis inaccessum, & increatum, quod omnia rerum creatarum spacia longè lateque exsuperet &c. Atque huc illa Scripturæ dicta (32) trahet, quæ Deum in Excelsis, inq. luce inaccessa &c. habitare testantur. Esa. 57. & 66. Luc. 2. & 24. 1. Timoth. 6. &c. Itaque nova tibi ratio hinc (33) producenda erit in contrarium: aut saltem ingenuè fatendum, ex isto quidem loco, ita nudè proposito, id quod volebas, nondum solidè probatum esse. Nam si maximè id totum obtineas, quod de verbis habitandi, & capiendi, paulò superius asserebas: nondum tamen ipsam thesin, de absoluta essentiæ divinæ imensitate &c. nedum integram hypothesein, de totali hujus essentiæ in rebus singulis præsentia, & quidem instar atomi &c. ritè probatam esse, tute ipse, credo, facilimè agnosces: ac proinde in hanc rem argumenta firmiora posthac adduces.

in ordinem creaturarum: quum majus & minus, quorum utrumq. finitum est, sint sub illud summum est sub genere creatura. Relinquitur igitur, statuendam esse causam prior: quia scilicet Deus per essentiam infinitus est. 33) Produxi jam.

34) Nihil mihi cum ista hypothese negotii est.

35) Et hoc mihi sufficit.

36) Si agnoscis: cur probabilem illam collectionem meam non communicas? Certè id facere debuisti ex charitate Christiana: præsertim quum profitearis, te amicam mecum instituere collationem.

37) Sic nimirum contra eos disputabo. Qui sit, quòd nullus angelus replet calum & terram? Causa alia afferri non potest, quàm quòd essentia angelorum est finita: unde fit, ut dum angelus est in calo, non sit in terra: & vicissim. Ergo à contrario sensu, sive à pariratione contrariorum, causa cur Deus calum & terram repleat, alia afferri non potest, quàm quòd essentia eius est infinita. Deinde sermonem ibi esse de ubiuitate essentiali sive essentiæ Dei, probabo ex peristasi textus. Nam ibi reprehendit Deus impios Judæos, quòd putabant, se posse delitescere quò minus ipsos Deus posset videre, ac proinde propter peccata punire: quia scil. sit tantum Deus è propinquo, non autem è longinquo, v. 23. Id est, quia essentiâ suâ tantum degat in calo, ac proinde illa tantum videat que in calo sunt, tanquam ipsi propinquas

5. Idem ferè judicium est de aliis ejusdem generis sententiis: ex sacra Scriptura verbotenus quidem petitis; sed ad principale κενόμενον, hoc est, ad (34) hypothesein maximè controversam, vulgò non satis dextrè accommodatis. Non enim de verbis ipsis, sed de genuino verborum sensu, controversia est: idque non tam mei, quàm aliorum quorundam, vel apertè contradicentium, vel saltem dubitantium, respectu: prout non semel antè dixi. Certè non de sola Dei ubiuitate, præsertim essentialiter accepta; sed de modo quoque hujus ubiuitatis, qualem Dd. scholastici nobis definiant, inter doctos jam olim non una gravis quæstio agitur. Et qui receptæ sententiæ vel hinc, vel illic contradicunt, aut de ea dubitant, ii sanè nudâ dicti alicujus, ut videtur, ambigui citatione satis convinci non possunt: V. g. loci illius Jerem. 23. v. 24. Quem ego rursus non illibenter (35) receperim, tanquam eum, quo ubiuitas ipsius Dei, sive essentiæ divinæ, clarè satis asseratur: quia ex circumstantiis quibusdam ipsius contextus probabiliter id colligi posse (36) agnosco. Sed quid interim (37) facies aliis, hanc probabilitatem nondum videntibus? ac proinde fortè acrius contradicentibus? Num his sola hæc verba, citra probationem sensus controversi, sufficere putabis? At dicent, verbum Im-

plendū

ea autem quæ in terra sunt, non videat, eò quòd ibi essentiã suã non degat. Huic falsa opinioni contradicit Deus his verbis, Annon cælos & terram ego impleo? q. d. Ego essentiã meã tam in terra dego, quàm in celo: ac proinde tam video quæ in terra sunt, quàm quæ in celo.

plendi (38) per se quidem id quod quæritur, efficere non posse: quippe quod alibi non de substantiã, sed de virtutis & efficaciam divinã, impletione usurpetur. Vide Psal. 81. Dilata os tuum, & implebo illud &c. inquit Deus. Si fortè totam phrasin contrã urseris, excipient, hanc eandem, aut similem phrasin, etiam alibi de Deo, deque Christo, disertè usurpari: ubi longè tamen aliud, quàm essentiã divinã ubiuitatem, per se declarat. V. g. Ephes. 1. v. 23. & 4. v. 10. dicitur, Christum (39) omnia implere, immò (40) omnia in omnibus implere &c. Nec tu ipse tamen concedes, hinc rectè substantialem Christi ubiuitatem concludi. Addent etiam, impletionem illam celi & terræ, de qua Deus illic agit, de virtutis & efficaciam, item maiestatis, & gloriæ, seu totius providentiæ divinæ exertione, quæ ubique in cælo & terra palàm fiat, non ineptè intelligi (41) posse: prout vel ex eo constare possit, quòd hinc de eiusmodi viva & actuosa præsentia Dei agatur, per quam ipse omnia in cælo & terra videat, & observet: cuiusq; respectu nemo coram ipso latere queat &c. Sic sanè Calvinus, & alii quidam nostri Doctores, locum hunc de providentiã Dei explicant. Et hic quidem sensus aliis etiam Scripturæ locis probari posse videtur. Huc enim aliquatenus spectat, quod Esa. 6. v. 3. dicitur, totam terram esse plenam (42) gloria Dei. Et quod Psal. 104. v. 24. legitur, omnem terram repletam esse (43) possessionibus Dei &c. deniq; quod passim in psalmis legimus, bonitatem, justitiam, & potentiam Dei &c. in cælo & in terra, inq; omnibus ubiq; locis, conspicuam esse, Psal. 36. & 58. & 145. &c. h. e. in omnibus Dei operibus efficaciter sese (44) exerere, clareq; satis apparere. Requirent igitur acriores illi (45) adversarii abs te (46) rationem certam, ac minimè fallacem, cur locus ex Jeremia citatus de tali aliqua virtutis ac energie, seu providentiæ divinæ, impletione accipi (47) non debeat, saltem cur (48) non possit. Quæ sanè ratio tibi necessariò afferenda erit, si quidem scrupulos omnes, ipsorum animis aliunde injectos, ritè eximere velis: ut quidem ex charitate Christiana, immò ex lege rite disputandi, velle debes.

1. Reg. 8. v. 27. accipi debere de substantia Dei. Item, ubiuitatem essentiã divinã Jerem. 23. v. 24.

6. Atque hæc quidem hinc præcipua sunt, de quibus in posterum diligentius te cogitare velim. Cætera faciliora sunt, & sola declaratione satis sese tueri possunt. Quod enim præterea in objectionibus à me allatis asseritur, Deum non (49) simpliciter infinitum esse; sed simul in sese finitum &c. id tametsi (50) præcipuè sub aliena (51) inquirentis persona dicitur; hæctenus tamen etiam pro meo agnosco, quatenus omnino verum esse

38) Ergo ex modò dictis iudicent efficere illud per aliud, nempe per duas rationes à me allatas.

39. 40) Ibi per vocabulum OMNIA non intelliguntur omnes res creatæ, sive cælum & terra. Ergo duo ista dicta non rectè opponuntur dicto illi apud Jeremiam.

41) Possunt, atq; etiam debent: sed hinc non sequitur, non posse vel non debere intelligi de ipsa quoque Dei substantia. Immo contrarium potius inde sequitur: quippe quum efficacia & maiestatis divinæ exertio à substantia eius non possit separari.

42) At gloria Dei non potest separari ab eius substantia.

43) At in loco Jeremia non est sermo de possessionibus Dei, sed de Deo ipso.

44) At num per absentiam substantia sua?

45) Id est, tu ipse: qui hic causam illorum agis.

46. 47. 48) Quasi verò ratio mihi afferenda sit ejus quod non dixi! Immo hoc tantum dixi, dictum illud solidè probari ex dicto illo

49) Hic silentio præteris vocem ACTU.

50) Ergo fateris, te istud sub tua quoq; persona dicere.

51) At ex verbis tuis plannum est, te istud sub tua unius persona dicere. Sic. n. locum illum concludis, pag. 215. Apparet igitur ex di-

Etis, saltem incertum & dubium esse quod vulgò de substantiali Dei immensitate traditur.

52) At, cur hic omittis illum modum, quem præter istos tres de Deo negasti in tractatu tuo de Deo, p. 214. his verbis, Ita nec Deus ACTU simpliciter infinitus est, neq; ESSENDO &c.

statuo, Deum non quolibet modo, seu non quovis sensu, sed cum aliquo certo respectu, infinitum esse. Non enim (52) 1. numero infinitus est: 2. neque mole aliqua corporea, seu dimensione propriè dicta: 3. immò nec ἀόριστος, sive indefinitione essentiæ &c. quum quidem 1. respectu essentiæ suæ prorsus individuus, sive numero unus sit: quumque 2. spiritus invisibilis, & planè simplex, sive incorporeus sit: quum denique 3. Ens certum & definitum sit, habens scil. essentiæ certam, peculiarem, ab aliis essentiis secretam, sibi que propriam, hoc est, suæ naturæ proprietatibus descriptam &c. Itaque aliquo saltem modo in sese finitus, seu definitus, jure dici potest: licet idem alio respectu, & quidem triplici, verè infinitus sit, sive immensus: puta 1. duratione, quia æternus est: 2. virtute, quia omnipotens est: 3. Essentiâ ipsâ, quia & αὐτοῦσι & est, & magnitudinis planè incomprehensibilis &c. prout alibi plenius ista exposui.

7. Idem porrò de alia objectione, contra infinitatem virtutis & potentiae Dei &c. judicandum est: quæ catenus tantum simpliciter actu infinita esse ibidem negatur, quatenus ad extra sese prorsus infinitè exserere, sive actus suos externos in infinitum promovere, non potest: quippe cujus objectum adæquatum sit solum τὸ δυνάτιν; quod certè infinitum esse nequit, extra unum Deum. Sensus igitur est, illam actu non simpliciter, seu non quovis modo, infinitam esse: ut quæ infinitè sese foris actu exserere non possit: sive quæ Ens aliquod verè infinitum extra Deum producere non possit. Nam infinitum aliquid creari posse, contradictio est: quæ quidem minimè hîc concedenda est. Thesis igitur, ita declaratam, arctè tenendam esse, facilè fatebitur, quisquis nullum Ens, præter Deum, actu infinitum, aut simpliciter immensum, esse posse intelliget. Vide Scaligerum de subtilit. Exercit. 249. sub finem: ubi potentiam Dei, foris operantem, necessariò in rebus finitis sistendam esse, nec infinitum facere posse, satis perspicuè docet.

8. Denique quod ibidem dicitur, Deum ratione substantiæ tantum in calo esse &c. id quoque in persona objicientis affertur: sicut ex ipsa verborum meorum formula clarè patet. Dico enim, rationes, seu potius conjecturas, hîc quasdam afferri, pro thesi contraria: & harum primam iis Scripturæ locis inniti, quibus affirmari omnino videatur, Deum ratione substantiæ tantum in calo esse &c. Ecce, non dico, sententiam hanc in S. Scripturis apertè affirmari; sed videri tantum affirmari &c. Quæ quidem formula inquirentis, ac dubitantis est: non definiientis, aut asseverantis. Et certè Deum illic verè secundum substantiam esse, & quidem (53) singulariter illic esse, tanquam in domo, seu regio throno, & palatio suo &c. tu quoque, ni fallor, unà mecum extra controversiam pones: quum Scriptura ipsa, Deum

53) Nempe singulari modo, eòq; excellentiore quàm quo dicitur esse in terra. Sed non tantum in calo esse dicendum est.

Deum in caelo illo beatorum sedere, seu habitare; & vicissim caelum illud Dei domum, item civitatem, locum, ac habitaculum esse, tam saepe, tamque disertè affirmet, ut negari nullà ratione possit. Psal. 2. & 11. & 14. & 33. & 102. & 113. & 115. & 138. &c. Unde etiam solennes illae precandi formulae olim receptae fuerunt: *Respice de caelo, de loco sessionis, sive habitationis tuae*: Item, *Serva de habitaculo sanctitatis tuae &c.* Deut. 26. v. 15. & 1. Reg. 8. v. 30. 39. 43. 49. Esa. 63. v. 15. Psal. 80. v. 14. &c. At Deum in terra (54) sic habitare, nusquam in Scriptura dicitur: nisi fortè figuratè, respectu gratiosae alicujus & energeticae praesentiae, de qua paulò antè diximus: nempe quae spiritualem Dei gratiam & operationem designat, quae electis ille suis peculiariter hinc adesse, sive efficaciter inter ipsos habitare, perque verbum & Spiritum suum in ipsis regnare solet. Ergo negari hoc saltem non potest, Deum (55) singulari quadam ratione non in terra, sed tantum in caelo esse: eoque porro fatendum est, ex S. Scriptura satis probabiliter concludi posse, ipsum etiam ratione substantiae suae, sed (56) cum certo respectu consideratae, tantum in caelo esse: si nimirum istud in caelo esse, pro singulariter illic praesentem esse, sive pro gloriosè illic residere, & velut in propria domo, inque luce inaccessa, habitare &c. dextrè accipias. Neque tamen hinc sequetur, Deum quoad essentiam, ex meo prope quidem sensu, (57) nullatenus in terra esse: quum hinc aut principium aliquo modo peti, aut fallaciam secundum quid admitti, aut alienam denique opponentis sententiam mihi affingi omnino necesse sit: prout ex antedictis sincerè judicanti perspicuum esse credo.

9. Concludo igitur tandem, nihil eorum, quae supra dixi, nedum omnia, seorsim accepta, cum duobus illis Scripturae locis, quos bis terve hinc citasti, revera (58) pugnare: si modò verborum meorum (quod æquissimum est) declaratio justa mihi ipsi permittatur; nec quidquam peregrinum pro meo temerè venditetur; nec quaestio denique ipsa pro argumento tacitè afferatur &c. His enim conditionibus salvis, non magis haec duo dicta cum sententiis meis, sed verè meis, pugnare affirmo, quàm dicta illa Christi, *Hoc est corpus meum &c.* Item, *Ego semper vobiscum sum &c.* Matth. 26. & 28. cum orthodoxa sententia, de vera & locali ejusdem Christi, quae homo est, in caelo supremo commoratione &c. pugnare solent. Et sanè sicut hinc multi, alioqui satis & docti, & pii viri, manifestam esse pugnam arbitrantur, (quum revera interim nulla sit) quia rem totam nondum plenè intelligunt, quippe quam nondum satis examinarunt: ita tibi, eximio alioqui viro, ob eandem causam similis illic pugna esse haecenus videtur, ubi revera nullam esse abundè superius ostendi. Atque hoc ipsum te quoque deinceps visurum esse, in Domino con-

54) *Deflectis à questione, qua est, an Deus ratione substantia tantum in caelo sit.*

55. 56) *Hac sunt mera effugia: aliena à questione proposita, qua est de essentiali seu substantiali Dei ubi-quitate.*

57) *Quin declaras, quatenus sentias, Deum quoad essentiam, in terra esse?*

58) *Sit judicium penes lectorem intelligentem.*

fido: si modò, quod planè spero, rationibus locum dare, inque vero Dei timore veritatem amplius scrutari velis. Interim ad alia pergamus.

SECTIO XLIV.

De beata Dei visione in futuro seculo: sive, an Deum olim nostris oculis visuri simus.

P Ag. 273. docet, nos in altera vita Deum oculis visuros.

NOTA PISCATORIS.

Hoc pugnat cum eo, quòd Deus in Scriptura 1. 2. dicitur ἀόρατος.

RESPONSIO VORSTII.

NOTÆ PISCATORIS.

1) *At unde istud probas? Immò Apostolus hoc epitheton inter essentialia Dei attributa commemorat, 1. Tim. 1 v. 17. ubi ait, Regi autem æterno, incorruptibili, invisibili (ἀόρατος) soli sapienti Deo honor sit &c. Ergo pari ratione, dicendum tibi erit, Deum esse sapientem & incorruptibilem respectu hujus seculi.*

2) *Illa corporum nostrorum spiritualitas non efficiet, ut rem naturâ suâ invisibilem oculis visuri simus.*

3) *Non igitur visione oculari: quum angelis nulli sint oculi.*

4) *At Angeli non vident Deum oculis, quum oculos nullos habeant.*

5) *Non autem oculis, sed mente: sicut in Refutat. Parasc. ad dicta hic allegata ostendi. 6) Id est, imaginem aliquam per quam sese Deus representavit. Vide Refut. Parasc. 7) Attamen rectè & ex mente scriptura intellectum. 8) Esset autem contradictio in utroq; illo dictorũ genere, si intelligerentur utraq; de visione oculari. 9) Talis verò est distinctio quam attuli, inter visionem oculorũ & mentis. 10) At illam distinctionem jam subverti.*

11) *Dico.*

1. Immò revera non pugnat: si modò diversa hujus, & futuræ vitæ tempora, itemque diversæ Deum videndi rationes, pro statu utriusq; seculi, accuratè distinguantur. Quòd enim Deus in Scriptura dicitur ἀόρατος, id (1) respectu hujus seculi, ac visionis in eo usitata, hoc est, corporis hujus animalis, sive oculorum carnalium propriæ, intelligendum est. At in futuro seculo, cùm jam ἰσάγγελοι erimus, Matth. 22. & corporibus (2) spiritualibus præditi, 1. Corinth. 15. non amplius nobis erit Deus ἀόρατος: quia tunc ipsum revera (3) sic videbimus, uti jam angeli in cælo ipsum (4) vident. Certè enim sacra Scriptura utrumq; clarè docet: & Deum mortalibus omnibus invisibilem esse, 1. Tim. 1. & 6. Johan. 1. Coloss. 1. &c. & tamen olim à beatis omnibus in cælo (5) revera visum iri, Matth. 5. & 18. 1. Johan. 3. Heb. 12. Apoc. 22. Cujus etiam rei documenta quædam typica in sanctis nonnullis olim exhibita fuerunt: qui (6) Deum etiam in hoc seculo, per singularem quandam gratiam, aliquatenus oculis suis vidisse dicuntur, Esa. 6. Ezech. 1. & 10. Dan. 7. Apoc. 4. &c. Utrumque igitur (7) simpliciter credendum est: nec contradictio aliqua scrupulosè quærenda, ubi revera (8) nulla est. Nam apparentes in Scriptura contradictiones invenire, difficile non est: sed quæ, perpensis omnibus circumstantiis, (9) commodâ aliqua distinctione facilè tolli possunt: sicut ista tua per (10) allatam à me distinctionem jam satis sublata esse videtur.

2. (11) Dices fortassis, ea Scripturæ loca, quæ Deum, aut Dei faciem, in cælis olim à nobis visum iri affirmant, aliter atque ego putem, accipienda esse:

da esse: puta de *interna* quadam visione, seu mentis contemplatione; non de *externo* oculorū aspectu &c. At hoc ipsum tibi ante omnia (12) solidè probandum erit: ne S. Scripturæ alioqui vim attulisse videaris: ut quæ simpliciter de oculari visione, sive aspectione propriè dictâ, (13) loquatur. De qua etiam nonnulli (14) Dd. orthodoxi eandem intelligere solent. Vide *Epiphani.* hæres. 70. & *Augustin.* Epist. III. ad Fortunat. &c. Item *Calvin.* in Comment. ad Heb. 12. v. 10. & 1. Johan. 3. v. 2. & 1. Timoth. 6. v. 16. &c. Et licet iste nimiam curiositatem hîc meritò damnet: verè tamen ipsum Deum oculis nostris olim nos visuros esse (15) confitetur, postquam velum mortalitatis ablatum fuerit &c. Sic inter alios etiam nostros *Zwinglius*, in fine lib. de Vera Religione, apertè ait, *nos ipsum Numen olim in substantia, & specie sua, visuros &c.* Quod ipsum tamen, immediatè quidem, & propriè, non de interna Dei essentia, sed de externa ejusdem specie, seu splendore, gloria, ac majestate divina, juxta morem S. Scripturæ, accipiendum esse videtur. Sed de hoc toto argumento pluribus in Exegesi actum est, cap. 6. ad quam brevitatis studio Lectorem meum remitto.

12) Probari solidè in Refut. Parasc. Ibi videat lector, & judicet.

13) Nego: & contrarium demonstravi.

14) Istud veritati nihil prajudicare debet.

15) Nego: & ad inspectionem verborum Calvinii provoco.

S E C T I O X L V.

Quomodo Deus in Christo esse, aut fuisse, dicatur, de q̄ phrasi quadam huc pertinente.

P Ag. 244. In princip. de Christo loquens, ait: Deum dici jam inde ab initio conceptionis in ipso, & cum ipso fuisse &c. puta ob hypostaticam Dei cum isto homine conjunctionem.

N O T A P I S C A T O R I S.

Hypostatica 1. conjunctio in Christo, non est 2. facta cum homine, sed cum humana natura.

R E S P O N S I O V O R S T I I.

1. Negari saltem non potest, (1) *phrasiologiam* S. Scripturæ fideliter hîc expressam à me fuisse: quæ Deum jam inde ab initio in Christo, & cum Christo fuisse, omniaque per eum fecisse, ac dixisse, disertè asserit. Vide 2. Corinth. 5. v. 19. Actor. 2. v. 22. & 10. v. 38. Johan. 10. v. 38. & 14. v. 11. &c. Haftenus igitur jure culpari hîc nihil potest: sive in assignanda certa & propria harum phrasèon ratione, (quam (2) ad hypostaticam unionem hîc retuli: multos in ea re insignes Ecclesiæ Dd. imitatus) veram Spiritus sancti mentem attigerim, sive non. Sed à qua tamen haud ita longè aberrasse me, jure crediderim.

N O T A E P I S C A T O R I S.

1) Hanc phrasiologiam quæ hîc commemoras, ego non reprehendi: sed istam, qua dicis, Deum cum isto homine hypostaticè conjunctum esse. Ergo hîc defleas à questione.

2) Neq̄ de hoc est questio: sed questio est, quam modò recitavi.

3) *At non est nimia scrupulositas, de tantis mysteriis rectè & scriptura convenienter loqui studere: phrasès autem periculosas studiosè vitare.*

4) *De ea hic non est quaestio, sed de phrasi.*

5) *Sed non rectè. Itaq; non debuisti eos hic imitari.*

6) *At hac ἀνεπίθετα non debet videri nimia, neque cuiquam viro bono esse odiosa: quum pertineat ad conservandam doctrinam Christianam puritatem. Certè Paulus Timotheo precipit, ut teneat exemplar sanorum sermonum quos ab ipso audiverat, 1. Tim. 1. 13.*

7) *At tibi, doctore scholastico, non populariter, sed accuratè, loquendum erat.*

8) *At candida admonitio de rectè loquendo non continudè logomachia est.*

2. Scio quidem, discrimen esse inter nomen *concretum*, & *abstractum*, hoc est, inter hominem, & humanam naturam. Sed nolui hoc loco circa nudam phrasin nimium (3) scrupulosus esse: quum alioqui de (4) mente mea, vel ex ipsa verborum serie, satis constare crederem: quumq; veteres Patres, aliosq; Doctores, etiam ex Reformatis nostris, subinde ita (5) loqui non ignorarem. (6) Nimia certè ἀνεπίθετα, in phrasibus cribrandis, meritò viris bonis odiosa est: ut quæ lites & contentiones inanes quàm facilimè pariat, & libertatem (7) populariter loquendi sæpè sine justa ratione tollat. Agnoscatur tantum vera Christi divinitas, simulque vera humanitas, vera quoque utriusque unitio, simul & distinctio &c. Tum de formulis loquendi inter bonos facilè semper conveniet. Nam (8) logomachia in Ecclesia neque serendæ sunt, neque fovendæ; sed aut planè tollendæ, si fieri potest, aut saltem ut vanæ & inutiles negligendæ.

SECTIO XLVI & XLVII.

Quo sensu Deus dicatur fons vitæ, item Deus spirituum omnium carnis, &c.

P Ag. 157. num. 2. allegatur locus Psal. 36. v. 10. *Apud te est vena vitæ &c.* ad probandum, 1. Deum etiam plantis, & animalibus brutis, indere vitam.

NOTA PISCATORIS.

At in loco illo Psalmi non est sermo 2. de vita vegetativa, vel sensitiva: sed per vitam ibi intelligitur gaudium spirituale, quod Deus effundit in fideles.

Ibidem, ad idem probandum allegatur locus Num. 16. v. 22. ubi *Deus dicitur esse Deus spirituum omnium carnis.*

NOTA PISCATORIS.

At ibi per spiritus 3. intelliguntur animæ humanæ.

Similiter Eccles. 12. v. 7. per *spiritum* anima 4. hominis intelligitur. Quare iste quoq; locus impertinenter huc citatur.

Idem iudico de loco 1. Timoth. 6. ubi ex 5. peristasi percipitur, non esse sermonem de vita vegetativa plantarum, aut sensitiva brutorum animalium; sed de vita fidelium.

RESPONSIO VORSTII.

1. In obscuris, vel dubiis, Scripturæ sententiis (cujusmodi hinc quædam attinguntur) eam explicationem meritò præferre solent homines moderati & cor-

rati & cordati, quæ & (1) simplicior, & (2) generalior est, quæq; alias non facile damnare, vel excludere solet; nec usquam ab analogia fidei discedit &c. Talis autem ea explicatio est, quam ego hîc afferre conatus sum: quippè quæ (3) plus quidem dicit, quàm tua: interim tuam nec damnat, nec simpliciter excludit: saltem nihil usquam dicit, quod per se vel (4) absurdum sit, vel à fidei veritate (5) alienum: sicut attentis ex sequente brevica inductione patebit.

explicationi generali, quæ alienos quoq; sensus admittit. 3) Sed non idèò genuina est. Immo ob hoc ipsam non est genuina simpliciter: quia genuino peregrinum admiscet. 4. 5) De his rebus non est questio.

2. Etenim Psal. 36. v. 10. sententia per se (6) planè generalis est: quæ vitæ fontem seu venam, apud Deum esse affirmat. Hæc autem generalis sententia ad speciem illam, de qua tu loqueris, rectè quidem accommodatur: sed tamen hac lege, ut citra aliarum specierum exclusionem id fiat. Nam exclusio hæc (7) cum præcedentibus illius loci verbis parum aptè conveniret: quum jam antè generalis Dei benignitas erga homines, simul & bestias, ibidem commendata fuerit. Quid igitur (8) vetat, hîc etiam venam omnis vitæ, tam vegetativæ, & sensitivæ, quàm spiritualis, & cælestis, à nobis intelligi? (9) præsertim quum res ipsa per se certissima sit: Deum videlicet omnis omnino vitæ, quæ vel in hominibus, vel in bestiis, vel in plantis, immò etiam in omnibus Angelis est, unicum auctorem esse?

3. Locus etiam Num. 16. v. 22. non minùs per se (10) generalis est, saltem respectu hominum, & bestiarum: quæ duo viventium genera nomine carnis in S. Scriptura (11) sæpissimè denotantur; quibusque spiritus vitæ ibidem perspicuè tribuitur: prout (12) Genes. 1. v. 29. & (13) 7. v. 22. & alibi passim, videre licet. Cur autem hoc loco titulus iste ad animas hominum restringi debeat, neq; ulla ratio à te (14) profertur, neq; è S. contextu facilè proferri poterit. Quin omnes hujus loci circumstantiæ potiùs generaliori sensui (15) favent: quum non de hominibus tantùm, (et si de his principaliter) verumetiam de bestiis, (Israëlitarum quorundam propriis) in hac vita conservandis, ibidem (16) agatur: quandoquidem de his omnibus tum perdendis Deus illic seriò cogitabat. Quæ etiam cogitatio externum eventum secum tractura fuisset, nisi Moses & Aaron hunc intercessione sua tunc avertissent: sicut ex historia manifestum est. *suo nomine spirituum intelliguntur ipsa anima. 14) Protuli eam in Refut. Parasc. &*

15) Nego. Et contrarium ostendi loco modò allegato. 16) At hæc non sunt illius loci circumstantiæ omnes: quippè ostendi alias loco allegato.

4. Locus porrò Eccles. 12. v. 7. *speciatim* quidem agit de animabus humanis: sed non propterea (17) impertinenter à me citatus huc fuit. Non enim specialem hujus loci sensum hîc usquam negavi: tametsi cum

NOTÆ PISCATORIS.

1) At ea demùm est simplex alicujus dicti scriptura explicatio, quæ genuinum illum sensum ex peristasi textus aperit.

2) Immo explicatio specialis, genuinum dicti sensum ostendens, præferenda est. Immo ob hoc ipsam non est

6) Nego. nam esse specialem, ostendi in Refutat. Parasc.

7) Nego. nam nihil hic discrepantia est, ubi narrantur beneficia Dei diversa: quædam communia hominibus (iisq; omnibus) & bestiis: quædam autem propria hominibus piis: quale est illud quod narratur versu 10.

8) Vetat peristasi textus: sicut ostendi in Refut. Par.

9) At hinc non sequitur, hunc esse præsentis loci sensum.

10) Nego. nam in specie sermonem ibi esse de animabus humanis, demonstravi ex peristasi textus in Refut. Parasc.

11) At inde non sequitur, hic quoq; nomine carnis ista denotari.

12) Nihil ibi huc pertinens invenire potui.

13) Ibi vocabulum spiritus notat spirationem seu actum spirandi: at in loco proposito quidem è sacro contextu.

17) Immo prorsus impertinenter: quia allegasti illum locum ad probandum, Deum plantis & animalibus brutis indere vitam:

quum tamen ille locus de istis prorsus nihil agat. Itaq; miror hic tuam impudentiam in neganda re manifesta.

18.19) Immò locus iste Ecclasiast. huc non pertinet, siue separatim, siue junctim cum aliis accipiatur.

20) Falsum hoc est: quia locus ille continet sententiã tantum specialem: sicut demonstravi in Ref. Parasc. 21.22) Sed per Omnia non intelligit res omnes: sed omnes fortes certatores in confessione fidei Christiana: nec verbo vivificandi intelligit infusionem vitæ vegetativæ & sensitivæ: sed communicationem vitæ æternæ.

23) Immò absurdū est, scripturas citare in sensu falso & alieno.

24) Immò alienum: sicut ostendi in Refut. Parasc.

25) Ostendi jam.

26) Ergo muta sententiam.

aliis quibusdam locis, quorum sensus paulò generalior est, eundem conjunxi. De utriusq; enim generis vita, vegetativa simul & sensitiva, quum breviter hic agerem, loca quædam promiscuè (18) huc pertinentia citare volui, quæ saltem simul inter se (19) juncta, utrumque genus includerent.

5. Denique locus 1. Timoth. 6. v. 13. etsi rectè ad fidelium vitam ex singulari ratione applicatur; in se tamen sententiam (20) continet planè generalem: quæ per illam applicationem specialem enervari nec debet, nec potest. Neque huic sensui scopus Apostoli repugnat; sed potius egregiè favet. (21) Omnia enim, inquit Apostolus, (22) vivificat Deus. Hinc rectè infertur: Ergo etiam fideles vivificat, & hos quidem imprimis. Unde porrò consequitur, non incertis divitiis; sed soli Deo viventi, ex animo fidendum esse: ut qui & vitam hanc animale[m] nobis omnibus hic conservet, & alteram illam cælestem nobis credentibus olim daturus sit: si quidem fideles ad finem usque manserimus. Qua quidem de re illic potissimùm agitur. Ita vides, nihil saltem (23) absurdum, aut à peristatibus ipsorum locorum (24) alienum, in citationibus istis à me proferri. Si tamē errorem, hic alicubi fortè latentem, aliàs mihi clariùs (25) ostenderis, sententiam non illibenter (26) mutabo. Nunc enim nihil allatum à te video, quod magnam persuadendi vim habere possit.

SECTIO XLVIII. & XLIX. & L.

De Deitate Christi: deq; formulis quibusdam loquendi de Christo.

P Ag. 158. num. 7. Ubi disserit de summo gradu communicationis naturæ divinæ, sed *impropriè dicta*, (ex pag. 156. §. Ad thesin) h. e. donorum divinorum: ibi ponit illum in concursu donorum divinorum omnium, in summo gradu collatorum Christo homini: & tandem dicit, in principio pag. 159. respectu hujus etiam communicatæ divinitatis, *hominem illum 7. Christum meritò appellari Deum &c.*

NOTA PISCATORIS.

Immò homo ille Jesus Christus 1. appellatur Deus, quia est filius Dei *unigenitus*: ac proinde fuit Deus etiam ante dona illa in ipsum collata. Repudianda insuper est illa phrasis, 2. *Christus homo*: quia innuit, duos esse Christos, quorum alter sit homo, alter non item. Ista phrasis & alibi occurrit, ut pag. 174. lin. *nimirum*. pag. 176. lin. 1. & 2. pag. 203. lin. *re-*
statur.

An totus

An totus Christus olim appariturus rectè dicatur.

Pag. 176. num. 7. de Christo loquens ait: Neque enim ille verè de cœlo beatorum descendere, & in nubibus conspiciendum *se totum* præbere &c. potest.

NOTA PISCATORIS.

Christus *se* in nubibus conspiciendum præbebit 3. secundùm *corpus tantum*: quippe quod solum 4. conspici potest.

Distinctio inter totum Christum, & totum Christi.

Pag. 199. lin. 7. Atque hoc sensu Scholastici dicere solent, *totum* quidem *Christum*, sed non *totum Christi*, esse ubique. Idem recurrit pag. 201. lin. ult. & 202. in princip.

NOTA PISCATORIS.

Mihi distinctio illa 5. inepta videtur: quippe quum utrâque phrasi revera unum & idem significetur. Nam si quæram, Quomodo Christus ubiq; est, totusne, an verò ex parte tantum? omnes Latinæ linguæ periti agnoscent, me rectè loqui. Ad hanc autem quæstionem verè responderi aliter non potest, quàm sic: Christus non est totus ubique, sed ex parte tantum: videlicet ex parte deitatis.

RESPONSIO VORSTII.

I. Agnosco ex animo, Christum idcirco & esse, & in S. literis appellari Deum, (1) quia est filius Dei *unigenitus*: & proinde Deum fuisse etiam ante dona illa in ipsum collata: quippe qui naturâ sit Deus, ante secula ex Deo Patre genitus &c. Sed hæc tamen *naturalis* Christi divinitas (2) non impedit, quò minùs etiam alia quædam *supernaturalis*, sed improprie dicta, eidem aliter considerato verè adscribatur: ut qui etiam alio respectu, (3) quatenus homo est, (singulariter, videlicet, è Spiritu S. conceptus, eodemque copiosissimè unctus, & longissimè supra omnes creaturas exaltatus) titulo Dei meritò insigniri (4) possit: (5) quum titulus iste etiam *Angelis*, Psal. 8. & 97. &c. & *Judicibus* Exod. 22. Psal. 82. Johan. 10. &c. in hoc seculo (quamquam gradu longè inferiore sub Christo constitutis) aliquatenus ob communicationem cujusdam divinitatis, seu divinæ potestatis, attribui soleat. Propositum enim hîc mihi erat, de gradibus *communicate*, & improprie dictæ, divinitatis agere: quorum respectu etiam eximie creaturæ aliquando Deorum appellatione honorantur. Quare quum isti gradus omnes in hoc singulari homine (6) etiam quâ homo est, omnium perfectissimè concurrant: certè *etiam* hujus communicationis intuitu, titulum divinitatis ad ipsum pertinere (7) ne-

NOTÆ PISCATORIS.

1) At non agnoscis, hanc unicam esse istius appellationis causam.

2) Sed nec ponit illam aliam causam, quam tu extra scripturas ponis.

3) Nego, in Scriptura Christum dici Deum, quatenus homo est.

4) Quæstio non est, an possit: sed an fiat.

5) Hac probatio pertinet ad rem que versatur extra quæstionem.

6) Ergone Christo communicata est divinitas improprie dicta, h. e. dona divina, non solum quâ homo, sed ETIAM quâ Deus est? Hoc certè intelligi postulat *vercula ETIAM*.

7) Nego. Nō enim sequitur, esse semideos.

n 2

Isti homini communicata sunt omnia dona divina: igitur iste homo est Deus, quatenus est homo. Nam pari ratione sequeretur, sanctos quibus non omnia, sed aliqua tantum dona divina communicata sunt, esse semideos.

8) Sed ista vocula te involvit magno absurdo: sicut ostendi ad num. 6.

9) Sed prater Scripturam.

10) Immo et si ratio illa que sumitur à communicatis divinis donis, non tollatur

per rationem qua sumitur ab aeterna generatione: tamen tollenda est, propterea quòd non ponitur in scriptura, neque expressè, neque implicite. In doctrina enim Christiana nihil est ponendum sine scriptura, tanquam unicà fidei Christiana regulà.

11. 12) Immo jure de illa phrasi lis movetur atque contenditur: quia innuit sententiam cum fide Christiana pugnantem.

13) Istud nihil prajudicare debet recta loquendi rationi. Quin potius quòd malè receptum est, corrigendum est.

14) At non ab omnibus. Nam quum Ubiquitarii dicunt, Christus homo est ubique: intelligunt, quòd homo, seu quatenus homo, est ubique: sed non quòd homo, verum quòd Deus. 15) Sive per se, sive per accidens: interim phrasis periculosa est. 16) Nego id esse satis. nam oportet etiam rectè loqui. 17) Immo difficiles nos esse oportet in phrasi qua cum periculo erroris conjuncta est.

18) At ut ista voces in dicto illo tuo subintelligentur, impedit vox totum. Dicis enim fore ut Christus se conspicendum prabeat totum. quòd quid aliud est, quàm, secundum utramque naturam: sive tam quòd Deus, quàm quòd homo? Deinde ne hoc quidem verum est, Christum se conspicendum prabiturum totum quòd homo. Neque naturà suà invisibilem.

19) Bella verò argumentatio! Filius hominis videbitur: igitur videbitur secundum utramque partem naturam humanam. Qualis illa Ergo Christus est nobiscum secundum utramque naturam.

cessè est. Itaque vocula (8) etiam, in verbis meis aliquoties expressa, seriò notanda est: quippe quæ duplicem in Christo divinitatis rationem tacite (9) designat: naturalem scilicet, quatenus naturà Deus est: & ex gratia communicatam, quatenus homo est, divinissimis donis exornatus &c. Ita ut harum rationum neutra per alteram (10) tollenda, vel obscuranda sit.

2. De phrasi autem illa, *Christus homo &c.* non puto litem in Ecclesia (11) movendam, aut magnopere cum iis, qui illam usurpant, (12) contendendum esse: ut quæ jam olim ab omnibus penè Patribus, aliisque Christianis Doctoribus, (13) recepta sit: & brevitatis studio sic ab iisdem (14) usurpetur, ut idem valeat, ac si dicas, *Christus quòd homo, seu quatenus est homo &c.* Neque verò ipsa (15) per se innuit, duos esse Christos &c. quæ tua est objectio: tamen si fortè per accidens, ob sinistram aliorum intelligentiam, aut ignorantiam, id innuere aliquando possit. (16) Satis igitur erit, si ipsa recto sensu, nempe limitativo illo, de quo modò dixi, semper usurpetur: & quoties opus erit, copiosius explicetur. Nam certè in phrasibus haud (17) difficiles nos esse oportet, ubi de rebus alioqui bene convenit.

homo, seu quatenus homo. At quum nostri dicunt, Christus homo est ubique: intelligunt, quòd homo, seu quatenus homo, est ubique: sed non quòd homo, verum quòd Deus. 15) Sive per se, sive per accidens: interim phrasis periculosa est. 16) Nego id esse satis. nam oportet etiam rectè loqui. 17) Immo difficiles nos esse oportet in phrasi qua cum periculo erroris conjuncta est.

3. Hoc idem igitur de altera phrasi, & quidem multò magis, judicandum puto: quippe quæ tantum eò pertinet, ut *Christum* (18) quòd homo verus ac visibilis est, totum cum sua integra humanitate, plenaque ejusdem dimensione, (hoc est, non solum ex aliqua vel animæ, vel corporis sui parte) olim in nubibus conspicendum esse intelligamus: ne quis scilicet existimet, aliquam humanæ ipsius naturæ partem alibi tunc, vel in caelo beatorum, vel apud inferos, (verè quidem ac realiter, sed tamen invisibiliter) adhuc extitutam esse: prout illi quidem existimare solent, aut saltem debent, qui essentialem humanæ Christi naturæ ubiuitatem pertinaciùs defendunt: contra quos ibi nominatim dissero.

4. Utrum verò totus homo rectè visibilis appelletur, an secundum corpus tantum; id tibi amplius expendendum relinquo. Certè Spiritus S. (19) filium hominis olim videndum esse, clarè satis asserit, Matth. 24. Actor. 1. *Ego sum vobiscum omnibus diebus &c.* Miror quòd audes tam manifestè absurda palliare.

Ubiuitariorum, Christus dicit Matth. ult. Ego sum vobiscum omnibus diebus &c.

Actor. i. &c. Neque Apostolus noster dubitat, (20) hominem simpliciter inter *visibiles* creaturas referre: prout Coloss. i. v. 16. videre licet. Et saniores philosophi eundem inter substantias (21) corporeas absolutè recensent. Scio quidem, animam hominis per se videri non posse: sed (22) totum tamen hominem, sive ipsum ex utraque parte compositum, rectè visibilem esse dicimus. Alioqui ne corpus quidem, quà corpus, aut substantia est, videri (23) per se potest; sed tantum per colores suos: utpote quæ sint immediata & propria visus objecta: sicut ex Physicis præceptis planum est.

inter substantias partim corporeas, partim incorporeas. 22) *Sophisticaris ex ambiguo, illud, sive ens illud quod ex duabus partibus constat, rectè dicatur visibile: sed, an rectè visibilem totum, id est, secundum utramq; sui partem.* 23) *De hoc non est quaestio. Et hoc litate anima evertit. Nam si corpus tantum per colores suos videri potest: sequitur, quippe cui nulli sunt colores.*

5. Postremò ad distinctionem illam, inter *totum Christum*, & *totum Christi*, quod attinet, nisi jam ubique ferè in scholis (24) recepta esset; & nisi non modò (25) commodè, verumetiam (26) utiliter, hinc explicari posset: facilè tibi assentirer, *ineptam esse*. Sed quia jam diu obtinuit, & rebus abstrusis aliquid saltem lucis afferre posse videtur, non facilè damnandam puto: dum modò rectè semper intelligatur. Solent autem Dd. Scholastici per *totum Christum*, intelligere I. Christum concretè integrum, & ratione suæ personæ indivisum: sive (27) eum, qui Deus simul & homo in una eademq; persona existit. Sed per *totum Christi*, accipiunt ipsas naturas, abstractè ac seorsim in sese consideratas; licet interim in unione personali conjunctas. Itaque per *illam* phrasin indicare (28) cupiunt, Christum *θεῶν ἄνθρωπον*, qui jam integra persona est, vel Christum ut unicum principium agens (sive quod agit) revera omnipræsensem esse &c. contraque sic (30) totum verè passum, & mortuum esse &c. Per *hanc* autem (29) significant, eundem Christum, non secundum id omne quod est, sive non ut principium integrum formale (vel quo agit) ita utrobique sese habere: ut qui deitate tantum omnipræsens sit, & contra carne tantum passus sit &c. Sic ferè illi. Quorum etiam phrasin præcipui quique ex Dd. nostris, & nominatim *Beza, Martyr, Zanchius, &c.* studiosè hinc retinere (31) solent. Sed (32) *ἀνεπίβηται* tamen hanc non nimium tueri velim, etsi tolerari & excusari posse judico. Utinam verò solis S. Scripturæ phrasibus, & hinc, & alibi, planè contenti simus: ubi de rebus præsertim ad salutem necessariis agi credimus! Sed hæc felicitas hæctenus

20) *At nulla ibi fit mentio hominis. Interim libenter concedo, ibi nomine visibilium hominem quoq; comprehendendi. At num hinc efficias, hominem esse visibilem totum, ac proinde etiam secundum animam? Hei ineptias, tua eruditione indignas!*

21) *At rectius recenserent, Quæstio non est, an totum dicatur, hominem esse visibilem, opinionem tuam de visibilitate animam videri non posse,*

24. 25. 26) *Quasi verò aptum sit, quicquid receptum est: aut quicquid commodè & utiliter explicari potest!*

27) *Quasi verò sit aliquis Christus qui non existit Deus simul & homo!*

28. 29) *At non propterea rectè loquuntur.*

30) *Sanè Christus θεῶν ἄνθρωπος passus est: sed non est passus totus: verum in carne tantum, i. Pet. 4. v. 1.*

31) *Istud nihil præjudicare debet rectæ loquendi rationi.*

32) *Immodò in ista distinctione nulla est ἀνεπίβηται, sed inanis phrasium æquipollentium distinctio.*

Ecclesiæ Christi contingere nondum potuit: Impedientibus etiam interdum iis, quos promovere eam quàm maximè decebat.

S E C T I O L I.

An juxta Scripturam rectè dicatur, Patrem in Filio habitare, & contrà.

P Ag. 199. *lin. 1.* Quamquam Pater in Filio, & hic in illo, habitare dicitur.

N O T A P I S C A T O R I S.

Hoc verò nusquam 1. dicitur: sed alter in altero 2. dicitur esse. Johan. 14. v. 10. & 11.

R E S P O N S I O V O R S T I I.

N O T A P I S C A T O R I S.

1) *Agnosco σφάλμα μνημονικόν: sed ego respexi ad verbum ὀικεῖν.*

1. Mirum est, te adeò præcisè ac generaliter (1) negare, sententiam illam uspiam extare: quum etiam non obscurè extet, si rem ipsam spectes, in ipso loco hîc abs te citato. Sic enim Johan. 14. v. 10. disertè loquitur Christus: *Pater in me manens, ipse facit opera &c.* Istud enim *manere* (μένειν) revera idem hîc est, quod habitare: vel te ipso teste, qui in Germanico textu sic vertisti: *der Vater/der in mir wohnt &c.* Saltem in N. T. ipsum verbum μένειν aliquando hoc sensu usurpari, certum est. V. g. Johan. 1. v. 39. πῶ μένει; hoc est, ubi habitas? Et c. 14. v. 23. μονὴν ποιήσομεν, hoc est, mansionem sive habitationem faciemus. Sic Actor. 28. v. 16. permissum fuit Paulo, μένειν καθ' ἑαυτὸν, hoc est, seorsim habitare. Et v. 30. mansit ibi biennium, hoc est, habitavit. Vide versionem Eras. & Beza. Et hîc sensus etiam in V. T. passim occurrit in verbo *schachan*: quod tam habitare, quàm manere significat. Porrò quia mansio hæc in divinis personis reciproca est, idcirco non modò Patrem in Filio, sed & hunc vicissim in illo manere, sive habitare, planissimè credendum est.

2) *At de re ipsa non est questio, sed tantum de phrasi.*

2. Fingamus autem, Phrasin hanc nuspiam in S. literis extare: non idcirco tamen (2) res ipsa, per phrasin significata, facilè neganda est: quippe quæ ex aliis æquipollentibus phrasibus apertè concludi potest. V. g. ex ea ipsa, quam tute hîc citas, quæque alibi sæpius occurrit: *Patrem in Filio esse, & contrà &c.* Si enim Pater in Filio, & hic vicissim in illo est: & quidem per intimam, nec unquam desituram, utriusque in altero præsentiam: (quam Græci Patres *δεῖχῶρησις*, vel *ἐμπεδῶρησις*, appellant) quis jam non videat, alterum in altero revera manere, sive habitare? Immodò tute ipse (uti mox patebit) locum illum Colof. 2. v. 9. (3) *In ipso habitat omnis plenitudo Deitatis &c.* de essentiali, vel si mavis personali, habitatione Deitatis in Christo accipis: ubi ipsum etiam verbum *κατοικεῖν* expressum est, quod propriè *habitare* significat. Ergo neq; hîc, ubi de personali Patris in Filio, & hujus vicissim in illo existentia, sive immanentia agitur,

3) *Attamen hîc nō dicitur, Patrem habitare in Filio, vel hunc in illo: de qua sola phrasi hîc est questio.*

agitur, verbum hoc (4) damnare ullo jure potes: tum quia Persona, & Essentia, in Deo re ipsa idem sunt: tum quia non minus ista in Christo, qui verus certè Deus est, quàm illa vel in Patre, vel in Filio, habitare dici potest. Nisi fortè manifesta hujus differentiæ ratio dari possit. Quam ego quum ex te audiero, libenter amplius expendam; & ubi veram esse cognovero, cupidè statim amplectar. Interim phrasin ipsam minimè ἀναφορῶν esse vides.

4) Nec verò damnari, aut damno: sed tantum negari, phrasin illam, Pater habitat in Filio, & vicissim, uspiam in scriptura exstare.

SECTIO LII.

An locus Johannis 3.34. de solo Christo agat: & quatenus etiam discipulis Christi aptari possit.

Ibid. §. Sed. Ex eo, quòd nomen Christi Johan. 3. v. 34. non exprimitur, colligit, locum istum non malè ad I. omnes Christianos aptari posse.

NOTA PISCATORIS.

Etsi nomen Christi ibi non exprimitur, tamen de Christo sermonem esse, ex peristasi 2. textus adeò manifestum est, ut negari non possit. Itaque aliena est ista interpretatio.

RESPONSIO VORSTII.

I. (1) Fateor ipse in verbis ibidem præcedentibus, locum hunc de Christo rectè accipi: & quidem, juxta (2) peculiarem quendam sensum, de solo Christo necessariò accipi debere: siquidem effusio, seu donatio, Spiritus S. omnium maxima, & præcipua, hic intelligatur. Sed hoc tamen non (3) impedit, quo minus etiam de veris Christi membris, præsertim primis illis ac præcipuis (puta Apostolis, & similibus fidei nostræ antesignanis) secundùm justam proportionem, intelligi rectè possit. Nam & istis adeò copiosè olim datus fuit Spiritus S. & illis aliquatenus etiam nunc ita liberaliter confertur, ut non malè utrisque (4) citra mensuram dari, aut datus fuisse, dici possit: eo quidem sensu, quem verba mea ibidem exprimunt, quemque tum V. & N. T. antithesis, tum peculiaris Apostolorum conditio, seu vocatio, secum trahere videtur. Nam ut isti officium suum, absq; præclaris & eximiis Spiritus S. charismatis, implere non potuerunt, (unde etiam primitias Spiritus accepisse (5) dicuntur Rom. 8.) sic illi, cum fidelibus V. T. collati, (6) copiosè Spiritu S. perfundi, & baptizari dicuntur. Vide Johan. 1. & 7. Actor. 1. & 2. Tit. 3. & alibi passim in N. T.

NOTÆ PISCATORIS.

1) Si hoc fateris (ut certè negare nō potes): qua fronte igitur verba continenter per aitiologiam annexa à Christo detorques ad omnes Christianos?

2) Quasi verò duplex hic sit verborum sensus! Immo sensus unicus est, quòd Deus Christo soli dona spiritus dederit sine mensura.

3) Immo impediunt ipsa verba textus, Non admittitur Deus spiritum. quæ certè verba non possunt intelligi secundùm justam (ut hic dicis) proportionem.

4) Hic in es cōtradictis Paulo, qui dicit, Deum cuique partitū esse MENSURAM fidei, Rom. 12. v. 3.

5) Locum istum non rectè restringis ad apostolos: quum ibi sermo sit de cunctis fidelibus: ut patet ex verbis continenter annexis. 6) At non propterea citra mensuram.

7) *At sic accipi debere, totus ille contextus evincit: nam & quæ præcedunt & quæ sequuntur, de solo Christo dicuntur: nec vel unico verbo innuitur, de omnib. Christianis ibi sermonem esse.*

8) *At cur nodum in scirpo quaris? Cur probabilia consecraris, ubi apodictica ante oculos & in promptu sunt? Ait Johannes, Is quem misit Deus, verba Dei loquitur. Non enim ex mensura dat Deus spiritum. Quis non videat, posteriori sententiam cum priorē coherere per ætiologiam: quam indicat conjunctio γὰρ, id est, Enim. Necesse est igitur, de eadem persona utrobique, esse sermonem. Quam monstruosa autem esset hæc coherencia. Is quem misit Deus, (nempe Christus) verba Dei loquitur. Non enim ex mensura dat Deus spiritum Christianis omnibus? 9) Excludatur præteritum! 10) Etsi neutrum exprimat, tamen pronomen relativum subintelligere coherencia sententiarum cogit. 11) Vix puto tibi ipsi PLANE credibile videri, quod tam infirmis argumentis nititur. 12) Nego. Et contrarium ostendi ad num. 8. 13) Deflectis à questione. Non est hic questio simpliciter de donorum copia, sed copia immensa: qua Deus dat spiritum non ex mensura. 14. 15) Immo absurda & prorsus aliena: ut ostendi ad num. 8. 16) Nego: & contrarium ostendi. 17) Cogitavi: & cogitationes meas jam exposui.*

2. Ad peristases autem hujus S. textus quod attinet, certè non semel eas diligenter expendi. Sed nullas adhuc invenio, quæ manifestò evincant, hæc verba de veris Christianis, præsertim primis & præcipuis illis, quos dixi, nullo modo intelligi posse; contraq; de solo Christo simpliciter, & sine ulla limitatione, (7) accipi debere. Immo si Baptista hic præcisè solum Christum intellexisset: annon tum plusquam (8) probabile est, ipsum vel nomen Christi, vel saltem pronomen aliquod, relativum ad Christum, expressurum fuisse? immò etiam (9) præterito potius quam præsentis verbo, usurum? puta hoc modo: *Non enim dedit Deus huic (puta Christo) spiritum ad mensuram &c.* Nunc quum neque Christi nomen, neque pronomen aliquod relativum ad Christum, (10) exprimat: & præterea in præsentis dicat, *Deus non dat spiritum &c.* annon (11) planè credibile est, de Christo simul, & omnibus genuinis, præsertim eximiis ac proximis, Christi membris, salvâ semper justâ proportionē, loqui ipsum voluisse? Dico amplius: ætiologiam ipsam, quæ in hisce verbis expressa est, magis huic generali, quam illi speciali, sensui (12) favere. Tantò enim efficacius sanè probatur, *Christum à Deo missum esse, & verba Dei loqui*, (de quo illic nominatim agitur) quantò (13) copiosius cœlestia Spiritus S. dona, non ipsi tantum Christo, sed & germanis Christi discipulis, maxime primariis illis, & quidem per ipsum Christum, à Deo conferuntur. Itaque saltem non (14) absurda, neque prorsus (15) aliena, videri debet hæc interpretatio: quippe quæ pluribus loci circumstantiis satis solidè (16) nitatur. De qua proinde velim te per ocium amplius (17) cogitare.

SECTIO LIII & LIV.

De genuino sensu duorum insignium S. Scripturæ locorum: nempe Coloss. 1. v. 19. & cap. 2. 9.

NOTA PISCATORIS.

Ibidem §. Jam verò: affertur interpretatio 1. commentitia & contorta loci Coloss. 1. v. 19. Quæ facile refellitur 2. ex collatione cum loco Coloss. 2. v. 9.

Pag. 200. §. Deniq; affertur etiam contorta 3. & falsa expositio loci Coloss. 2. versu 9.

RESPON-

RESPONSIO VORSTII.

1. Vide quæso, ut homines pleriq; à natura, aut consuetudine, com- parati sumus, præsertim verò magni Doctores: hoc est, quàm proclives ad ea facile damnandum, quæ nova fortè, aut insolita, nobis videntur. Hanc enim infirmitatem tu nobis insigniter hîc exprimis: dum meam utriusq; illius loci declarationem, tanquam *falsam, contortam, commentitiam*, (1) simpliciter repudias: nec saltem ut (2) possibilem, aut (3) tolerabilem (quod unum mihi ostendere illic propositum fuit) admittendam esse putas. Sed interim nullam iudicii tui rationem (4) adjicis: Im- mò nec contrarias rationes, à me illic allatas, saltem obiter examinare (5) dignaris. Equidem haud (6) credo, te, quâ modestia es, auctori- tatem tuam mihi pro omni ratione opponere voluisse, aut deinceps un- quam oppositurum esse. Discipulos enim Veritatis verâ aliqua ratione moveri oportet, non humanâ auctoritate. Unus sanè hîc noster Magi- ster est J. Christus: cujus solius auctoritas pro ratione nobis esse debet. Sed Dd. nostrorum nemo isto honore afficiendus est: uti nosti. Neque verò, (7) quia nova tibi fortè declaratio hæc mea videtur, idcirco falsa quoque aut commentitia videri debet. Cogita enim, quæso, quàm mul- tas ipse tu in V. & N. T. novas expositiones attuleris: aut saltem à Calvi- no, Beza, aliisve Dd. allatas, hucusq; approbaveris. Nam & ego nihil re- vera hîc novi à me ipso attuli: sed quod ab Erasmo, Castellione, aliisq; pri- dem annotatum fuerat, id Lectoribus considerandum modestè propo- sui: nihil interim adversus receptam expositionem, ibidem à me ipso præmissam, temere decernens: nedum veriori sententiæ quidquam præ- judicans; si forte verior aliqua hîc afferri, & rationibus, in S. textu fun- datis, solidiùs demonstrari posset. Hoc igitur, si placet (placere autem debet) deinceps in censuris tuis agito, ut rationibus eas undiquaque munias: sive aliquid in iis asseras, aut probes; sive neges, aut damnes: idq; ut speciatim jam nunc in duobus hisce locis (8) facias, amanter te rogo.

2. De loco igitur Coloss. 1. v. 19. velim hæc sequentia paulò diligen- tiùs consideres. Primò: cur (9) tandem putes, græca verba non ita verti debere, aut saltem posse, uti Castellio jam pridem ea convertit: sic nempe, quoniam placuit (Deo Patri) per Christum inhabitare totam plenitudinem, si- ve universitatem, hoc est, universam Ecclesiam. Nihil enim (10) causæ appa- ret, cur saltem non ita verti possint. Nam & verbum $\kappa\alpha\tau\omicron\iota\kappa\eta\sigma\alpha\iota$ non ab-

Patri) per Christum inhabitare (i. e. ut ipse per Christum inhabitet) totam plenitudinem. *men* $\omega\lambda\eta\gamma\omega\mu\alpha$ hic significat plenitudinem deitatis, & per consequens donorum divinarum spiritualium: ut planum e- vadit ex collatione cum verbis Coloss. 2. v. 9. Ergo falsum est, per $\omega\lambda\eta\gamma\omega\mu\alpha$ hic significari Ecclesiam. Tertium probo: Quia præpositio $\epsilon\upsilon$ hic notat subiectum loci: ut patet ex collatione cum verbis Col. 2. v. 9. ubi aliter exponi nequit. Ergo falsum est quòd hic significet Per, ut scilicet, notet causam instrumentalem. 10) At ego jam tres causas indicavi.

NOTÆ PISCATORIS.

1) Immo prioris loci inter- pretationem repudiavi ad- jectâ ratione, videl. colla- tione cum loco Col. 2. v. 9.

2) Sed quid attinet admit- tere aliquid ut possibile, quod iudicas esse falsum?

3) At quomodo admittere quis potest ut tolerabile, quod iudicat esse contortum?

4) Ideò non adjeci, quòd pu- tabam, rem esse planam ex inspectione loci Col. 2. v. 9.

5) Non feci istud ex cõtem- tu: sed quòd propositum mihi tantum erat, brevi- ter notare qua mihi occur- rebant ut erronea.

6) Absit ut hoc credas.

7) Non quia nova: sed quia contorta.

8) Faciam.

9) Propter has 3. causas:

1. quia ista versio verbis a- postoli tribuit falsam syn- taxin. 2. quia tribuit fal- sam significationem nomi- ni $\omega\lambda\eta\gamma\omega\mu\alpha$. 3. quia tri- buit falsam significationem præpositioni $\epsilon\upsilon$. Primum pro- bo: Quia genuina syntaxis est, Placuit (scilicet Deo patri)

omnem plenitudinem ha- bitare (id est, ut tota pleni- tudo habitet) in ipso. Quæ syntaxis cõfirmatur ex col- latione verborum Coloss. 2.

v. 9. ubi eadem sententia iisdem propemodum verbis repetitur. Falsa igitur est syntaxis ista, Placuit (Deo

Secundum probo: Quia no- men $\omega\lambda\eta\gamma\omega\mu\alpha$ hic significat plenitudinem deitatis, & per consequens donorum divinarum spiritualium: ut planum e- vadit ex collatione cum verbis Coloss. 2. v. 9. Ergo falsum est, per $\omega\lambda\eta\gamma\omega\mu\alpha$ hic significari Ecclesiam. Tertium probo: Quia præpositio $\epsilon\upsilon$ hic notat subiectum loci: ut patet ex collatione cum verbis Col. 2. v. 9. ubi aliter exponi nequit. Ergo falsum est quòd hic significet Per, ut scilicet, notet causam instrumentalem. 10) At ego jam tres causas indicavi.

omnem plenitudinem ha- bitare (id est, ut tota pleni- tudo habitet) in ipso. Quæ syntaxis cõfirmatur ex col- latione verborum Coloss. 2.

v. 9. ubi eadem sententia iisdem propemodum verbis repetitur. Falsa igitur est syntaxis ista, Placuit (Deo

Secundum probo: Quia no- men $\omega\lambda\eta\gamma\omega\mu\alpha$ hic significat plenitudinem deitatis, & per consequens donorum divinarum spiritualium: ut planum e- vadit ex collatione cum verbis Coloss. 2. v. 9. Ergo falsum est, per $\omega\lambda\eta\gamma\omega\mu\alpha$ hic significari Ecclesiam. Tertium probo: Quia præpositio $\epsilon\upsilon$ hic notat subiectum loci: ut patet ex collatione cum verbis Col. 2. v. 9. ubi aliter exponi nequit. Ergo falsum est quòd hic significet Per, ut scilicet, notet causam instrumentalem. 10) At ego jam tres causas indicavi.

omnem plenitudinem ha- bitare (id est, ut tota pleni- tudo habitet) in ipso. Quæ syntaxis cõfirmatur ex col- latione verborum Coloss. 2.

v. 9. ubi eadem sententia iisdem propemodum verbis repetitur. Falsa igitur est syntaxis ista, Placuit (Deo

Secundum probo: Quia no- men $\omega\lambda\eta\gamma\omega\mu\alpha$ hic significat plenitudinem deitatis, & per consequens donorum divinarum spiritualium: ut planum e- vadit ex collatione cum verbis Coloss. 2. v. 9. Ergo falsum est, per $\omega\lambda\eta\gamma\omega\mu\alpha$ hic significari Ecclesiam. Tertium probo: Quia præpositio $\epsilon\upsilon$ hic notat subiectum loci: ut patet ex collatione cum verbis Col. 2. v. 9. ubi aliter exponi nequit. Ergo falsum est quòd hic significet Per, ut scilicet, notet causam instrumentalem. 10) At ego jam tres causas indicavi.

- 11) *At inde non sequitur, etiam hic ita posse verti: quia obstant causa à me indicata.* solutè tantùm, sed & transitivè accipi (11) solet, etiam in S. literis: sicut Matth. 23. ψ . 21. Actor. 1. ψ . 19. & 2. ψ . 9. & 4. ψ . 16. & alibi videre est. Et per $\tau\omicron$ πλήρωμα, etiam (12) alibi universitas, seu plenitudo Ecclesiæ Christi significatur, præsertim Ephes. 1. ψ . ultimo. Et denique ἐν αὐτῷ, (13) sæpissimè pro $\delta\iota$ αὐτῶ, etiam in hoc ipso capite, præsertim ψ . 14. & 16. positum esse apparet. Verba igitur, (14) in se spectata, versionem hanc non repudiant; sed ultrò potius admittunt. Deniq; si rem subjectam spectes, hoc est, argumentum & scopum Apostoli, & totam sermonis ipsius $\tau\omega\acute{\nu}\epsilon\chi\theta\alpha\nu$: iterum scire velim, quid tandem (15) hîc lateat, quod eandem hanc versionem aut falsam, aut contortam esse, perspicuè convincat. Annon enim scopus Apostoli verus est, extollere spiritualia Dei beneficia, per Christum in nos homines collata? Et hac occasione simul ostendere summam excellentiam, & divinum primatum J. Christi super omnia? Annon autem huic scopo maximè consentaneum est, quòd Deus per Christum dicitur totam Ecclesiam in cælo & terra inhabitare? hoc est, spiritualiter regere ac gubernare, & divinis suis donis implere? Annon etiam verba antecedentia, & consequentia, satis directè huc pertinent? Præcedit enim immediatè, de Christo capite totius Ecclesiæ &c. Et proximè sequitur, de reconciliatione per J. Christum facta, omnium eorum quæ in cælo & in terra sunt &c. Quis igitur non videat, etiam mediam sententiam, quæ verbis illis interjacet, de beneficiis Dei, per eundem Christum in Ecclesiam collatis, (16) agere? Quanquam fateor, per $\pi\acute{\alpha}\nu$ τὸ πλήρωμα totam rerum (17) universitatem aliquatenus hîc intelligi posse. Ut sensus tanto (18) plenior sit, & generale J. Christi imperium simul exprimat, quod habet in omnia. Accedit etiam tandem (19) collatio similis loci, qui extat Ephes. 1. ψ . 22. 23. ubi prorsus eadem materia tractatur: & quidem ita, ut verba, simul & res, eodem planè modo, quo jam dictum est, accipienda esse satis appareat. Vides igitur, hanc versionem non ita præcisè (20) damnandam tibi fuisse; sed ut probabilem saltem, aut non impossibilem, humaniter admittendam.
- 12) *At inde non sequitur, etiam hic posse significari: quia impediunt causa à me indicata.*
- 13) *At inde non sequitur, etiam hic in ista significatione poni posse: quia hoc nõ sinunt causa indicate.*
- 14) *At non debent tantummodò in se spectari: sed debent conferri cum verbis similibus, & eandem sententiam clariùs exprimentibus, nempe cum verbis cap. 2. v. 9.*
- 15) *Et si causa cur versio ista falsa & contorta sit, non lateat hic: non tamen propterea desinit esse falsa & contorta. Ubi autem lateat, imò pateat, istius falsitatis & contortionis causa, ostendi ad num. 9.*
- 16) *Etiam si rejiciatur versio Castellionis, & retineatur versio Beza: nihilominus sententia ista agit de beneficiis illis: quatenus indicat fontem unde fideles illa hauriunt, videl. plenitudinem donorum spiritualium in Christo, ipsorum capite. Confer Joh. 1. v. 16.*
- 17) *At quomodo hoc convenit cum allata à te paulo antè istorum verborum expositione? An igitur dices, Deū per Christum spiritualiter regere totam rerum universitatem? Vide quomodo in scripturis interpretandis fluctuēs.*
- 18) *Hoc nimirum est quod tibi imponit: quòd putas, quòd plenior & generalior sit aliqujus sententia in scriptura expositio, eò esse meliorem. Hoc apparuit suprà scēt. 46.*
- 19) *At cur non potius collationem instituis cum cap. 2. versu 9. hujus ipsius epistolæ: ubi similiter eadem materia, & quidem iisdem penè verbis tractatur? Nempe ut nomen πλήρωμα hîc possis exponere de Ecclesia.*
- 20) *Immo rectè illam damnavi, tanquam falsam & contortam.*

3. De loco Coloss. 2. ψ . 9. perpende, quæsò, similiter aliquantò exactiùs, & verba, & res verbis subjectas, cum circumstantiis omnibus: tumque judicium tuum suprà positum forte non nihil saltem mitigabis. Ad verba enim quod attinet, nihil hîc iterum occurrit, quod sensum

Erasmii

Erasmi, à me fideliter propositum, non ultrò admittat. Nam & tota deitatis plenitudo (perinde ut in loco Ephes. 3. v. 19. tota Dei plenitudo) commodissimè ad plenam totius divinæ voluntatis, ac majestatis, item essentiæ (quatenus ad salutem pertinet) cognitionem referri (21) potest. Et corporalis habitatio, (22) ex collatione v. 17. de solida, constanti, & perfecta (hoc est, minimè mutabili, aut umbratili) illius deitatis in Christo exhibitione, seu patefactione, sine ulla tortura intelligi potest. Et deniq; nomine *Christi* metonymicè ipsum Evangelium, seu doctrinam Christi, rectè accipere possumus: idque ex oppositione doctrinæ Mosaicæ v. 8. Item ex collatione v. 7. & 8. & 10. ubi prorsus eodem modo nomen istud (23) accipitur. Jam si ad materiam subjectam attendas: negare non poteris, hunc sensum cum instituto Apostoli, & peristatibus omnibus hujus loci, si non quàm optimè, saltem haud pessimè convenire. Præcedit enim immediatè sermo ipsius Apostoli hortatio: ut caveamus à seductione per philosophiam &c. juxta hominum traditionem, & non juxta Christum &c. Cujus hortationis ratio mox redditur in his verbis: quoniam in ipso habitat tota plenitudo &c. Sequitur item mox immediatè, nos in Christo completos esse: videlicet illa ipsa deitatis plenitudine, de qua loquitur Apostolus. Unde efficitur, hanc plenitudinem deitatis potissimùm ad nos referri (24) debere, qui videlicet ea ipsa per Christum, ejusque Evangelium, impleri & possumus, & debemus: quique eandem non aliunde, quàm à Christo, si-ve ipsius Evangelio, petendam nobis esse novimus. Accedit denique (25) collatio loci planè consimilis, Ephes. 3. v. 17. & seqq. In quo, quidem & verba, & res verbis subjectæ, verbis simul & rebus hujus loci planè (26) respondent, maximè quæ illic v. 19. leguntur. Adeò ut commentarius hujus loci ex illo altero non immeritò peti posse videatur: quum in utroque & phrasæ, & præcipuè res planè similes, immo prorsus æquipollentes, (27) occurrant: prout tota hæc Epistola ad Coloss. alteri illi ad Ephesios per omnia penè capita, & membra, planissimè respondet. Vides igitur rursus, nihil (28) causæ fuisse, cur interpretatio hæc tibi falsa & contorta videretur. Plura, si voles, apud *Erasmum* invenies. Tuum nunc est, omnia in timore Domini accuratè (29) perpendere, & vel istis acquiescere, vel meliora ex Dei verbo in posterum (30) afferre. Sic enim fieri inter nos decet, idque vera prophetandi ratio planè postulat.

O 2

corporaliter, rectè exponi de cognitione plena totius divinæ voluntatis &c. 25) At potius collatio instituenda hic est cum loco similiore, videl. c. 1. v. 19. hujus epistolæ. 26. 27) Nego. nam hic dicitur, totam plenitudinem deitatis habitare in Christo corporaliter: at, isthic dicitur, apostolum exoptare fidelibus Ephesius, ut impleantur ad omnem usq; plenitudinem Dei. 28) Causas justas mihi fuisse, cur mihi ita videretur: ex modò dictis judicari potest. 29) Perpendi. 30) Attulisse me jam puto judicet lector.

21) At, obstat diversitas sententiarum. nam certè aliud est, totam plenitudinem deitatis habitare in Christo, id quod hic dicitur: aliud verò, fideles impleri plenitudine Dei: id quod dicitur Ephes. 3. v. 19. 22) Hic sophisticaris ex similitudine atq; cognatione istarum vocum, Corporaliter & corpus: quasi propterea una eademque sit utrobique significatio. At sententiæ istud non ferunt, quippe prorsus diversa. nam certè aliud est, totam plenitudinem deitatis in Christo habitare corporaliter: id quod dicitur v. 9: aliud verò, corpus rerum per ritus legales adumbratarum, esse Christi: id quod dicitur v. 17.

23) At v. 7. & 10. nomen istud (nempe Christi) non exstat. Si excipias, exstare ibi pronomen relativum quod ad nomen istud refertur, concedo: at interim nego, v. 10. illo si-ve nomine si-ve pronomine rectè accipi metonymicè ipsum evangelium seu doctrinam Christi: quia tropum istum hic non ferunt verba continenter annexa, qui (scil. Christus) est caput omnis imperii ac potestatis. Id quod de Evangelio dici non potest.

24) At hinc non sequitur, verba illa, In eo inhabitat tota plenitudo deitatis potius collatio instituenda totam plenitudinem deitatis impleantur ad

S E C T I O L V. & L V I. & L V I I I.
& L I X.

*De vocibus & phrasibus quibusdam humanis, aut ambiguis,
maximè circa personam Christi.*

P Ag. 201. lin. 8. cis fin. Porrò de tota persona rectè dicuntur, etiam quæ tantùm per alteram naturam, puta divinam, illi insunt.

N O T A P I S C A T O R I S.

Non rectè hîc additur vocabulum *Tota*: 1. quia parit contradic-tionem.

Pag. 203. citatur locus 2. Theff. 2. adventum Antichristi fore cum *omni potestate &c.*

N O T A P I S C A T O R I S.

Pro *potestate* ponendum est, *potentia*: 2. quia in Græco habetur *δυναμις*.

Pag. 209. lin. 7. cis finem, dicit, *integram* 1. personam Christi esse ubiq;.

N O T A P I S C A T O R I S.

Persona Christi est ubique secundùm divinam naturam tantùm. Er-go non integra, seu tota, h. e. secundùm naturam utramque.

Pag. 201. §. Ad thesin. *Potentia* sæpè pro *potestate* 2. accipitur.

N O T A P I S C A T O R I S.

Hoc velim demonstrari exemplis.

NOTÆ PISCATORIS.

- 1) Sed præter: rectum atque usitatum loquendi morem.
- 2) At multitudo errantiū non parit errori patrocinium. Nec continuò rectum est, quod pleriq; Ecclesia doctores pro recto habent.
- 3) Sanè Christus *θεὸς ὑπὸ πρῶτος* pro nobis passus est: at non totus: quia tantùm in carne, 1. Pet. 4. v. 1.
- 4) Non totus: quia tantùm secundùm naturā divinā.
- 5) Nego. quia totum reipsā nihil aliud est quàm sue partes. Interim illa differunt: sed ratione tantùm.

R E S P O N S I O V O R S T I I.

Hæc omnia conjunctim, & breviter, hîc ideo destringo, quia minutula sunt, de quæ solis vocum quarundam ambiguitatibus agunt. 1. Igitur dico, ad sect. 51. & 54. *integram*, seu mavis *totam*, Christi personam hîc pro non dimidia, seu potiùs inseparata, & indivisa, à me (1) accipi: idque more (2) plerorumque Ecclesiæ Doctorem, quibuscum hîc sanè locutus sum. Hoc autem sensu negari non potest, de *toto Christo* in concreto rectè dici, quidquid ei per alterutram naturam verè competit. Tantum abest, ut aliqua in hoc sensu contradictio reperiri possit. Non enim dimidius, aut divisus Christus, sed (3) totus & integer *θεὸς ὑπὸ πρῶτος*, verè pro nobis passus, & mortuus est: idemque (4) totus verè omnipotens, & omnipræsens est &c. etsi non secundùm utramque naturam. Totum enim (5) realiter differt à partibus, unde ipsum verè componitur. 2. Ad sect. 52. & 55. respondeo, vocabulum *potentia* (*δυναμις*) non semel à

mel à (6) bonis autoribus per vocem potestatis efferrī: idque notius esse credo, quàm ut probatione indigeat. Certè concordantiæ Biblicæ in *Vulgata* versione Latina, item versio N. T. *Erasmiana* &c. exempla non pauca nobis suppeditant. Et quis nescit, Latinos Philosophos sæpè *actum* & *potestatem* inter se opponere, cum ἐπέχειν & δυνάμιν significare volunt? Apud *Pomponatium*, *Scaligerum*, *Ramus*, *Taurellum*, *Zabarellam*, aliosq; passim id invenio. Alioqui non ignoro, si quis accuratè loqui velit, discrimen aliquod inter hæc vocabula esse: quod ipsum etiam, in locis hîc citatis, maximè in postremo, disertè fatis ipse annotavi. Sed hæc verborum minutia (7) valeant: quia de ipsis rebus inter nos fatis convenire credo. Vide obiter *Disput. 4. thes. 3.*

6) *At num à sacris? De his enim hic quaestio est. Ostende igitur, vocabulum δυνάμιν in scriptura uspiam idem valere quod apud Latinos valet vocabulum potestas.*

7) *Valeant sanè. Interim non debes agrè ferre, quòd te de recta loquendi ratione candidè admonui.*

SECTIO LVII.

An sola Christi mors sit meritoria salutis nostræ causa.

P Ag. 206. sub fin. dicitur: integram Christi obedientiam esse meritoriam salutis nostræ causam.

NOTA PISCATORIS.

Hoc è Scriptura 1. probari non potest: quippe quæ meritoriam salutis nostræ causam illi tantum obedientiæ Christi tribuit, quam præstitit speciali mandato Patris, de moriendo pro electis: nusquam 2. autem obedientiæ illi, quâ Christus obedivit legi.

RESPONSIO VORSTII.

1. Non solâ Christi morte, (nisi quatenus *exclusiva* hæc vocula fortè meritis nostris opponitur) sed integrâ ejusdem obedientiâ, salutem & justitiam nobis esse comparatam: (& quidem per modum meriti, seu meritoria impetrationis) cum aliis compluribus S. Scripturæ locis satis apertè probari (1) potest: tum imprimis hisce duobus: Rom. 5. v. 18. 19. Et Philip. 2. v. 5. & seqq. Nam quod *priore* loco de obedientia Christi, per quam illic justificari dicimur, in medium affertur: id de integra, vitæ simul & mortis, obedientia intelligendum esse, non obscurè (2) apparet. Id enim non modò *antithesis*, inter (3) activam inobedientiam Adami, & similem obedientiam Christi; sed etiam (4) *Emphasis* in appellatione δυνάμιν, qua Christi obedientia hîc ornatur; aliæq; peristases, sufficienter evincunt. In *posteriore* autem dicitur, Christum à Deo (5) exal-

NOTÆ PISCATORIS.

1) *Nego.*
2) *Id quoq; nego.*
3) *Fallis, aut saltem falleris, homonymiâ vocabuli activa: quam hic accipis significatione generali, qua omnis tum obedientia tum inobedientia actio quadam esse intelligitur. At in hac controversia obedientia activa dicitur sensu speciali: nempe, obedientia quam Christus præstitit Legi, sanctè secundum illâ vivendo: id est, agendo qua Lex præcipit, & non agendo quam vocat passivam: i. e. ebidentiâ Adami specialis, necesse sit nomen δυνάμιν extendi ad obedientiam quâ Christus præstitit Legi, 5) Sed quid hoc ad quaest. propositâ, quæ est de hominis justificat.*

qua Lex vetat. *Antithesis* verò illa potius arguit, sermonem hic esse de obedientia Christi quam præstitit mandato speciali patris in patiendâ pro electis morte. Huic n. opponitur in erga speciale scil. Dei interdictum: puta de non edendo fructu certa arboris. 4) Quasi verò extendi ad obedientiam quâ Christus præstitit Legi, 5) Sed quid hoc ad quaest. propositâ, quæ est de hominis justificat.

O 3

6) *Ista vocula Usque con-*
nectit homogenea: & indi-
cat passionum Christi sum-
mum gradum: ut patet ex
verbis. Ergo ille locus intel-
ligendus est de obedientia
passiva.

7) *Hoc verò ex particulis*
Usque non potest concludi.

8) *Immò sola passiva: ut*
percipitur ex v. 3. 4. & 8.

9) *Assumo contra te, Atqui*
Christus gloriam & exal-
tationem sibi non peperit
Heb. 12. v. 2. Obedientiã
qui fecerit hæc, vivet per
illum, consedit ad dextram
Dei: & tamen nullã istarum
actionum nobis meritis est
salutem. 11) Verba illa Gal. 4.
versu 4. non loquuntur de

12. 13) *At ista exclusiva in-*
telliguntur ex eo, quòd se-
cus doctrina scripturae de
causa meritoria nostra sa-
lutis esset imperfecta: quip-
pe qua semper tribuitur
obedientiã passiva, nunquã
activa. Provoco ad testi-
monium experientie & in-
spectionis dictorum scriptu-
rae de hac re loquentium.

14) *Immò res ipsa existat in*
omnibus istis locis, ubi scri-
ptura loquens de meritoria
causa justificationis, eam
nulli alii rei tribuit, quã
obedientiã passiva Christi.

15) *Immò semper.*

16) *Vide notam ad n. 12. 13.*

17) *Non est audax: quia*
fundata est in scriptura.

18) *Si tu hoc affirmas: in-*
cumbet tibi probatio: id est,
proferenda erunt loca ubi
id fiat.

19) *Nõ agitur hic de phra-*
si, sed de re ipsa.

20) *At ubi videbo: quum i-*
stud in scriptura nec expres-
sè nec implicite dicatur?

tatum esse, propter obedientiam, & humiliationem illam, quam præstitit (6) usq; ad mortem crucis &c. Ubi planum est, non solam Christi mortem, sed & (7) alteram obedientiam, morti præcedentem, intelligi debere: quippe quum (8) utraque species obedientiæ, sive integra humilitas ipsius, ex utraque parte nobis hinc imitanda proponatur. Porrò per quam obedientiam Christus sibi ipsi gloriam, & exaltationem peperit; per eandem nobis veniam peccatorum, & salutem (9) acquisivit. Ne jam illa Scripturæ loca attingam, ubi Christus (10) propter nos (11) Legi subditus, item pauper factus, aliisque obedientiæ (ut vocant) activæ partibus subiectus fuisse dicitur, Galat. 4. & 2. Cor. 8. Hebr. 2. & 4. &c. Itaque negatio quidem tua simpliciter admitti non potest.

per obedientiam activam, sed tantum per passivam: ut docetur hic v. 8. & Luc. 24. 26. verò activã, id est, quam præstitit Legi, peperit sibi vitam æternam: juxta illud, Homo, illa. 10) Christus etiam propter nos incarnatus est, resurrexit à mortuis, ascendit in caelum, & tamen nullã istarum actionum nobis meritis est salutem. 11) Verba illa Gal. 4. de subiectione sub obedientiam Legis, sed de subiectione sub maledictionem Legis.

2. Contrà verò nusquam in Scriptura (12) disertè legimus, solam Christi mortem esse meritoriam salutis nostræ causam: aut salutem nostram illi (13) tantum obedientiæ tribui debere, quam soli speciali Patris mandato, de morte crucis pro nobis obeunda, Christus olim præstitit. Nam neque phrasis, neque (14) res ipsa, usquam extat. (15) Sæpe quidem morti, aut sanguini Christi, salutis nostræ meritum, sive impetratio meritoria, illuc tribuitur: 1. Pet. 1. & 3. 1. Johan. 1. &c. sed nunquam (16) soli, aut tantum: ita videlicet, ut præcedens vitæ obedientia, simpliciter ab hoc Christi merito, seu meritoria impetratione, ibidem excludatur. Itaque nimis saltem (17) audax hæc tua assertio est. Cujusmodi etiam est illa tua negatio, qua negas, integræ Christi obedientiæ (18) usquam salutis nostræ meritum adscribi. Verum quidem est, (19) phrasin hanc, de merito, aut satisfactione Christi (sive de vita, sive de morte ipsius agatur) disertè nusquam in S. literis extare. At si rem spectes, facile (20) videbis, non soli morti, sed integræ Christi obedientiæ, eam ex mente Spiritus S. tribuendam esse.

SECTIO LX.

An peccata fiant ex absoluto Dei decreto.

P Ag. 230. *lin. aut coactus & seqq. Peccatum non decrevit Deus absolute, & per se, ut à nobis fiat.*

NOTA PISCATORIS.

Certum est, omnia fieri in mundo 1. ex decreto Dei. Ergo etiam peccata. Jam

cata. Jam si Deus non decrevit 2. *absolutè*, ut peccata fiant, decrevit igitur sub conditione. Sed sub qua? Item si non decrevit 3. *per se*, ut peccata fiant: decrevit igitur per accidens. At istud pugnat cum Dei sapientia.

RESPONSIO VORSTII.

I. Certum est, hoc loco decretum Dei *absolutum*, & *efficax*, à me intelligi, (quippe cujus vi peccata fieri nego: quod de (1) *conditionali*, aut *permissivo* decreto, prorsus ineptè diceretur) ac proinde idem illud decretum à te intelligi debere: quia secus hinc nulla vera oppositio inter sententias nostras, seu mavis nulla vera contradictio esset. Cùm igitur dicis, certum esse, *omnia in mundo fieri ex decreto Dei, etiam ipsa peccata*: haud dubiè idem illud vis, quod sæpius alibi satis apertè dicis: videlicet, omnia fieri ex absoluto & (2) *efficaci* Dei decreto, seu vi alicujus divini decreti: ita quidem, ut hujus decreti respectu omnia necessariò fiant, quæcunq; in mundo fiunt, etiam ipsa scelera & peccata. Jam quæro, (3) unde tandem hoc dogma tibi certum sit? Nam neque in S. Scriptura disertè uspiam (4) traditur: neque ulla firmâ ratione inde comprobari potest. Immo verò universa S. Scriptura, omnisque (5) sana ratio, dogma istud & absurdum, & blasphemum, esse palàm clamat: quippe quod Deum re ipsa omnium scelerum auctorem, & quidem primarium, immò unicum auctorem, tandem (6) efficiat: & præterea omnem rerum (7) contingentiam, & arbitrii creati (8) libertatem, per se tollat: contraque absolutam, ac (9) fatalem quandam agendi, & patiendi necessitatem rebus omnibus imponat: atq; ita non modò impios ab omni culpa planè (10) liberet; sed & revera omne religionis & justitiæ studium (11) enervet: prout ista prolixius ab aliis, & partim à me ipso, alibi demonstrata sunt.

jam fiant ex causis secundis necessariis, sive ex contingentibus: dummodo DECRETI, NECESSARIO tandem futura esse statuamus. Nihil enim impedit, quò proxima causa contingens, ratione autem remota causa necessarium appelletur. Hactenus verba tua: quibus planè contraria hic asseris. 4) Immo traditur: sicut modò ostendi. 5) Immo corrupta ut hominem, non considerans summam ejus potestatem. 6) Nego. 7) Nego & hoc. Nam omnia sunt necessariò: tamen respectu natura rerum multa possent aliter contingere. V. g. Crura Christi poterant frangi: erant enim fragilia naturâ: attamen respectu decreti Dei non potuerunt frangi. motum voluntatis non coactum: ne is quidem per necessitatē eventus ex decreto divino nem praditum esse facultate convertendi se ad bonum quodlibet, ac proinde etiam ad hypothesin ponis. 9) Si per fatalem necessitatem intelligatur necessitas pendens à decreto quasi fatuus est: nihil hinc absurdi est. Fatum autem Stoicum non agnosco. 10) Nego. nam scitum ex decreto Dei, ac proinde necessariò, Act. 2. v. 23: tamen culpam gravissimam sanguinem innoxium, Matth. 27. v. 4. 11) Nego: quia Deus nihilominus gubernat

NOTÆ PISCATORIS.

- 1) *Falsa hypothesis.*
- 2) *Sanè efficax: quia omne Dei decretum efficax est: secus Deus frustraretur suo fine. Attamen ex decreto permittendi, non autem efficiendi.*
- 3) *Ex scriptura, qua testatur, omnia fieri ex decreto Dei: ut Matth. 10. v. 29. 30. Prov. 16. v. ult. Et nominatim peccata: ut Gen. 37. v. 28. collatione facta cum Gen. 45. v. 5. 7. & 8. Act. 2. v. 23. & cap. 4. v. 27. 28. Quid quòd tu ipse hoc dogma disertè tradis in tractatu tuo de Deo pag. 262. ubi exstant hæc verba, Ex quibus omnibus efficitur, UNIVERSA futura, qua Deus infallibiliter præscit, ab ipso jam antè, UT FIERENT, decreta fuisse: sive prima causa, h. e. DIVINI minus idem effectum ratione. Hactenus verba tua: quibus ratio: qua Deum æstimat etsi respectu decreti Dei omnia sunt necessariò: tamen respectu natura rerum multa possent aliter contingere. V. g. Crura Christi poterant frangi. 8) Si hoc nomine intelligis tollitur. Si intelligis, hominum bonum spirituale: falsam Dei quod Deus apud sese et si Judas prodidit Christum contraxit: quia prodidit electos spiritu suo, & verbo.*

2. Interea omnino fateor, Deum apud se ipsum etiam de peccatis duplex quoddam decretum fecisse: videlicet, non modò *permissivum*, sed

- 12) Et hoc ipsum rectè potest nominari efficax.
- 13) Ista autem gubernatione continetur etiam peccati initium, id est, voluntatis ad peccandum inclinatio: quatenus illa quidem ratione motus habet, juxta illud, Cor regis in manu Domini est: quocumque vult, inclinatur illud, Prov. 21. v. 1.
- 14) At si non voluisset, non permisisset. neque enim permisit invitus: quum potuerit impedire suam omnipotentiam.
- 15) Nego.
- 16) Quasi verò decreta Dei occupentur circa possibilitatem, ac non potius circa ipsos motus creaturarum! Vide Actor. 17. v. 28.
- 17) Immo aliquo modo: quia decrevit permittere.
- 18) Si Deus decrevit peccatum permittere sub hac conditione: sequitur, voluntatem Dei de peccato permittendo tam diu mansisse in suspensio, donec angeli & homines peccare vellent, ac proinde Deum tam diu ignorasse an futurum esset ut vellent. At utrumque hoc absurdum est. 19) Immo etiam efficax, seu (ut tu antea dixisti) operativum: operando scilicet motum voluntatis, quæ motus erat. 20) Nego consequentiam. 21) Etiam si non causat vitium motus qui permittitur: tamen causat ipsum motum causatione Logica: quatenus permissio & res permissa simul sunt naturæ: quippe relata. Nam relata sunt sibi mutuo cause.
3. Eodem ferè sensu nego; Deum decrevisse per se, ut peccata fiant: quia videlicet peccata per se procurare, aut absolute decernere, is revera non potest, qui peccata per se odit, & ferè averfatur. Ergo, inquis, per accidens hoc decrevit. Omnino: si modò istud per accidens, idem hinc significet, quod respectu accidentis: puta, (22) boni alicujus eventus, qui peccatis aliunde accidit. Nam quatenus hunc bonum eventum per se Deus intendit, qui peccatis planè accidentarius est: eatenus sanè dici potest, ipsum peccata per accidens decrevisse. Qui quidem sensus cum vera Dei sapientia nullo modo pugnat: sed eandem potius apud intelligentes illustrat. Agnosco tamen, hanc posteriorem locutionem satis esse obscuram, & aliquatenus incommodam. Itaque deinceps simpliciter sic loqui malim: Deum absolute decrevisse, non ut peccata fiant; sed tantum, ut fieri (23) possint: (24) hoc est, absolute secum statuisse, non impedire, quo minus peccata fiant: & porro, si quando fiant, ea sic regere ac gubernare, ut limitibus certis coërceantur &c. Vide similem distinctionem apud
- 22) Commoda mihi videtur ista declaratio. Veruntamen puto rectius dici, Deum decrevisse, peccata propter aliud, videlicet propter bonum illum eventum quem Deus per se intendit. Is autem eventus est gloria Dei duplex: nempe, gloria misericordia in electis justificandis & salvandis: & gloria justitia in reprobis damnandis.
- 23) Vide notam ad n. 16.
- 24) Falsa, & tibi adversaria expositio, nam si Deus statuit non impedire, quò minus peccata fiant: igitur statuit permittere ut fiant; non autem tantum ut fieri possint.

apud Nicol. Hemming. De universali grat. fere ab initio, inter decretum Dei definitum, & (25) indefinitum: quorum istud ita explicat, ut sub (26) conditione quadam accidentaria factum esse declaret. Cui hac in parte (27) prorsus assentior.

25. 26) Figmenta ista sunt cerebri humani.

27) Ego verò nequaquam.

SECTIO LXI.

An diversa scientiæ Dei objecta coram Deo æquè clara sint.

P Ag. 257. §. In summa. Quæ mediam quandam inter hæc extrema (nihil, & Ens perfectissimum) naturam obtinent, prout magis, vel minus, ad hoc, vel illud extremum accedunt, ita clariùs, vel obscuriùs, etiam ab ipso Deo cognoscuntur.

NOTA PISCATORIS.

Mihi verò 1. *probabilius* est, Deum æquè clarè omnia cognoscere. Cognoscit enim omnia 2. *perfectissimè*.

RESPONSIO VORSTII.

I. Laudo hinc iterum modestiam tuam, quòd *probabilius* tibi id esse dicis, de quo justam saltem dubitandi causam esse videbas. Sed fortè sententiam mutabis, ubi mentem meam pleniùs perceperis. Agitur hinc de certa quadam divinæ cognitionis specie, non quæ *abstractiva*, & *simplicis intelligentiæ*; sed quæ *visionis* externæ, sive *intuitiva* vulgò vocatur; per quam Deus entia *actu*, & non *potestate* tantum, coram inspicit, ac foris contemplatur. Quod ante omnia hinc feriò notandum est. Jam verò (1) si Deus æquè clarè objecta omnia, extra se posita, actuali hac visione cognosceret: tum vel objecta ipsa hujus cognitionis in sese omnia æquè clara & certa essent: vel cognitio hæc Dei actualis objectis ipsis minimè conformis esset. Quorum istud cum veritate Dei; illud cum tota rerum natura, & universali experientia, satis perspicuè pugnat. Æqualis enim claritas cognitionis, seu visionis, ex æquali veritate, sive majori entitate, objectorum hinc potissimum æstimanda est: quæ proinde in necessariis, ac contingentibus, eadem esse non potest. Ut neque certa & vera cognitio esse potest, quæ objecto cognito, seu potius cognoscibili, difformis & incongrua est: hoc est, quæ objectum suum aliter apprehendit, atque ipsum revera sese habet. Qua de re doctè inter alios disseruit Pet. Pomponatius lib. 3. de fato & Prædestinat. cap. 11. & 12. Ubi sæpius illud inculcat, adæquationem assimilationemque inter cognoscens & cogni-

NOTÆ PISCATORIS.

1) Quæ hic dicis, videntur rectè dici posse de cognitione humana, id est, qua homo aliquid cognoscit: cognitionis autè divinæ, id est, quo Deus res extra se positas cognoscit, vel potius novit & intuetur, videtur alia esse ratio. Quæ de re mentem meam fusius exposui in Refut. Parasc.

tum in omni vera cognitione requiri: quum veritas ipsa in ejusmodi adæquatione consistat &c.

2. Cognoscit quidem Deus omnia *perfectissimè*: sed eatenus tamen, quatenus ipsa in seipsis verè cognoscibilia sunt: & proinde ita cognoscit singula, uti ipsa verè in seipsis comparata sunt. Hoc enim ipsum pertinet ad *perfectiorem* divinæ scientiæ, omnia & singula sic cognoscere, uti ipsa sese habent: puta necessaria, ut necessaria; contingencia, ut contingencia &c. quia secus scientia Dei rebus scibilibus difformis, & per hoc falsa foret; eoque minimè perfecta. Nisi fortè alterum ex duobus hisce absurdis asserendum esse dixeris: aut scientiam Dei esse rerum scitarum, seu potius scibilium, causam per se efficientem: aut saltem omnia scibilia ab uno quodam absoluto & efficaci Dei decreto, tanquam ab inevitabili causa, infallibiliter dependere: cujus scilicet respectu æquè necessaria, & porrò etiam æqualiter certa, & clara, sint omnia, quæcunq; à Deo sciuntur. Quorum *illud* quidem absurdissimum est, & hæctenus ab omnibus penè Doctoribus explosum. *Istud* verò & supra (2) refutatum fuit, & jam statim ampliùs refelletur, Deo favente.

2) *A me autem defensum.*

S E C T I O L X I I.

An decretum Dei efficax, unica sit causa certæ futurorum omnium præscientiæ in Deo.

P Ag. 261. In assignandis causis certæ præscientiæ divinæ futurorum contingentium, *quartam* exponit his verbis: quòd quidam *certitudinis illius* causam asferant esse, ipsam divinæ voluntatis determinationem: in qua, tanquam *prima causa efficiente*, sive *efficaciter decernente*, Deus ipsas res, olim efficiendas, attamen jam certò decretas, intueatur. Tum addit: Atque hæc sententia, ut receptior, ita sanè verior est: Si modò non 1. extendatur ad *omnia omnino futura*, etiam *scelera & peccata &c.* Nam profectò nihil extra se verè futurum novit Deus, saltem infallibiliter, quod non ipse futurum *aliquatenus* decreverit.

N O T A P I S C A T O R I S.

Ex his sequitur, Deum non esse 2. omniscium. Id quod sic ostendo. Quidquid Deus futurum novit, id decrevit. Scelera & peccata non decrevit. Ergo scelera & peccata futura non novit Deus. Et per consequens non est omniscius. Conclusio falsa. Ergo & præmissæ: vel ambæ, vel altera tantum. Non autem major.

Ergo 3. minor.

R E S P O N -

1. Deum certò & infallibiliter omnia præscire, quæcunque ipse futura efficaciter & absolutè decrevit, extra controversiam inter nos esse puto. Omnia dico, sed non sola: ne quis hîc erret. De quo statim amplius. Sed nec tale decretum ad omnia omnino futura, etiam scelera & peccata, extendendum esse; eoque nec tale decretum unicam omnis præscientiæ divinæ causam esse, non minùs ipse cum plerisque Christianis Dd. certum habeo. Nam alioqui Deum peccati auctorem re ipsa (1) effici, planissimè persuasus sum. Et tamen certum aliquod Dei decretum omnibus omnino futuris contingentibus, etiam peccatis ipsis, perpetuò præire agnosco: puta *permissivum*, & suo modo *hypotheticum*, seu (2) *conditionatum*: quod ipsum quoque ad fundandam certam Dei præscientiam hac in parte (3) sufficere puto. Nihil hîc à me positum esse video, quod jure culpari queat: nisi verba mea sinistrè, h. e. illimitatè accipiantur.

2. Conaris tu quidem ex ista limitatione mea concludere, Deum non fore *omniscium*, si non omnia futura efficaciter & absolutè decreverit. Sed (4) erras in utraque syllogismi tui præmissa: idque propterea, quòd ambiguum divini decreti significationem non satis distinctè hîc explicas: an videlicet absolutum, & efficax; an verò permissivum tantùm, & (5) conditionale &c. decretum intelligi velis. Si enim prius illud decretum intelligis, tum Major tua falsa est: quam neque in verbis meis idcirco ut spiam invenies: immò cujus contradictoriam illic invenies. Sin posterius intelligis, jam Minor tua manifestè fallit: cujus etiam contradictoriam ipse hîc palàm inferui, (præsertim pag. ibidem seqq. ubi plenius omnia exposui) quatenus nihil infallibiliter à Deo præsciri, hîc affirmo, quod non ipse futurum aliquatenus decreverit. Aliquatenus, inquam: hoc est, si non absolutè, & effectivè, saltem conditionaliter, & permissivè &c. prout ista plenius in verbis ibidem, & præsertim pag. 262. sequentibus, exposui.

3. Apparet autem, te in utraque tua præmissa decretum Dei prius, h. e. *absolutum*, & *efficax*, tantùm intelligi velle. Quo sensu dum *Minorem* falsam esse affirmas, certè cōtradictoriam ejus veram esse statuis: nempe hanc, *Deus efficaciter & absolutè decrevit, ut scelera & peccata fiant*. Quæ quidem assertio tua, quàm non modò (6) falsa, sed & (7) absurda, & (8) perniciofa sit, jam antè sæpe vidimus, & post suis locis iterum videbimus.

Saltem quidquid pro ea tandem (9) attuleris, nunquam certè veram & salutarem esse docebis. Vide suprà

Seçt. 15. & 16.

P 2

NOTÆ PISCATORIS.

1) Nego, quia Deus non decrevit efficere peccatū: sed decrevit, & quidem efficaciter, (secus sine suo frustraretur) peccatum permittere: permittere scilicet ut illud efficeret quidam angeli, & homines cuncti (excepto Christo) in duobus primis.

2) Hoc genus decreti in Deum non cadit: sicut alibi ostendi.

3) Non sufficit, nam si decretum permittendi peccatum pendet à conditione: non poterit res decreta certò præsciri: quia tum demum sciri poterit, quum conditio fuerit impleta.

4) Immò tu hîc erras: quatenus utramque præmissam mihi attribuis: quum tamè minor sit tua: cujus ego falsitatem hîc ostendo ex falsa conclusione. Major autè (quæ mea est) certa veritatis est.

5) Nullum tale Dei decretum agnosco.

6. 7. 8) Tu hîc confundis diversa, nempe decretum efficaciter & decretum efficiendi.

Omnia Dei decreta sunt, efficaciter: secus Deus nõ obtineret suum propositum: id quod pugnat cū ejus omnipotentia. At non omnia Dei decreta sunt decreta efficiendi. Et hujus demum negationis contraria assertio atque assertio talis est, qualem hîc indicas.

9) At ego pro ea nihil afferre cogito: quum nõ sit mea, in eo quidem sensu, quem tu hîc sequeris.

S E C T I O L X I I I .

An Deus aliquid extra se agat ex absoluta natura sua necessitate: & speciatim, an peccatores ex ista necessitate puniat.

P Ag. 262. lin. 10. Deus nihil extra se agit 1. ex absoluta & naturali necessitate: sed omnia ex arbitrii libertate.

N O T A P I S C A T O R I S .

At Deus ex absoluta & naturali necessitate, videlicet ex justitia sua, odit 2. peccata, & peccatores 3. punit.

R E S P O N S I O V O R S T I I .

N O T A E P I S C A T O R I S .

1) At hic nō concludis questionem, sed ab illa aberras. Questio enim hic non est, de Dei desiderio, vel de perfectione natura ejus: sed de actione ejus externa, id est, qua aliquid agit extra se. Quod si putas, conclusionem questionis ex illa conclusione sequi, erras: quatenus naturalem necessitatē arctius, quā par est, restringis: quasi scilicet ea tantum sit naturalis necessitas qua agens jam antea perfectum, non potest aliter agere quā agit. V. g. Ignis naturali necessitate perfectus est, quatenus habet vim urendi: & perfectus maneret, etiam si nunquam ureret. Attamen quū ei admoveatur materia ustibilis, urit illam necessitate naturali: quia non potest illam non urere. Ita Deus naturali necessitate perfectus & omni modo beatus est, neque quicquam extra se ad beatitudinem suam perficiendam desiderat: veruntamen idē naturali necessitate quadam agit extra se, quia per naturam aliter agere non potest. V. g. quum punit peccatores, & benefacit justis. quia naturalis ejus majestas non fert ut patiatur sui contemptum, ac proinde ut peccatores non puniat. unde in scriptura dicitur ignis consumens, Hebr. 12. versu 29. Item naturalis ejus justitia non fert, ut non benefaciat justis. Quò pertinet illud, An judex totius terræ non exerceret jus? scilicet parcendo innocentibus, Genes. 18 v. 25.

2) Fatearis igitur etiam oportet, Deum ex naturali sua justitia peccata punire. nam certè qui verè odit peccata, is ea etiam, si potest, punit.

3) Attamen foris operatur punitionem, quam necessariò ex sese gignit.

1. Enunciati mei sententia hæc est: Deum extra se nihil unquam agere, seu foris efficere, quod non, absolutè loquendo, aut aliter agere, aut prorsus omittere posset, siquidem ipsi ita placeret. Hujus autem sententiæ veritas vel inde patet, quòd Deus ex seipso, & sua natura perfectus, & omni modo beatus sit, 1. Timoth. 6. v. 15. (1) eoque nihil extra se, ad naturalem beatitudinem suam veluti complendam, desideret; nihilque ad internam sui perfectionem quasi absolvendam aliunde appetat, aut requirat, Actor. 17. v. 25. Si enim aliter sese res haberet, tum necessariò aut ab æterno Deus extra se operatus esset; aut certè non semper perfectus ac beatus fuisset. Quorum utrumque non modò falsum, sed & prorsus absurdum esse constat.

2. Fateor ego quidem, Deum ex naturali Justitia sua necessariò peccata (2) odisse; postquam videlicet peccata re ipsa jam existunt. Sed præterquam quòd odium istud actio quædam purè interna est, quæ (3) per se nihil foris operatur: etiam peccata inter res creatas, de quibus ego propriè loquor, censeri nullo modo (4) debent. Immò verò agnoscendum nobis

4) Quid tum? Interim ego rectè reprehendi illa verba tua, Deus nihil extra se agit ex absoluta & naturali necessitate. Agit enim sic extra se punitionem peccatorum.

4) Quid tum? Interim ego rectè reprehendi illa verba tua, Deus nihil extra se agit ex absoluta & naturali necessitate. Agit enim sic extra se punitionem peccatorum.

nobis necessario est, neque peccatum ullum ab æterno (5) fuisse; neque ullum unquam, nisi Deo liberè permittente, existere (6) potuisse. Quare si Deus impedire peccata voluisset (quod profectò, absolutè loquendo facilè potuisset) tum nullus actuali ipsius odio locus unquam (7) fuisset. Ut quidem ab æterno nullus revera fuit: quum objecto (8) non existente, nullus circa id ipsum actus exerceri revera unquam possit.

3. Idem ferè de *punitioe peccatoris* existimandum est: nisi quòd actio ista merè *externa* est, & revera non nisi (9) ob hypothesein divini decreti planè necessaria. Ipsa enim immediatè à libera Dei voluntate penitus (10) dependet. Extra cujus hypothesein Deus, ex absoluta liberrimaque potestate sua (per quam (11) miseretur cujus vult, & indurat quem vult, Exod. 33. Rom. 9.) pœnam simpliciter omittere, seu peccata gratis condonare (12) posset, siquidem ita ipsi (13) placeret. Itaque punitio peccatoris naturali quidem justitiæ Dei semper consentanea est: non tamen hujus respectu absolutè necessaria (14) est: quia priusquam necessaria fiat, liberum Dei decretum intervenire (15) oportet. Saltem inter odium peccati, & *punitioem* peccatoris, plurimùm in hac ipsa parte (16) interesse, nemo sanus unquam negabit: quum etiam sancti homines, Dei scilicet hac in re imitatores, multa verè odisse soleant, quæ non continuò in ipsis delinquentibus, licet potestati suæ subjectis, pro merito (17) ulciscuntur. *Odiu* quidem peccati, jam perpetrati, idcirco in Deo absolutè simpliciterque necessarium est, quia amor rei contrariæ, hoc est, justitiæ, in eodem planè naturalis est. Psal. 11. v. 7. At *punitio* peccatoris non magis, quàm gratuita ejusdem absolutio, ad (18) naturalem Dei perfectionem pertinet; sed (19) hæc utraque immediatè à libera Dei ordinatione, tanquam à justitia (20) proæretica, dependet. Rom. 9. v. 18. Itaque in isto quidem posteriore exemplo tacitè (21) principium petis: in priore autem non nihil à vero quæstionis statu (22) abscedis: sicut infra, suo loco, clariùs exponetur.

nihil potest Deo placere, quod pugnat cum ipsius natura. 14) Immo est: sicut ostendi. decretum de peccatis puniendis simpliciter. Nec tale decretum in scriptura ostendi decreta de peccatis puniendis diversimodè: nempe reproborum in ipsismet, electorum est quidem inter illa, sed non plurimùm: quia inter se coherent nexu necessario, ut causa illud sanctorum justum est, peccant quum nō ulciscuntur pro merito: ut patet in exemplo illud est injustum, tum dissimilitudo est in exemplo. 18) Ecce sophisticam declinationem quæstio de naturali Dei perfectione: sed de naturali agendi necessitate. Quum igitur tu peccati jam perpetrati, in Deo absolutè simpliciterque necessarium esse: certè negare non am in eo esse punitioem: quum hæc ex illo necessario dependeat, ut effectum à sua causa. punitioem simpliciter consideratam, & consideratam respectu certorum objectorum. quitur de certis ac diversis objectis, videl. electis & reprobis. Electorum peccata Deus, Christo: reproborum peccata punit in ipsismet. 20) At hic est sermo de justitia defectus à quæstione. 21. 22) Judicent lectores intelligentes.

5, 6, 7) Interim tamè quum primùm peccatum existit, Deus illud naturali necessitate odio habuit, & suo tempore punivit ac puniturus est.

8) Et vicissim objecto existente & ad agens necessarium admoto, actus circa ipsum necessario exercetur: ut patet in exemplo ignis urentis admetam materiam ustibilem.

9) Immo ob naturalem Dei majestatem & justitiam.

10) Nego.

11) Istud dictum Pauli nihil facit ad probandū propositum. Næ et si Deus naturali necessitate punit peccata: tamen id non obstat quò minus ex libera sua voluntate illa puniat diversis modis: nempe vel in ipsismet qui ea admisere, vel in illorum sponsore ac mediatore. Et sic quorum ex lib. vol. miseretur, eorum peccata punivit in ipsorum sponsore Christo: quos verò ex lib. vol. indurat, eorum peccata punit in ipsismet.

12) Nego: quia non potest agere contra suam naturam.

13) Falsa hypothesis, quia

15) Non oportet: nempe potest. Sed ibi reperiuntur verò in Christo. 16) Inter & effectum. 17) Si odium

El. 1. Sam. 2. Si verò odium à quæstione. Non est hic disertè affirmes, odium peccatoris, similiter necessariam

19) Hic iterum confundis Etenim locus allegatus lo-punivit in ipsorum sponsore naturali. Ergo rursus de-

S E C T I O L X I V.

*De vero sensu loci 1. Corinth. 15. v. 28. Deus erit
omnia in omnibus.*

P Ag. 274. lin. ipsum. Deus ut primùm res omnes extra se molitus est, ita tandem futurus est *omnia in omnibus*: ut scriptum est 1. Cor. 15.

N O T A P I S C A T O R I S.

Ex peristasi textus percipitur, dictum illud Pauli non loqui de omnibus 1. rebus; sed tantùm de omnibus 2. electis hominibus.

R E S P O N S I O V O R S T I I.

N O T Æ P I S C A T O R I S.

1) Nego. quia intelligendi sunt soli homines electi: sicut demonstravi in Refut. Parasc.

2) At isti sunt soli electi homines. De electis angelis nihil tale (quod sciam) in scriptura dicitur.

3) Imò efficitur: quia locum illum ad hoc ipsum probandum allegasti: ut patet.

4) Fac non esse necesse, sic intelligi. Attamen verba tua hunc intellectum planè pra se ferunt: nec puto, aliquem illa facillè aliter intellecturum.

5) Non sufficit. quia probatio ista duceretur à particulari ad universale, sic: Deus in omnib. electis extremus finis est, igitur in omnibus operibus suis extremus finis est.

1. Agnosco sanè, hoc rectè à te notatum fuisse: si modò pro *omnibus electis hominibus*, simpliciter *omnibus electis*, scripsisses. Nam certè non soli electi homines, sed etiam electi *Angeli*, hìc unà (1) intelligendi sunt: quum Apostolus generatim de (2) iis omnibus loquatur, qui post hujus seculi consummationem æternà cum Christo gloria fruuntur: idque sub beatissima illa & immediata ipsius Dei gubernatione, de qua illic speciatim disferitur.

2. Neque verò ex verbis meis rectè (3) efficitur, me locum illum de *omnibus rebus creatis* intellexisse. Tantùm enim illud obiter ostendo. Deum, ut omnes res in initio extra se molitus est; ita tandem *omnia in omnibus* futurum esse. Ubi (4) non est necesse, in posteriore parte prorsus easdem res omnes intelligi, quæ in priore intelliguntur: quum satis sit ad propositum meum, eas omnes illic intelligi, quæ futuræ illius summæ beatitudinis, & merè divinæ gubernationis, in se capaces sunt, ac participes olim erunt. Id enim (5) sufficit, ad probandum, Deum in omnibus operibus suis, & primum principium, & aliquo modo extremum finem esse. Quæ de re illic speciatim agebatur.

S E C T I O L X V.

An Deus peccata à nobis fieri velit.

P Ag. 281. lin. 9. cis fin. Verum quidem est, non velle Deum, ut peccata simpliciter fiant. Interim fieri posse vult &c.

N O T A P I S C A T O R I S.

Imò Deus non solùm vult, peccata fieri posse: sed etiam *vult*, 1. ut fiant: quia vult creaturis rationalibus 2. patefacere & justitiam suam, in peccatis puniendis, & misericordiam, in peccatis ignoscendis.

R E S P O N -

RESPONSIO VORSTII.

I. (1) Si Deus revera vult, ut peccata fiant, (& quidem voluntate propriè dicta, immò absoluta & efficaci, cui resistere nemo possit: qualem tu haud dubiè hîc intelligis) cur igitur ipse testatur, se peccata non fieri (2) velle; sed ea odisse, & abominari? Psal. 5. v. 5. & 11. v. 5. & 7. &c. Exod. 20. v. 5. & 34. v. 7. & Zach. 8. v. 17. &c. Cur etiam peccata tam seriò prohibet, ac disuadet? quo denique (3) jure peccatores ob peccata tam severè punit? Immò (4) quâ fieri potest, ut peccata à nobis fieri velit Deus, quæ tu ipse Deum paulò superiùs (& rectè quidem) ex naturali necessitate, nempe ex justitia sua merè essentiali, & necessario sanctitatis amore, odisse scripsisti? Num enim Deus aliquid (5) vult, aut velle (6) potest, suæ naturæ omnino contrarium? Aut num circa idem objectum simul (7) contrarias habet affectiones, (8) oppositasq; voluntates? Vide, quàm multa hîc, quàmq; (9) efficacia, mihi argumenta suppetant, ad (10) assertionem hanc tuam, non erroris tantùm, sed & impietatis, & blasphemix (ignosce verum dicenti) clarè convincendum. Sed reprimam me, tibiq; hæc omnia in Dei timore plenius expendenda relinquam.

3) Nempe jure dominii. Dominus enim jus habet puniendi servos sibi subiectos, si isti egerint contra ipsius mandata. 4) Sic nimirum. Vult ea fieri voluntate sua liberrima, quatenus vult eis uti ad illustrandum suam gloriam: & tamen nihilominus odit ea necessitate naturali. Sicut agrotus vult sanitatem voluntate libera, (posset enim eam non velle, sed mortem) & tamen odit amarum remedium necessitate naturali: quod quidè & ipsum vult, propter aliud, nempe ad recuperandum sanitatem. 5. 6) Vult, & velle potest, voluntate scilicet decernente. ut patet in exemplo proditionis Juda qua is prodidit Christum. Illa enim certè cõtraria erat natura Dei justa ac sancta: & tamen Deus eam voluit, quatenus eam decrevit, teste scriptura Act. 2. v. 23. 7. 8) Non contrarias vel oppositas, sed diversas. Vult peccata, propter aliud: nempe propter gloriam suam. Non vult peccata per se, quia non approbat ea, sed odit. Sicut agrotus vult sumere medicamentum amarum, propter aliud, nempe ad recuperandum sanitatem. Non vult sumere per se: quia à tali medicamento abhorret. 9) Judicet lector. 10) At hac assertio tua quoq; est, sicut ostendi ad n. 1. Ergo tisdem criminibus qua hîc in me congeris, te ipsum condemnas.

2. Ratio autem, quam hîc pro te affers, admodum certè debilis & infirma est, immò prorsus inanis: quia & principium aliquo modo petit, & inconsequentiam magnâ laborat. Nam neque universaliter ac simpliciter verum est, Deum velle (puta (11) qualibet voluntate, etiam absolutâ, & primariâ, sive antecedente) creaturis rationalibus & justitiam suam punientem, & misericordiam suam parcentem, patefacere: quippe quum utraque hæc patefactio sit voluntatis (12) secundariæ, seu (13) conditionalis, & (14) consequentis: prout alibi suprâ exposui. Neque porrò sequitur, Deum idcirco velle, ut peccata fiant, quia utramque illam virtutem suam aliis patefacere vult. Quasi verò hunc scopum utriusque patefactionis (15) aliter assequi non possit, quàm absolutè volendo, ut peccata

natura rerum id non ferente. Nam nisi Deus absolutè atque efficaciter voluisset & decrevisset ut peccata fie-

NOTÆ PISCATORIS.

1) Hic rursus te moneo, te quod hic negas, disertè affirmasse in tractatu tuo de Deo, pag. 262. ut patet ex verbis tuis qua recitavi sect. 60. ad §. 1.

2) Committis fallaciã homonymiæ, quatenus confundis voluntatem Dei approbantem vel improbantem cū voluntate Dei decernente. Loca hic allegata loquuntur de voluntate Dei approbante aut improbante. Hic autem questio est de voluntate Dei decernente, qua quidè decrevit etiam peccata: qua nihilominus improbat & odit.

scilicet decernente. ut patet in

Dei justa ac sancta: & ta-

men Deus eam voluit, quatenus eam decrevit, teste scriptura Act. 2. v. 23.

7. 8) Non contrarias vel oppositas, sed

diversas. Vult peccata, propter aliud: nempe propter gloriam suam. Non vult peccata per se, quia non approbat ea, sed odit. Sicut agrotus vult sumere medicamentum amarum, propter aliud, nempe ad recuperandum sanitatem. Non vult sumere per se: quia à tali medicamento abhorret. 9) Judicet lector. 10) At hac assertio tua quoq; est, sicut ostendi ad n. 1. Ergo tisdem criminibus qua hîc in me congeris, te ipsum condemnas.

11) Neq; ego dico, aut intel-

ligo, Deum id velle voluntate qualibet: sed simpliciter dico, Deum id velle. Intel-

ligo autem de voluntate decernente. Hanc autem

sententiam nunc confirmo testimonio apostoli Rom. 9.

v. 21 22 & 23. Inspiciatur

locus.

12. 13. 14) Falsa hypotheses, & commenta cerebri hu-

mani.

15) Imò non potest Deus scopum illum aliter assequi, decrevisset ut peccata fie-

re.

re.

re.

re.

re.

re.

re.

re.

re.

re.

re.

re.

re.

re.

re.

re.

re.

re.

re.

re.

rent, peccata nec facta essent, nec fierent, nec futura essent: quia nihil fit nisi ex decreto Dei. Si verò peccata non essent facta aut fierent aut futura essent. Deus non posset patefacere suam gloriam justitia in peccatis puniendis: nec gloriam misericordia in peccatis ignoscendis.

16) At decretum illud est decretum efficax: cujus vi aliter fieri non potuit quàm ut peccatum permitteret, & per consequens nec aliter fieri potuit quàm ut peccatum fieret. nam quod permittitur fieri, id utiq; fit.

17) Respectu quidem hominis contingenter: quia natura ejus ferebat ut non fieret. At respectu decreti divini necessario. 18) Fundatur quidè patefactio justitia Dei in ipsa quoq; præscientia: sed non solà, nec primò: quia fundatur primò in ipso decreto: secundariò verò in præscientia: quippe qua à decreto dependet. 19. 20) Contrarium jam demonstravi ad n. 15. & 18. 21) Ut tibi quidem videtur.

fiant. Immò quasi prior illa patefactio, seu patefaciendi voluntas, non satis solidè alibi fundari possit: puta tum in (16) decreto peccatum permittendi, tum in ipsa peccati, ut (17) contingenter futuri, (18) præscientia. In summa: neque istà utraque patefactione Deus simpliciter (19) opus habuit, ad gloriam suam creaturis rationalibus sufficienter ostendendam: neque alibi verum ejus fundamentum (20) quærendum est, quàm in voluntate Dei malum permittente, ac gubernante, inque ipsa mali præscientia; eoque in voluntate ejus aut consequente, aut conditionata; non autem in antecedente simul & absoluta. Qui rem istam aliter explicant, innumeris absurditatibus & se ipsos, & alios, necessariò (21) implicant.

SECTIO LXVI.

An sit aliqua in Deo inefficax voluntas, seu velleitas, & simplex complacentia.

P Ag. 287. lin. 23. cis finem. Et sanè idem auctor Fr. Suar. pag. 561. satis eleganter ostendit, in Deo veram esse voluntatem, quæ sæpe tamen externo effectu careat: V. g. affectum quendam salvandi etiam eos, quos tamen alio respectu damnare vult, adeoq; re ipsa tandem damnat.

NOTA PISCATORIS.

Si res ita se habet: sequitur, aut Deum non esse 1. omnipotentem; aut voluntatem ejus esse 2. mutabilem: quod utrumq; absurdum, & ἀθεόλογον est.

RESPONSIO VORSTII.

NOTÆ PISCATORIS.

1) Imò sequitur ex ipsa sententia qua hic recitatur: quacumq; tandè sit auctoris, unde recitatur, sententia.

2) Falsa hypothesis. Quasi verò sit ulla voluntas qua non huc tendat, ut quod vult, producat atq; efficiat, si possit: aut quasi Deus aliquid producere velit, quod producere non possit. 3)

I. Immò neutrum revera (1) sequitur: Si modò sententia Auctoris, quem hîc allego, rectè percipiatur. Non primum: quia simplex ejusmodi complacentia, seu mavis velleitas, aut inefficax voluntas, non eò sanè tendit, ut objectum suum realiter extra se (2) producat, seu re ipsa foris semper existere faciat; ac proinde potentiam suam exsequutivam horum re ipsa occupet: quippe quæ voluntati efficaci, seu mavis operativæ, hætenus à plerisque (3) Doctoribus opponitur: quatenus ista quidem foris aliquid externi boni operatur; illa verò intus tantum in bono sibi congruo

Egregia verò probatio, ab opinione hominum ducta!

congruo (4) acquiescit, ipsoque per se delectatur: sive ipsum bonum foris existat, sive non existat. V. g. (5) Vellet Deus omnes peccatores resipiscere, atque ita servari: (6) Ezech. 18. & 33. 1. Timoth. 2. Rom. 2. 2. Pet. 3. (7) etiam si non continuo efficiat, ut omnes resipiscant, ac serventur: idque ob (8) causas in hominibus existentes, de quibus alibi dictum est. Non igitur *impotentia* Dei aliqua hinc colligenda est, quod ipse non continuo id omne in nobis efficiat, quod sibi alioqui per se (9) placere testatur; sive quod ipsi, respectu naturæ suæ, per se gratum, & acceptum esse solet; quodque proinde aut à nobis fieri, aut in nobis esse, (10) aliquatenus desiderat. Nam voluntas hæc, (11) tametsi foris per se inefficax est, *intus* tamen efficax esse non desinit. Et quando ipsa foris effectum, sive eventum suum, non fortitur; tum ejus rei causa non est, quod Deus simpliciter hunc obtinere non possit: Sed quod per hanc voluntatis speciem obtinere ipsum (12) non velit. Hæc enim voluntas ita per se comparata est, ut *intus* apud se tantum agere, non autem *foris* in aliis quid operari (13) velit: nisi (14) fortè (15) certo quodam respectu, & (16) sub conditione aliqua planè libera, seu creaturarum arbitrio permessa. Atque hæc de priore.

tione Dei, sed de velleitate & desiderio. 10) Et quid sibi vult istud Aliquatenus? Hac *strophis tuis: que quidem lectori nihil docent, sed inanem dimittunt.* 11) Mirabilis *nem implicans. Nam quomodo fieri potest ut quod Deus intus vult de re foris efficienda, id ipsum foris non efficiat!* 12) Et quid est sibi ipsi contradicere: si hoc non est? Suprà dixisti, Deus VELLE omnes peccatores resipiscere: nunc dicis, Deus non vult per hanc voluntatis speciem (nempe per VELLEITATEM) effectum hunc (nempe resipiscentiam omnium peccatorum) obtinere. 13) Purum putum commentum. 14) En quomodo fluctuas! 15. 16) Cautela & stropa inanes.

2. Non sequitur etiam *posterius*: quia voluntas Dei quælibet in sua specie semper immutabilis manet. Nam quoties externo effectum caret, toties objectum suum aliter se habere (17) videt, quàm cum effectum illum re ipsa fortitur: eoque ipsa quoque, quoad actum suum peculiarem, (18) aliter sese habet, seu potius (19) aliter specificatur. V. g. Vult Deus simplici velleitate, (20) seu pura quadam complacentia, salutem omnium hominum, 1. Tim. 2. v. 4. (21) quæ videl. homines sunt, seu creaturæ ad imaginem Dei factæ: quia nempe salus talium creaturarum Deo ipsi per se (22) grata est, Ezech. 33. v. 11. Sap. 13. & 11. 24. & c. (23) Hanc voluntatem, in ista quidem specie, nunquam Deus mutat. Nec tamen idcirco omnes homines re ipsa salvos facit; sed plurimos eorum damnat: quia, licet semper hominum salute per se (24) delectetur, non tamen absolute decrevit homines salvare, (25) videlicet quæ homines sunt; sed (26) quæ

de Dei velleitate, qua aliquid fieri vellet. 23. 24) At de hac voluntate non est questio. 25) Falsa expositio. Imò absolutum decretum dicitur, quod non pendet ab aliqua conditione extra Deum, sed à puro Dei beneplacito. 26) Falsum hoc est: quia sic decretum salvandi penderet ab hominum pietate & fide: quum tamen è contrario hac ipsa

4) Confundis hic voluntatem approbantem cum velleitate. Velleitas non est tantum voluntas approbans, sed desiderans atque expetens.

5) Si vellet, daret omnibus resipiscentiam, atque ita servaret: quippe quum utrumque facere possit.

6) Loca ista nihil faciunt, ad propositum probandum.

7) Falsum discretum.

8) Quasi verò ulla causa in hominibus vel aliis creaturis existens impedire possit, quò minus Deus efficiat aut fieri curet id quod fieri vult!

9) Non est hic questio de complacentia seu approbatione nimirum est una ex cautelâ distinctio, & contradictionem

id ipsum foris non efficiat!

17. 18. 19) Hæ sunt mera phantasia cerebri tui.

20) Rursum confundis diversa: nempe complacentiam cum velleitate. Et sententia ista de velleitate intellecta falsa est: nec probatur ex loco allegato, 1. Tim. 2. v. 4. quia locus ille non loquitur de velleitate, sed de voluntate decernente.

21) At quib. verbis ista limitatio significatur in loco allegato? Nullis.

22) Iterum deflectis à questione: quæ non est de eo quod gratum sit Deo, si fiat: sed

25) Falsa expositio. Imò

pendeant & decreto sal-
vandi.

27) Sanè constituit. Sed non
propter pravissimam illorum
impietatem & increduli-
tatem: sed ex puro benepla-
cito.

28) At ista velleitas purum
putum commentum est. Nō
igitur de ea potest dici, quòd
maneat immutabilis. Non
enim nulla sunt acci-
dentia.

29) Quacunq; hic ad finem
usq; istius sectionis dicun-
tur, mera petitiones princi-
pii sunt: & nihil prater mo-
lestam àιδοξίαν habent.

pīi & credentes sunt: contraq; impios & incredulos (quales plerique, suo
ipforū vitio, esse perseverant) præcisè ac peremptoriè damnare (27) con-
stituit, Johan. 3. v. 18. & seqq. Itaque prior illa velleitas, non minùs quàm
utraq; hæc posterior voluntas, in suo genere semper (28) immutabilis
manet: sive objectum illius realiter foris existat, sive non. (29) Satis enim
in illa specie est, Deum prorsus eodem modo erga idem objectum in-
trinsecum sese perpetuò habere; nec proinde generale desiderium salu-
tis suarum rationalium creaturarum (quà videlicet tales sunt) revera un-
quam immutare: licet alio respectu non omnes omnino, quocunque
modo sese gerentes; sed eas tantùm, quæ ipsi obedierint, simpliciter ser-
vare; & contra quasdam ipsarum (quà videlicet in peccatis suis perseve-
rant) absolutè damnare velit, adeoque re ipsa tandem damnet. Ergo nec
impotens, nec mutabilis fit Deus, etiamsi quædam ipsius voluntas, in sua
specie strictè sumta, aliquando externo effectu carere deprehendatur.
De quo iterum infra copiosius.

SECTIO LXVII.

An omne Ens, quà Ens bonum sit.

P Ag. 288. lin. versari. Omne Ens, quà 1. Ens, bonum est.

NOTA PISCATORIS.

At vitiosa illa qualitas 2. in nobis, unde oriuntur actualia peccata,
bona non est.

RESPONSIO VORSTII.

NOTÆ PISCATORIS.

1) Imò optimo jure. quia
adversatur divinis literis.

2) At ista auctoritas jure
rejecitur, quum auctoritati
sacrarum literarum repu-
gnet.

3) Si rationes illas in medi-
um attuleris, videbo quàm
firma sint.

4) Nego. quia hoc de solo
ente creato verum est.

5) Nempe creata.

6) Nego. quia axioma illud
de solo ente creato verum est.

7) Probatio hæc nulla est: quia idem probatur per se ipsum.

8) Imò vide tu
sacras literas, Rom. 7. v. 8. & seqq.

9. 10) Exspecto probationē.

1. Assertio mea (1) nullo jure damnari potest: quippe quæ & genera-
li omnium (2) Doctorum auctoritate, & ratione (3) multiplici, probè
munitur. Equidem ipsa, ni fallor, hæctenus ab omnibus, & theologis, &
philosophis Christianis, recepta fuit: & speciatim ab *Augustino* contra
Manichæos olim non uno loco prolixè defensa. Saltem ejus ratio mul-
tiplex dari potest. Inter alias una satis manifesta hæc est, quòd omne Ens,
quà Ens, (4) Deum habeat auctorem: quippe à quo cætera entia (5) uni-
versa necessariò in essendo dependent: qui tamen nullius mali, hoc est,
peccati, auctor esse potest. Atque hoc sensu (6) rectè dicunt Philosophi,
Ens & bonum inter se reciprocari: (7) quia utrumque revera æquè latè
patet. (8) Vide hîc Metaphysicos.

2. Objectio autem tua vel (9) principium petit, vel (10) homonymiâ
quadam fallit. Illud: si per qualitatem hanc vitiosam, quam nominas, Ens
aliquod

aliquod positivum (11) intelligis, seu qualitatem strictè ac propriè dictam, & (12) privationi, seu nudæ habitus negationi, propriè oppositam. Istud: siquidem meram *privationem*, seu carentiam requisitæ rectitudinis, hîc (13) intelligis, eamque ambiguo qualitatis titulo vestis. Peccatum enim, per se formaliter acceptum, (eoque Enti oppositum, quâ Ens est) ut quidem à doctis hîc accipitur, (14) nil nisi privatio est illius integritatis, quæ vel naturæ, vel actioni nostræ inesse debebat: sicut te ipsum ultrò confessurum esse non dubito. Qualitas igitur (15) omnis per se bona est: sed privatio debitæ bonitatis mala est. Et priore quidem sensu qualitas inter vera Entia referri solet, non autem posteriore.

Si. Sicut cecitas & privatio est visus, & vitiosus habitus oculi. 13) Non sic intelligo: ut n. 12. Et licet ita intelligerem: tamè privationem illam rectè qualitatis titulo (ut tecum Imò plus est, nempe etiam habitus vitiosus. Et licet tantùm privatio esset, tamen revera quia cecitas, item morbus, sunt qualitates: & tamen non sunt res bonæ. Certè Aristoteles tem ad egrotandum, ad predicamentum qualitatis refert in secunda illius specie, videl.

11) Sanè intelligo: sed non propterea peto principium: quia hoc ipsum probo ex verbis Apostoli Rom. 7.
12) Peccatum originis, seu vitiosa ista qualitas & positivum aliquid est, & privatio. Positivum, nempe vitiosus habitus animæ rationalis: privatio autem boni habitus per lapsum primorum parentum amissæ patet ex modo dictis ad hîc loquar) vestirem. 14) Nego. τὸ νοσῶδες, i. e. proclivitatē impotentiam naturalem.

SECTIO LXVIII.

An Deus ipsa peccata aliquo modo procuret.

P Ag. 291. Negatur, Deum procurare peccata ullâ ratione.

NOTA PISCATORIS.

Atqui Deus *procuravit*, 1. ut Absolon stupraret uxores Davidis, 2. Sam. 12. v. 11. 12. Item, ut pelliceretur 2. Achab per spiritum mendacii, ad fuscipiendum bellum, 1. Reg. 22. v. 20. & deinceps. Item, Deus *procurat* 3. patefactionem suæ justitiæ, & misericordiæ, in peccatis vel puniendis, vel ignoscendis. Ergo etiam *procurat peccata ipsa*: quippe sine quibus patefactionem illam procurare non posset.

RESPONSIO VORSTII.

I. Vix (1) puto, quidquam absurdius de Deo Opt. Max. affirmari posse, quàm esse procuratorem peccati. Vix etiam credo, quemquam inter Christianos inveniri, cui non firmiter persuasum sit, apertam esse (2) blasphemiam, si quis ullatenus statuatur, *Deum ipsa peccata*, (3) propriè dicta, *procurare*. Quid enim hoc (4) aliud est, quàm Deum re ipsa peccatorum auctorem, ac fautorem, efficere? quæ ipse interim se perfectè (5) odisse, atque (6) abominari, in verbo suo perspicuè testatur. Psal. 5. & 11. & c. Sanè quisquis rem aliquam procurat, (& sic quidem, ut ipsa res tandem infallibiliter fiat; immò non fieri non possit) is (7) rei procuratorem punit peccata peccatis. 4) Imò est aliud: ut ex modo dictis perspicitur. 5. 6) At hoc non obstat, quò minus Deus iusto iudicio peccata peccatis puniat, ac proinde Satana operâ utatur ad impellendum homines ad peccata.

NOTÆ PISCATORIS.

1. 2) Nempe quia Deum metivis modulo justitiæ humane.

3) Imò Deus procurat peccata propriè dicta: qualis certè sunt, ea que in nota proposita commemoravi: sed non procurat ea quatenus sunt peccata: sed quatenus sunt motus, & precedentium peccatorum pœna. Deus enim interdum

q 2

obstat, quò minus Deus iusto iudicio peccata peccatis puniat, ac proinde Satana operâ utatur ad impellendum homines ad peccata.

7.8.9.10) Distinguendum

est hic inter REM & ACCIDENS rei: id est, inter actionem vitiosam, & vitium actionis. Deus est autor omnium motuum sive actionum humanarum: etenim per ipsum vivimus, movemur & sumus, Actor. 17. v. 28: sed non est autor vitiositatis qua actioni accidit ex corrupta hominis natura.

11.12) Nego consequentiam: quia Deus nihilominus electos in studio pietatis retinet, aut certe à lapsib. mox excitat. Adde, quòd reprobis ne evitare quidem student peccata: quin potius toto prava natura impetu ad illa feruntur.

13.14) Exspecto probationem.

15) Neq; ego istud scripsi.

16) Quare falsò id mihi imputas.

17) Attamen non sine gubernatione Dei, ut primi omnium motoris, conceptum. Etenim cor regis est in manu Domini: qui inclinat illud quocunq; vult, Prov. 21. v. 1.

18) Non tantum permisit: sed etiam cor ejus edinclinavit: ut patet ex dicto modo allegato.

19) Quasi verò ego istorum quicquam scripserim: aut quasi ista ex illis qua scripsi, sequantur!

20) Non tantum permisit, sed etiam ei mandavit: ut videre est 1. Reg. 22. v. 20. & seqq.

22) Et solutio ista tua à me dissoluta fuit.

23) Dixisti quidem: sed non demonstrasti.

ta auctor, & causa, non immeritò vocatur. Nam quid aliud re ipsa est, rem aliquam procurare, quàm curare, ac studere, sive operam dare, ut res ipsa fiat? Quod qui facit, annon is verus (8) rei auctor, & causa est, pro sua quidem virili parte? Cur igitur alibi negas, Deum (9) peccati auctore, & causam esse? Cur definitum, inquam, tollis, ubi definitionem ponis? Quid enim fictitium discrimen, inter (10) rei procuratore, & auctorem, hic prodesse potest? Cur, quæso te, παρρησιασολitam hinc omittis? neque perinde ingenuè ac rotundè loqueris in hac una sententia, atque in aliis plerisque loqui soles: Quid denique prodest, unicam odiosam vocem fugere, quum rem ipsam satis perspicuè asseras? Interea vide etiam atque etiam, mi D. Piscator, quàm multa & magna secum absurda trahat hæc assertio tua: quæ si seriò nobis admittenda est, totum Religionis studium perire (11) necesse est: quum nemo prudens ignoret, omnino (12) frustra id evitari, quod Deus ipse procurare soleat: prout alibi prolixius ostendi. Vide supra Sect. 5. & 10. & 16. & 17.

2. Objectio tua prior, ab exemplis Absolonis, & Achabi petita, (13) falsam habet hypothesin, eamque potissimum ex diversorum, ut apparet, (14) confusione exortam. Non enim peccata illorum hominum, de quibus agitur, (15) quatenus verè peccata sunt; sed pœnas tantum, tum ipsorum, tum aliorum, procurasse Deus illic asseritur. Absolonis certè incestum non procuravit Deus, (16) quæ quidem incestus fuit: sed punitiorem duplicem, ei annexam, procuravit: ipsum verò peccatum, jam ab impuro illius animo (17) conceptum, liberè (18) permisit, & ad Davidis castigationem, ipsiusque impuri hominis punitiorem, direxit. Sic Achabi seductionem, ut pœnalem quidem hujus excæcationem, Deus procuravit: non tamen ipsi seducto malitiam illam, quæ seductionis vera causa fuit; uti nec ipsa mendacia, per quæ ille seductus fuit, pseudoprophetis ipsius (19) instillavit: tametsi Satanam, mendacii parentem, & malitiæ omnium auctorem, fautoremque præcipuum, partes suas hinc agere volens (20) permisit: ejusq; totam actionem, justo judicio suo, ad pœnam impii Regis sapienter convertit. Denique nullum, vel in V. vel in N. Testamento exemplum occurrit, ubi Deus ipse peccatum, (21) quæ peccatum est, (de hoc enim tantum agitur) nulla ratione, puta vel Physica, vel Ethica, verè procuraverit: quippe quod naturæ, simul & voluntati divinæ, planè ac velut è diametro contrarium, eòq; εὐδωάτων est.

3. Altera objectio tua, de patefactione justitiæ &c. paulò antè satis (22) soluta fuit. Sect. 12. & 13. &c. Ubi non obscure (23) docui, patefactionem hujus utriusque virtutis, non (24) primariò, sed secundariò, à Deo intentam fuisse: sive non ad antecedentem, & prorsus absolutam; sed ad

sed ad (26) consequentem, aut saltem ad (27) conditionatam, Dei voluntatem, revera pertinere: deniq; sic comparatam esse, ut sine reali procuratione ipsius peccati, à Deo revera non modò intendi, seu decerni, verùm etiam executioni mandari tandem (25) potuerit. Itaque actum hìc agere nolo. Hoc tantùm te rogo, ut (28) crudam (30) hanc, verèque (29) horridam, sententiam aliàs aut mitiges, aut potius retractes: ne aliqui Deo manifestam injustitiam ac perversitatem tribuere videaris: dum (31) peccati procuratorem esse non obscurè affirmas.

24.25) Contrarium demonstravi.

26.27) Falsa hypotheses.

28.29) Nempe iudicio rationis humana.

30) Si intelligis sententiam quàm Deus dicitur procurare peccata quatenus sunt peccata: temerè & injustè me rogas, ut illam vel mitigem, vel retractem: quò illa non sit mea.

31) Sed non quàm peccatum est: verum quàm motus & pœna.

SECTIO LXIX.

De voluntate Beneplaciti, & Signi.

P Ag. 293. de voluntate beneplaciti dicitur: Itaque generale nomen obtinet, quatenus omnino veram Dei voluntatem declarat: sed quæ nondum i. oraculo, aut eventu aliquo, patefacta est: verùm in Deo ipso adhuc quasi abscondita latet.

NOTA PISCATORIS.

Immò voluntas beneplaciti 2. nomen suum retinet, etiam tum, quum vel oraculo, vel eventu, patefacta est. Oraculo, ut Rom. 8. v. 28. *Novimus iis, qui diligunt Deum, omnia simul conferre ad bonum, iis videlicet, qui ex proposito ipsius vocati sunt.* Hoc oraculo docemur, omnes efficaciter vocatos salvatum iri ex Dei proposito, id est, ex voluntate beneplaciti. Eventu, ut Ephes. 1. v. 5. *Prædestinavit nos, quos adoptaret in filios, per Jesum Christum, in sese, secundum beneplacitum voluntatis sue.* Hìc Paulus ex eventu conversionis, tum sui ipsius, tum Ephesiorum, ad quos scribebat, affirmat, se ad vitam æternam prædestinatos esse ex voluntate beneplaciti.

RESPONSIO VORSTII.

I. Ipsa distinctio, five antithesis, inter voluntatem signi, & beneplaciti, quam ex scholasticis Doctoribus hìc afferro, per se satis ostendit, istam posteriorem speciem hoc loco non aliter à me considerari, quàm quatenus alteri illi priori, vulgò sic dictæ, (1) speciei opponitur. Hactenus autem voluntas Beneplaciti prorsus idem declarat, quod voluntas abscondita, five arcana: ut quæ nondum externo aliquo signo, vel indicio, declarata sit. Nihil igitur ad rem facit, quòd voluntas revelata in S. literis inter-

NOTÆ PISCATORIS.

1) Falsa hypothesis: ex qua erratum illud tuum fluxit, nempe sic: *Voluntas beneplaciti opponitur voluntati signi ut species contradistincta: Ergo quum per voluntatem signi intelligatur voluntas revelata, è contrario, per voluntatem be-*

Q 3

neplaciti oportet intelligi voluntatem absconditam five arcanam. Ego verò nego illam esse divisionem generis in species: quia est distinctio vocabuli ambigui in sua significata. quasi dicatur, *Vocabulum hoc, Voluntas Dei, in scriptura interdum accipitur propriè, & significat ipsum Dei beneplacitum: interdum per tropum, nempe per metonymiam subjecti, & significat signum voluntatis seu testificationem de voluntate,*

2) At debuisti potius attendere stylum S. Scripturae, quam hominum distinctionem qua tibi minus commoda videbatur, commo- diore sensu palliare.

3) Ita esse sentio.

4) Falsa hypothesis: quia nulla est talis voluntas Dei, nempe proprie loquendo.

5) Imò tu hallucinavis ta- lem voluntatem statuens.

6.7) Nego consequentiam. nam etsi praecepta Dei non sunt proprie loquendo vo- luntas Dei: tamen non sunt à voluntate Dei segregan- da: quia verè testantur de voluntate Dei approban- te, Deo scilicet placere illa ope- ra qua precipit, sive obedi- entiam hominis in operibus illis faciendis. Promissiones

verò & mina testantur de

8) Et ego vicissim te moneo, te falsò putare, quòd illa in- ter se opponantur ut con- tradistincta species.

9) Hic falsam ponis cau- sam impulsivam praedesti- nationis. Quippe quòd pra- destinatio pendeat à puro Dei beneplacito, Eph. 1. v. 5. Fides verò & dilectio Dei sint praedestinationis effe- cta, ibid. & cap. 2. v. 10. I- tem Rom. 8. v. 30.

10) Quid sibi vult istud sic? Nempe (nisi fallor) vis dicere, QUATENUS con- versis sunt, ut rursus innuas falsam illam praedestinationis causam impulsivam. 11) At sicut ipsa fides non est condi- tio à qua pendeat praedestinatio, ita nec in fide perseverantia. 12) At non ut conditionem seu causam impulsivam praedestinationis: sed ut causam procreantem salutis: juxta illud, Qui perseveraverit ad finem usque, hic salvus erit, Matth. 10. v. 22. 13) Possunt quidem per natura sua infirmitatem: at non possunt per decretum Dei. Vide Matth. 24. v. 24.

dum etiam Dei beneplacitum declaret. Tum enim voluntati signi non amplius opponitur; sed cum eadem planè coincidit. Neque verò (2) sti- lum S. Scripturae hinc scrupulosè attendendum mihi putavi: sed commo- diorem duntaxat usitatæ apud Dd. Scholasticos distinctionis sensum: sicut ex ferie disertationis meæ apparet. Juvare enim Scholasticos hinc volui, quatenus salvâ veritate juvari poterant. Quod quidem per se lau- dandum potius, quàm reprehendendum est.

2. Sed tu alium quendam, ni fallor, hujus distinctionis sensum am- plecti videris: eum videlicet, quem ibidem ipse non obscure damnavi: quasi videlicet ea tantùm (3) sit voluntas Beneplaciti, seu voluntas Dei vera & seria, quæ tandem eventu ipso comprobatur: sive oraculo aliquo prius patefacta fuerit, sive non: & quasi hæc sola nomine beneplaciti or- nanda sit: non autem (4) altera illa, quæ tandem re ipsa vel à nobis, vel in nobis, non impletur. Qua in re quàm vehementer (5) hallucineris, supra non uno loco exposui. Sic enim praecepta, promissa, mina, sententiaeq; omnes divinæ, nisi foris in externo eventu tandem appareant, à voluntate Dei (6) segreganda essent: nec proinde certi quidquam de iis, ante finalem exitum, statui à nobis posset. Quod absit: quia (7) fidei πληροφείαν prorsus evertit.

voluntate beneplaciti: nisi mina categoricè enuntiata adjunctam habeat tacitam exce- ptionem: ut patet in exēplo regis Ezechia & Ninivitarum. Itaq; fidei πληροφείαν per distinctionem illam, prout à me intelligitur, minimè evertitur, sed potius stabilitur.

3. De locis autem, abs te citatis, hæc duo tantùm moneo. 1. Verum quidem Dei Beneplacitum in iis describi: sed non quatenus beneplacitum voluntati signi, seu revelatæ, in Scholis (8) opponitur. Uterque enim lo- cus agit de voluntate in verbo Dei clarè patefacta: per quam credentes, & Deum diligentes (quæ (9) scilicet tales sunt, & manent) salutis æternæ per Christum destinati sunt &c. 2. Rectè ex iisdem colligi, omnes effi- caciter vocatos tandem salvatum iri, idque ex certo Dei proposito: item, omnes ad Deum conversos, ad vitam æternam (10) sic praedestinos esse: si modò unica (11) perseverantia conditio, quam S. literæ alibi sapius (12) exprimunt, aut disertè addatur, aut tacitè subintelligatur. Nam alio- qui quosdam verè conversos, & efficaciter vocatos, suo vitio iterum (13) posse prolabi, atque ita etiam salute promissa excidere, S. Scriptura clarè passim asserit. De quo infra plenius, suo loco, si Dominus per- miserit.

11) At sicut ipsa fides non est condi- tio à qua pendeat praedestinatio, ita nec in fide perseverantia. 12) At non ut conditionem seu causam impulsivam praedestinationis: sed ut causam procreantem salutis: juxta illud, Qui perseveraverit ad finem usque, hic salvus erit, Matth. 10. v. 22. 13) Possunt quidem per natura sua infirmitatem: at non possunt per decretum Dei. Vide Matth. 24. v. 24.

SECTIO

S E C T I O L X X . & L X X I . & L X X I I .

*De aliis quibusdam distinctionibus voluntatis Dei, jam
suprà plenius expositis.*

P Ag. eadem, §. Quarta: iterum statuit voluntatem aliquam Dei *con-*
ditionalem.

Quam sententiam 1. refutavi suprà, ad pag. 58.

Pag. 295. Statuit voluntatem Dei quandam *inefficacem.*

Quæ sententia pugnat 2. cum omnipotentia Dei.

Pag. 296. approbat distinctionem voluntatis Dei, in *antecedentem, &*
consequentem.

Sed illa iisdem argumentis evertitur, 3. quibus refutavi sententiam
de voluntate Dei conditionali. Sed & illam refutavi ad pag. 62.

R E S P O N S I O V O R S T I I .

1. Pro *prima* quidem, & *tertia*, voluntatis Dei (juxta scopum hujus
utriusq; loci; quem ipse citasti) distinctione satis (1) efficaces rationes &
hîc, & suprà, attulisse mihi videor: quas tibi seriò considerandas iterum
propono; unâq; responsiones meas ad argumenta tua, quibus utramque
illam impugnasti quidem, sed non (2) expugnasti. Videat Lector ea tan-
tùm, quæ Sect. 4. & 5. & 8. & 11. & 13. disputata sunt: & sine præjudicio
rem omnem accuratè pieq; (3) perpendat. Ego tum sententiam, sic le-
gitimè latam, securus (4) exspectabo.

2. Pro *secunda*, rectè tamen, juxta primum ejusdem auctorem, ut vi-
detur, *Augustinum*, intellecta (nam incommodi aliquid in ea latere, ul-
trò ibidem ipse confiteor) eadem rationes (5) militant, quæ suprà pro
desiderio, ac velleitate, seu nuda complacentia Dei, allatæ fuerunt: immò
quas in ipso Tractatu attuli, pro distinctione proximè illic præcedente;
videl. pro distinctione in voluntatem *absolutam, & conditionatam.* Cum
hac enim distinctione, si rem ipsam spectes, ista *secunda* ferè coincidit.
Vide etiam paulò antè Sect. 62.

3. Objectio tua, quam hîc repetis, jam antè (6) satis refutata fuit.
Non enim periclitatur *omnipotentia* Dei, etiamsi non continuò re ipsa
fiat, quidquid ipse à nobis fieri vellet. Quædam enim ita fieri vult Deus,
ut tamen aliter fieri (7) posse velit: (8) eoq; non vult absolutam, sive
extremam, potentiam suam in his talibus exercere: (9) ne libertatem no-
stram planè tollat, & ordinem semel à se ipso sancitum evertat. Quod
quidem facere, non constantis & omnipotentis esset, sed mutabilis &
impotentis.

NOTÆ PISCATORIS.

1. 2) Judicet lector.

3) Ita fiat.

4) Et ego.

5) Sed quàm fortiter, &
quàm feliciter, judicet le-
ctor.

6) Judicet lector.

7) Nempe si naturam re-
rum spectes: non autem, si
decretum Dei. Tum etiam
ineptè atque insolenter de-
creto Dei pro objecto tri-
buitur tò fieri posse: quum
decreta Dei propriè occu-
pentur circa res certò even-
turas.

8) Nego consequentiam. nã
etsi Deus vult aliter fieri
posse (per naturam scilicet)
ea qua ipse decrevit ut fiât:
tam è quia decrevit ut fiât,
adhibet etiam suam poten-
tiã in procurando ut fiant.

9) Iterum nego consequen-
tiam. Nã etsi Deus poten-
tiam suam exercet in pro-
curando ut fiant ea qua de-
crevit: tam è per hoc liber-
tas nostra (i. e. incoacta ve-
littio) non tollitur.

SECTIO LXXIII.

Iterum de loco 1. Timoth. 2. v. 4. Vult Deus omnes homines salvos fieri &c.

P Ag. 297. in principio, allegat dictum, 1. Timoth. 2. *Vult Deus omnes homines servari &c.* Quasi ibi per omnes 1. intelligendi sint singuli, nullo excepto.

At genuinus 2. sensus est, Deum velle *omnis generis* homines servari.

RESPONSIO VORSTII.

NOTÆ PISCATORIS.

1) Nempe intelligis vocatos externè. Qui sit ergo quòd illi non omnes servantur: si Deus eos servari vult. An igitur Deus quod fieri vult, ut fiat efficere non potest?

2) Vide tu quoq; quid ego tibi ad tuam illam responsionem responderim.

3. 4) Attuli in Ref. Parasc.

5) Imò ibi attuli rationes meæ expositionis.

6) At istud præstare non est in mea potestate, mearumve virium. Nec verò sol in meridie lucere, negandus est, quia non illuminat oculos cæcorum.

7) Sit iudicium penes lectorem.

8) Satis est me jam fecisse: nisi nova necessitas urgeat.

1. Saltem nullum ex omnibus (1) vocatis hinc excipio. Sed (2) vide quæso, quid suprà tibi responderim de hoc loco, ad sectionem præcipuè quartam. 2. Non satis certè est dicere, eum genuinum esse sensum, qui tibi genuinus esse videtur. Rationes (3) afferendæ sunt, quibus assertio tua confirmetur. At nullas hæctenus (4) attulisti, neque in hoc scripto tuo, neque in (5) Analyfi hujus Epistolæ, quæ conscientia quidem meæ (6) satisfaciant. Neque contrarias rationes, ab aliis afferri solitas, (quarum aliquot suprà obiter adduxi) in ipso Apostoli scopo, & totius loci peristasis, probè fundatas, unquam solidè (7) diluisti. Utrumque igitur in posterum tibi (8) faciendum erit: aut veritati potius cedendum. A qua quidem libenter vinci, pulchrum est, ac gloriosum. Sed de hoc loco iterum infrà, Deo dante.

SECTIO LXXIV.

De vero modo conversionis nostræ ad Deum.

Ibidem circa medium dicit, Deum istas condiciones (puta fidei, & obedientia, ex pag. præcedente) in profanis & reluctantibus, quatenus & quamdiu tales sunt, nullo modo efficere velle.

NOTA PISCATORIS.

Hoc perinde sonat, ac si Deus in reluctantibus 1. tum demum fidem, & obedientiam, efficere vellet, quum illi sua sponte reluctari desinunt. At exemplum conversionis 2. Pauli diversum docet.

RESPONSIO VORSTII.

1. Homines non invitos, sed sponte ac liberè, ad Deum sese convertere, (præeunte tamen, ac semper comitante, Dei gratia: sine qua nihil hîc præstare possumus, Johan. 15. v. 5.) S. Scriptura, simulque sana Ratio, perspicuè

perspicuè docent: prout infra facile probabitur. Quare si de ipsa plena, & propriè dicta, *conversione* nostra, & non de *preparatione*, aut inchoatione, tantùm aliqua, hîc sermo est: hoc est, si de actuali veræ fidei, & obedientiæ, in nobis effectione, de quæ ordinaria Dei nobiscum agendi ratione, hîc loqueris: certè fatendum est, conversionem nostram, atque effecti-
nem istam fidei &c. non fieri re ipsa in impiis hominibus, adhuc Deo re-
luctantibus: adeoque impios re ipsa non antè converti, nisi quum Deo
(1) sua gratia ipsos præveniente, reluctari desinunt: & quidem quum
(2) sua sponte desinunt, (3) hoc est, non invitati, aut coacti; sed ultro, ac
liberè, scientes volentes: licet non ex suis ipsorum viribus id faciant; sed
à gratia Dei præveniente jam excitati, illustrati, & efficaciter (4) impulsivi
&c. Quamdiu enim actu reluctantur Spiritui S. homines impii, tam diu
se à Deo avertunt: ac proinde ad ipsum sese non convertunt. Nam
contradictio hîc implicaretur, si utrumque simul fieri diceretur. Ergo
durante actuali rebellionem (de qua Deus in verbo suo passim conqueri-
tur, Esa. 1. &c. Jerem. 2. &c. Matth. 23. Johan. 5. &c.) conversio impio-
rum perfici nequit: quippe cui (5) obicem, & impedimentum, ipsi sua
sponte tunc afferunt.

venit ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum, Joh. 6. v. 44. 4) Ergo non sua sponte, seu ultro: ut dixisti paulo
antè. 5) At istum obicem removet Deus in illis quos convertere vult: atque ista ex reluctanti-
bus obsequentes facit.

2. Neque verò exemplum conversionis Pauli, seu potius Sauli, con-
trarium evincit: tum, quia ipsum (ut supra vidimus) (6) singulare pro-
fus & extraordinarium est; ac proinde in consequentiam trahi non de-
bet: tum maximè, quia nulla vera & actualis in eo reluctatio Pauli appa-
ret, cum quidem ipse jam à Christo (7) vocaretur. Nam licet antea Chri-
stum ignorans blasphemaret, inque membris suis persequeretur: tamen
ut primùm à Deo vocatus fuit, reluctari statim desit, & divinæ illustra-
tioni humiliter ac promptè obtemperavit: Sicut Act. 9. & 22. & 26.
item Galat. 1. & 1. Timoth. 1. &c. videre licet. (8) Miraculosa quidem fuit,
& extraordinaria, hæc Pauli vocatio: sed integra tamen conversio ipsius,
si quidem modum ejus formalem spectes, neque cum divina sapientia,
& justitia, neque cum ordine semel divinitus sancito, ullatenus (9) pu-
gnavit. Cujusmodi pugna hîc revera foret, si quis homines improbos,
Spiritui S. rebellantes, (10) dum in hac actuali rebellionem perdurât, (qua-
les Esa. 6. & 65. Jerem. 13. Ezech. 12. Act. 7. & 13. &c. describuntur) di-
vinitus non modò vocari, & sensim ad conversionem præparari, (hoc
est, aliquatenus in mente illustrari, inque voluntate moveri, vel affici) sed
re ipsa etiam ad Christum converti, ac verè regenerari statuât: sicut in-
telligenti, & consideranti, per se manifestum esse puto. Porrò quidquid

NOTÆ PISCATORIS.

1) Ergo non sua sponte. nã
quod quis facit sua sponte,
id facit absq; alieno seu ex-
terno impulsu.

2) Contradictio manifesta:
ut patet ex modò dictis.

3) Falsa expositio. Ista non
equipollēt. nam potest quis
facere volens, non invitus
aut coactus: quod tamen
non facit sua sponte seu ul-
tro: sed alieno suasso. Et ho-
mines quum ad Deum con-
vertuntur, faciunt illud
volentes: non autem sua
sponte seu ultro: quia præ-
venit eos gratia Dei, vo-
luntatem ipsorum huc fle-
ctens, & ex nolente volen-
tem reddens: ut percipitur
ex dicto Christi, Nemo
ex reluctanti-
bus obsequentes

6) At non per omnia. nam
conversus est per prædica-
tionem evangelii, & per
tractum illum divinum:
sicut & alii.

7) At tamen vocationis il-
lius vi reluctari desit, non
autem sua sponte seu ultro.

8) Miracula quidem sue-
runt adjuncta isti vocatio-
ni: veruntamen ipsa voca-
tio, ratione sua forme, non
fuit miraculosa: quia facta
fuit per verbum externè,
& per gratiosam operatio-
nem S. S. internè.

9) Quasi verò ego istud di-
cam! aut quasi hoc ipsum
ex dictis meis sequatur!

10) Istud verò tu mihi fal-
sò tribuis. Ego hoc tantùm
dixi, Eos qui convertuntur,
non desinere reluctari sua
sponte.

Deus in hoc genere facit, idem quoq; facere vult, aut voluit: & quidem eodem modo, & ordine, quo reipsa facit.

SECTIO LXXV.

An quidquid Deus ullo modo vult, idem reipsa fiat.

P Ag. eadem, sub finem. Quod Deus antecedente voluntate &c. omnibus in genere dare vult, eoq; animo ipsis proponi curat; id consequente voluntate, & quasi per accidens, paucis quibusdam dare vult, & reipsa dare solet.

NOTA PISCATORIS.

Si Deus vitam æternam (de hac enim quæstio est) omnibus dare vult; eoq; animo ipsis proponi curat: & tamen illam non omnibus, sed tantum paucis dat: sequitur, Deum non esse omnipotentem. Nam si 2. omnipotens est: potest dare omnibus. Si & potest, & vult: utique facit. Si non facit: aut non potest, aut non vult. At vult, ex hypothesi. Non potest igitur. Id quod absurdum est.

RESPONSIO VORSTII.

NOTÆ PISCATORIS.

1) At non sunt contraria species voluntatis divine.

2.3) Due ista distinctiones commentitia sunt.

4) Ista distinctio nihil te juvat ad evertendum notam propositam. Neq; enim tam ineptum te fore puto ut dicas, notam illam loqui de voluntate permittente. Quid enim esset hoc dicere, Deus vult dare vitam æternam, id est, vult permittere ut detur vita æterna? Ergo vi disjunctionis oportet te notam meam intelligere de voluntate efficiente. Sic autem intellecta, connexum necessarium continet: ut patet. Quare frustra eam oppugnas. 5) Imò sequitur.

6) Falsa hypothesis: quasi distinctiones proposita indicent species voluntatis divine. 7) Id est, omnis generis electos. Ergo hic falleris ex homonymia: quatenus per omnes intelligis cunctos, nullo excepto. 8) Ezech. 18. unde tu ista verba citare videri vis, non sic legitur: sed legitur, Deus delectatur quum convertitur improbus. 9) Matth. 23. unde hac verba depromere videri vis, non est sermo de voluntate Dei: sed de voluntate humana Christi, ut propheta, seu doctoris Judæorum. 10. 11. 12. 13) Falsa hypotheses.

I. Graviter hinc quoque erras, ex confusione diversorum. Confundis enim in hac argumentatione tua diversas, immò (1) contrarias, divinx voluntatis species: quarum accurata distinctio ipsum errorem continuo tollit. (2) Alia namque est voluntas Dei antecedens, alia consequens. Et rursus (3) alia est absoluta, alia conditionata. Item (4) alia efficiens, alia tantum permittens, &c. Non (5) sequitur autem, Deum reipsa continuo facere, sive effectum dare, quidquid absolute facere potest, & simul aliqua verâ voluntatis (6) specie velle solet. Vult enim (7) omnes homines salvos fieri &c. 1. Timoth. 2. Et absolute omnes salvare posset: nec tamen omnes reipsa salvat. (8) Vult ut peccatores convertantur &c. Ezech. 18. Idque absolute facere posset: nec tamen omnes ipso actu convertit. (9) Voluit olim rebelles Judæos ad Christum colligere &c. Matth. 23. Et facere id absolute poterat: nec tamen reipsa collegit. Nempe, quia hæc talia vult, aut olim voluit, (10) eâ voluntatis specie, quæ non continuo ipsa per se foris id omne efficit, inque actum deducit, quidquid intus amat, aut approbat: quippe quæ aliquando vel (11) desiderium tantum, aut simplicem (12) vellei-

(12) velleitatem, seu puram complacentiam denotat; vel certè aliquam ejusmodi (13) conditionem sibi annexam habet, quam Deus ipse planè liberam & contingentem esse voluit; & qua proinde deficiente, eventus etiam ipse deficit: voluntate interim Dei prorsus immutabili permanente. Vide loca superiùs citata ad Sect. 66. &c.

2. Nihil igitur per hoc decedit omnipotentie Dei, quòd non statim re ipsa id omne exsequitur, quidquid & absolutè facere potest, & simul aliquo modo, sive (14) aliqua voluntatis specie, ipse velle se testatur. Neque enim connexum illud disjunctivum, quod hinc affers, simpliciter verum est: *Si non facit Deus, aut non potest, aut non vult*: nisi posterius membrum ad certam voluntatis divinæ speciem (15) restringas. Multa enim Deus non facit, quæ tamen facere & absolutè potest, & aliquo modo vult: sicut in exemplis suprà positis satis apparet. Itaque regula illa: *Quidquid Deus & potest, & vult, id facit*: non de quavis Dei voluntate, sed de absoluta tantum, & energetica, sive per quam ipse aliquid præcisè (16) sine nobis efficere vult, intelligi debet. De qua etiam Scriptura loquitur, cum ait, *Deum omnia facere quæcumq; vult &c.* Psal. 115. & 135. *nec quenquam voluntati ejus resistere posse &c.* Rom. 9. Quum diversum interim de voluntate ipsius (17) optante ac (18) desiderante testetur: uti suprà Sect. 5. &c. non semel ostensum fuit. Et sanè si regulam illam sine ulla cautione urgere velis, multa sequentur absurda. Nam si eam v.g. de (19) permissiva, aut (20) conditionali, voluntate indiscretè acceperis: omnino (21) sequetur, Deum etiam peccata ipsa facere: quippe quæ permittere & potest, & vult, adeoque re ipsa permittit. Item (22) sequetur, ipsum mortis ac perditionis nostræ auctorem ex sese ipso solo esse: quippe quam infligere potest, & sub conditione infligere vult, tandemque impiis re ipsa infligit. Sed causa (23) erroris tui est, quòd nullam in Deo, nisi absolutam, efficacem, voluntatem hæcenus agnoscis. Ex quo fonte multa absurda profluere necesse est.

major, nempe ipsa regula, non est falsa, etiam te confitente. Necesse est igitur, falsam esse illam tuam quam hac mea nota oppugnavi. 20) *Falsa hypothesis.* 21. 22) *Ista absurda non sequuntur ex illa regula: sed ex fictitia tua illius interpretatione.* 23) *An in nota mea proposita error sit, lectori judicandum relinquo.*

14) *Nimirum intelligis velleitatem seu desiderium, sicut paulo post declaras. At nulla est in Deo velleitas seu desiderium.*

15) *Restrictione hic non est opus: quia planum est sermonem esse de voluntate propriè dicta.*

16) *Falsa est hac exceptio. nam regula vera est etiam de iis quæ Deus per nos efficere vult. V.g. quum nos vult adducere ad vitam æternam per bona opera. Hac enim ipse efficit in nobis & per nos.*

17. 18) *Ista de Deo dicuntur per ἀποκρίματα.*

19) *At verba ipsius regula non patiuntur ut de permissiva voluntate intelligatur. Sensus enim regula est,*

Quicquid Deus facere & potest & vult, id facit. Jam tu assumis: Deus vult vitam æternam dare omnib.

Hinc sequitur irrefragabiliter, Ergo Deus dat vitam æternam omnibus. Quæ conclusio quum sit falsa: necesse est falsas esse præmissas;

vel utramq; vel alteram tantum. At præmissa maior: id est, sententiam

minorem: id est, sententiam

SECTIO LXXVI

Iterum de voluntate Dei antecedente, & consequente.

P Ag. 298. Ad confirmandum distinctionem voluntatis Dei in antecedentem & consequentem, affert exempla, tanquam similia, pii magistratus, ac judicis, item probi parentis, ac patrisfamilias.

NOTA PISCATORIS.

Sed illorum dissimilitudinem ostendi ad Pag.62.

RESPONSIO VORSTII.

1) Videat item, quid ego contra in medium attulerim.

(1) Videat igitur lector, quid supra Sect.8. pro hac ipsa distinctione, proque similitudinibus istis, eandem illustrantibus, in medium attulerim: idque totum serio iterum expendat: tumque demum juxta conscientiam de re tota judicet. Nihil enim dubito, quin tandem omnes pii, & veritatis amantes, ubi rationes utriusque partis sedulo perpenderit, & præjudiciis omnibus valedixerint, hinc ultrò mihi assensuri sint.

SECTIO LXXVII.

Iterum de oblatione Isaaci, quæ Abrahamo præcepta fuit.

P Ag.301. §. ad objectionem, dicit: Deum non diserte jussisse, ut Abrahamus oblationi filii extremam manum imponeret.

NOTA PISCATORIS.

At Deus jufferat 1. eum sibi offerre filium in holocaustum: id est, ita, ut eum combureret. An hoc non est, extremam 2. manum imponere oblationi?

RESPONSIO VORSTII.

NOTÆ PISCATORIS.

1) Non dicitur. Nam Deus diserte hic mandavit Abrahamo, ut filium suum ipsi offerret in holocaustum, Genes.22.v.2. At non dicitur ibi, quod Abraham hoc fecerit: sed dicitur, quod arietem obtulerit in holocaustum loco filii sui, v.13. Jam Heb.11.v.17. dicitur quidem, quod Abraham Isaacum obtulerit: sed non dicitur, quod obtulerit eum in holocaustum. Item Jac.2.v.21. dicitur, quod obtulerit eum super altare: sed non dicitur, quod obtulerit eum in holocaustum. 2) Despectis à quaestione Non est quaestio de oblatione, sed de mandato offerendi. 3) Imò sit, v.2. ubi dicitur, Offer eum in holocaustum. Quid enim hoc aliud est, quàm, Offer eum ita ut comburas eum totum? 4) Mira impudentia! quomodo contrarium inde planum sit: ut modo ostendi. 5) Et quomodo ad excusandum sufficere potest, quod falsum est?

6) Hic ex falso (quod modo ostendi) falsum deducis. Itaque è contrario verum manet meum enthymema: Deus jufferat Abrahamum sibi offerre filium in holocaustum.

1. Quidquid Deus hinc Abrahamo diserte mandavit, id Abrahamus etiam re ipsa fecisse, clarè in Scriptura (1) dicitur. Vide Genes.22. Heb.11. & Jac.2. Nec tamen ille filium suum Isaacum re ipsa combussit. Ergo vel ex Scripturæ verbis ipsis manifestum est, in illa Isaaci (2) oblatione non necessariò combustionem ejusdem inclusam fuisse. Saltem in ipso mandato (3) nulla fit diserte combustionis mentio: (4) sicut ex historia Gen.22. planum est. Atque hæc ratio vel sola (5) sufficit, ad dictum meum excusandum: quippe quod adverbio illo, diserte, potissimum nititur: prout inspectio contextus ostendit.

2. (6) Quare nec absurdum est dicere, Abrahamo non fuisse diserte mandatum, ut extremam manum oblationi illi imponeret: hoc est, ut omnes oblationis illius actus, tam externos, quàm internos, ad unum usque, prorsus absolveret. Nam alioquin alterum è duobus fatendum esset:

esset: aut præceptum hoc Dei cum voluntate ejusdem revera pugnasse: aut non verum ac serium præceptum, sed tentationem tantum, sive memoriam quandam explorationem, hinc fuisse. Quorum illud tu quidem asseris, sed (7) falsò: istud verò non obscure damnas. Vide plura supra Sect. 5. & præsertim 10.

dem combustionis. nam hanc Deus Abrahamo disertè mandavit: & tamen eam fieri noluit, atq; etiam prohibuit.

stum, id est, ita ut eum combureret: ergo jusserat ut oblationi extremam manum imponeret. Nihil enim amplius ei mandaverat.

7) Imò verè, respectu quidem noluit: quia prohibere vo-

SECTIO LXXVIII.

An omnis Dei voluntas actu impleatur. Ubi iterum de pugna voluntatis, ac præcepti divini.

P Ag. 302. & 303. disputat, non omnem 1. Dei voluntatem actu semper impleri.

NOTA PISCATORIS.

Sed confundit 2. voluntatem Dei propriè dictam, & mandata Dei: quibus significat Deus, quid velit 3. à nobis fieri, hoc est, quid nostri sit officii.

RESPONSIO VORSTII.

1. Sanè (1) si omnis Dei voluntas actu semper impleretur, tum aut Deus peccati auctor esset, aut nullum in mundo peccatum esse posset: (2) quum peccatum nihil aliud sit, quàm divinæ legis transgressio, 1. Johan. 3. lex autem, expressa divinæ (3) voluntatis imago sit, Exod. 20. Nisi fortè Deum in lege ferenda, inque observatione ejusdem urgenda, (4) hypocriticè nobiscum agere dixerimus: qui aliud quidem foris jubet, aliud intus revera velit. Quod absit. Porro si vel peccatum non est, vel Deus peccati auctor est: (5) sequitur, Religionem nostram universam prorsus inanem esse: & speciatim, pœnas omnes, tam divinas, quàm humanas, quæ maleficis ipsis infliguntur, omnino injustas esse &c. Quod postremum etiam ex thesi tua principali per se (6) consequitur: si præsertim omnis Dei voluntas (ut quidem habet opinio tua) prorsus absoluta, & efficax, & simpliciter irresistibilis est, omnesque causas inferiores & tempore, & ordine naturæ, necessariò antegreditur, etiam respectu ipsius præscientiæ &c. Tum enim nihil omnino fieret, nihilque

NOTÆ PISCATORIS.

1) Nego consequentiam. nã quum questio est, an omnis Dei voluntas actu semper impleatur: questio est de voluntate Dei qua vult aut ipse aliquid facere, aut permittere ut fiat à creaturis rationalibus. Utrum verò horum velit: voluntas ejus semper actu impletur. nec tamen sequitur, ipsum esse authorem peccati: quia peccatum non vult ipse facere, sed permittere ut fiat à creaturis rationalibus. Quatenus autè peccatum permittit, eatenus peccatum in mundo esse necesse est. Quum vi relatorum, permissio non possit esse sine facto quod permittitur. 2) Sed quid ista ratio facit ad probandum præcedens connexum? 3) Hic committis fallaciam homonymiæ. Questio hinc est de voluntate Dei qua vult aliquid vel ipse facere, vel permittere ut ab aliis fiat. Lex autem non est imago hujus voluntatis: sed est imago ejus voluntatis qua ei placet opus hominis quod Legi conforme est. 4) Nego consequentiam: quia connexum nititur falsa definitione hypocriteos. 5) Sed quid ista absurda consequentia ad me, à quo non statuitur antecedens? 6) Nego.

r 3

- 7) *Nego, quia absoluta illa voluntas Dei non est tantum de rebus quas Deus ipse vult efficere, sed etiam de illis quas vult permittere ut fiant ab aliis, in quo rerum genere sunt peccata.* (7) fieri posset, cujus non ipse Deus & verus, & præcipuus, immò unicus, auctor existeret: quippe cujus absoluta, & invicta, & primaria voluntas tunc in omnibus, & ab omnibus creaturis, re ipsa semper (8) impleretur. (9) Itaque nihil unquam istæ peccarent, immo ne quidem peccare possent. (10) Quare nec eadem justè unquam puniri possent: quum justa pœna propriam cujusque culpam necessariò præexigat, juxta illud: *Anima que peccaverit, morietur &c.* Ezech. 18. Ne jam dicam, (11) frustra fore hortationes, ac suasiones omnes, ad faciendam Dei voluntatem: omnesque reprehensiones, & objurgationes, ob neglectam Dei voluntatem &c. si quidem hæc semper, & quidem necessariò, in omnibus, & ab omnibus, actu impleretur: quum talium hortationum &c. in iis, quæ semper & ubique fiunt, quæque à solius Dei arbitrio dependent, usum nullum esse, & omnis recta ratio, & consensus sapientum, manifestè demonstret. Idem dico (12) de precatione illa Dominica, *Fiat voluntas tua in terra &c.* Matth. 6. Quæ & ipsa prorsus inanis & ociosa foret, si omnis Dei voluntas actu semper impleretur, & quidem necessariò, ex opinione tua: quum nemo non frustra id peti concesserit, quod semper & ubique fieri noverit, immò cujus contrarium fieri non posse persuasus sit.
- 8) *Quid tum postea? Quasi verò quacumq; Dei voluntas impletur, impleatur ab ipso efficiente! Imò quædam impletur ipso permittente.*
- 9) *Nego consequentiam. Negationis ratio patet ex modo dictis. Nam etsi Deus creaturis rationalibus permittit ut agant contra ipsius præcepta, & permittendi voluntas semper impleatur: tamen illa nihilominus peccant, quum agant contra præcepta Dei.*
- 10) *Ita tu more tuo necis absurda ex absurdis: sed frustra: quia illa deducis ex antecedentibus à me non positis.*
11. 12) *Nego consequentiam, quia connexum laborat homonymiâ vocabuli voluntas: quod in antecedente significat voluntatem Dei qua ipse vult aliquid efficere vel permittere: in consequente verò voluntatem qua approbat hominis opera, quatenus illa præcepit.*

13) *Nego, quia præceptum est voluntatis adjunctum, nempe signum seu testimonium.*

14) *Interdum sanè: ut patet in exemplo Abrahami immolaturi Isaacum: item in exemplo Pharaonis recusantis dimittere populum Israël.*

15) *Me hic non errare, ostendunt exempla modò allegata.*

16. 17) *Judicet lector.*

18) *At ista verba declaravi per illa, Hoc est, quid nostris officii. Quibus nunc addo hæc: Hoc est, quid ei placeat, si à nobis fiat.*

19) *At non omnia, nec semper.*

20) *Id est, significat, hoc sibi placere.*

2. Neque verò est, quòd confusionem hîc ullam mihi objicias, voluntatis, & præcepti. Non enim ego hæc duo revera confundo; sed accuratè distinguo, ut aliquatenus quidem diversa, attamen alio respectu consentanea: puta ut (13) genus, & speciem: vel, si mavis, ut subjectum, & adjunctum, hoc est, ut signatum, & signum. Tu verò eadem non modò distinguis, sed etiam disjungis, sive potius opponis: quasi non jam diversa tantum, sed & adversa, seu verè (14) contraria, forent. Qua quidem in re vehementer (15) erras: uti suprâ Sect. 5. & 10. & 62. &c. plenius exposui: ubi pugnam hanc, inter præcepta, & voluntatem Dei, quam subinde nobis inculcas, invictis rationibus, ex verbo Dei petitis, (16) evertisse mihi videor: tuasque objectiones, seu potius exceptiones, eadem operâ fatis (17) diluisse.

3. Contradicis etiam tibi non obscure: dum ais, Deum per mandata significare, (18) quid à nobis fieri velit &c. Et tamen Dei mandata, quasi voluntati ejusdem (19) repugnantia, passim eidem opponis. Quod perinde certè sonat, ac si diceres, Deum idem velle, & non velle. Nam juxta præceptum (20) vult, ut V. g. sanctè semper vivamus. Neque tamen hæc vera est

Vera est ipsius (21) voluntas, ex tuo quidem sensu, nisi quum re ipsa sanctè vivimus: quia voluntas Dei vera, juxta te, semper actu impletur. At præstat, nos ipsi Christo credere, ejusque S. Apostolis: qui nobis clarè satis testantur, hanc esse veram Dei voluntatem, ut omnes Evangelio (22) credamus, utq; (23) sanctè vivamus &c. sive nos re ipsa id præstemus, sive non. Vide Johan. 6. & 1. Theff. 4. &c. Et tales sententiæ ubiq; in S. literis obviæ sunt: quum contrà divortium illud præcepti, & voluntatis, quod tu nobis ingeris, ne minimo quidem (24) verbo uspiam illic indicatum sit: sicut ex antè dictis satis superque constare credo.

opus Dei, ut credatis &c. Id est, opus Deo placens. Versu autem 40. dicitur, Hæc est voluntas ejus qui misit me, ut omnis qui credit in filium, habeat vitam &c. 23) Ista quidem verba rectè allegantur ex 1. Theff. 4. v. 3. Sed ibi per voluntatem non intelligitur illa de qua hic sermo est: sed mandatum: ut patet ex collatione versus præcedentis.

24) Imò compluribus verbis atq; sententiis: ut videre est Genes. 22. v. 2. & 12. Exod. 4. v. 21. & 23. Act. 2. v. 23. & cap. 4. versu 28.

21) Nempe illa qua vult vel ipse aliquid efficere, vel permittere ut ab aliis fiat. Interim dua ista voluntates concurrunt in illis qui sanctè secundum Dei præcepta vivunt.

22) Hæc sententia falsò allegatur ex Job: 6. quia ibi non exstat. Dicitur quidem vers. 29. Hoc illud est o-

SECTIO LXXIX.

De variis Dei præfinitionibus, deq; immutabilitate voluntatis divinae.

P Ag. 306. affirmat, Dei voluntatem in quibusdam rebus aliquo modo 1. mutabilem esse: & Deum aliquando mutare decretum suum, sed non totum: & quædam aliter 2. sæpe evenire, quàm Deus per se vellet: & quædam Deum relinquere 3. indefinita, deq; iis nullam esse certam Dei voluntatem &c.

NOTA PISCATORIS.

Hæc omnia 1. 2. 3. 4. ἀθεολογία sunt.

RESPONSIO VORSTII.

1. Fulmen sanè quoddam theologicum hîc videre mihi videor, (ignosce joco) ubi tam (1) peremptoriè omnia, idq; sine ulla (2) ratione, damnari audio. Et perfacilis profectò victoria est, ubi sola dicentis (3) auctoritas pro ratione sufficit. Sed hæc agendi ratio à te, tuique similibus, quàm longissimè abesse debebat. Hoc enim ipsum verè ἀθεολογία est, in theologica (4) συζητήσεσι nudas sententias tuas Antagonistæ opponere; præsertim decisivas, & damnatorias: quum contrà verè theologicum sit, demonstrationes semper aliquas è S. literis adducere, cur hoc, vel illud, aut asserendum nobis, aut repudiandum sit. (5) Quid autem à me, quæso te, hîc dicitur, quod tam præcisè damnari mereatur? Certè sive verba spectes, sive res potissimum verbis subjectas: nihil hîc occur-

NOTÆ PISCATORIS.

1) Et quod pium peccatus non indignaretur ad dogmata tam manifestè pugnantia cum verbo Dei!

2) Et quid opus est in manifestis falsis sollicitè rationes damnandi inquirere?

3) Apage. Non oppono tibi auctoritatem meam.

4) Non institueram tecum συζητήσιν: sed scriptionem brevium notarum.

5) Audi igitur. Dicis primò, voluntatem Dei in quibusdam rebus aliquo modo

mutabilem esse. Hæc assertio pugnat cum his scriptura dictis, Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea

fiet, Esa. 46. v. 10. Ego Jehova non mutor, Malach. 3. v. 6. Dicis secundo, Deum aliquando mutare decretum suum, sed non totum. Hac sententia similiter pugnat cum dictis modo recitatis. Dicis tertio, quadam aliter saepe evenire, quam Deus per se vellet. Hac sententia pugnat cum omnipotentia Dei. Nam si Deus vellet aliquid sic evenire, & tamen illud aliter evenit: causa alia hujus rei dari non potest, quam quod Deus efficere non possit ut illud sic eveniat. unde sequitur, ipsum non esse omnipotentem. Nam certe si & vult & potest efficere ut eveniat sic, non poterit evenire aliter. Dicis quarto, Deum relinquere quadam indefinita, deq; iis nullam esse certam Dei voluntatem. Hac sententia pugnat cum illis scriptura dictis, qua testantur, Deum definiisse casus etiam vilissimarum rerum, & qua prorsus temere accidere videntur: cujusmodi sunt, casus passeruli aut capilli, Matth. 10. v. 29. & 30: exitus fortis, Prov. 16. v. ult.

6) Falsum hoc esse, liquet ex modo dictis.

7) At hinc non sequitur, eum mutasse sua decreta de illis rebus quas fuerat minatus, quasve promiserat.

8) At interim subintellegerat tacitam conditionem, à qua minarum promissionumque illarum praestatio pendebat.

9) Nego. nam qualem se Deus exhibuit in hominibus, illis & populis gubernandis, talem etiam se erga illos exhibere decreverat decreto immutabili.

10) Istud verò simpliciter pugnat cum omniscientia Dei.

11) Sit, judicium penes legem.

12. 13) An igitur aliquid continuò pro rectè dicto habendum est, si aliqui doctores ecclesia id dixerunt? Quasi verò illi non possint errare!

14) At ego alienas esse demonstravi, quippe cum dictis scripturae pugnantibus.

15) At num tota? Et, num continuò excusari meretur, quod aliqui in Ecclesia vel tolerant, vel probant?

16) Quum petis phrasas istas tuas excusari: hoc ipso fateris vitiosas esse.

rit, quod non & S. literarum testimoniis, & aliorum Dd. consensu, defendi saltem probabiliter (6) possit. Nam quoties in Scriptura legimus, Deum aliquando, certis de causis, aut minas, aut promissa sua (7) revocasse, quæ antea, tanquam certò futura, (8) nudè proposuerat; (prout exempla passim extant, Num. 14. v. 12. & 20. & 1. Sam. 2. v. 30. & 13. v. 13. 14. item 1. Reg. 21. v. 21. & 29. & 2. Reg. 20. v. 1. & 6. Jon. 3. v. 4. & 10. & c.) immò quoties ipsum Deum eidem homini, aut populo, modò placatum, aut propitium, modò iterum in alteram partem conversum, fuisse legimus: (quæ quidem phrasæ tum alibi, tum Deut. 30. & 32. Psal. 78. & 89. & 95. & 106. Nehem. 9. Esa. 63. & c. sæpius occurrunt) toties sanè (9) innuitur, aliquam saltem mutationem, non quidem in ipso Deo, aut Dei essentia; neque in ipsa integra, & absoluta, primariaque ejusdem voluntate; sed in aliqua tamen decretorum ipsius parte, factam fuisse: ac proinde hanc ipsam partem antea velut in (10) suspensio relictam, nec præcisè huc, aut illuc, à Deo determinatam fuisse & c. Unde certè hæc mea dicta commodè satis explicari (11) possunt. Quorum etiam similia, aut æquipollentia, immò quibus etiam longè duriora, passim apud (12) Patres, itemq; (13) modernos Dd. obvia sunt. V. g. Cum ajunt, Deum quædam præscire, & velle definitè: quædam præscire, & velle indefinitè & c. (ut Nic. Hemmingius De univers. grat. pag. 15. & seqq.) item, decreta quidem Dei ἀνυπόθετα, nullo modo mutari: quæ verò cum hypothesi vel expressa, vel tacita fanciuntur, ea pro ratione conditionis impletæ, vel non impletæ, interdum mutari, vel non mutari & c. (ut D. Hunnius de Prædest. pag. 389.) item, voluntatem Dei in rebus suis, sive ad ipsius naturam pertinentibus, semper immutabilem esse: sed in rebus nostris, sive quas de nobis extra sese decrevit, toties mutari, quoties nos ab impietate ad pietatem, aut contrà mutamur & c. (ut Augustinus Steuchus in Cosmogr. ad Genes. cap. 1.) Sed hanc tamen postremam phrasin usurpare ipse haud facilè velim. Illas verò priores à mente S. Scripture (14) minime alienas esse crediderim, nisi fortè sinistra interpretatione corrumpanitur. Quòd si igitur istas, aliasq; similes, loquendi formulas (15) Ecclesia hæctenus tolerare potuit, immo ex parte probare: quanto magis illas meas, quæ omnibus hisce leniores sunt, humaniter (16) excusari par est? præfer-

præsertim quum ipse passim ultrò confitear, decreta Dei, sive absoluta, sive (17) conditionata, (modò integrè sumantur, & rectè intelligantur) (18) nunquam revera mutari; sed constanter & ἀμεταμελήτως ex parte Dei perpetuò servari.

quo modo, Non tota. Nam quum dicis, decreta Dei nunquam revera mutari: perinde modo nullâq; ex parte mutari.

2. Itaque si rationibus locum dare velis, (quod te in posterum facturum spero) non poteris hæc enunciata mea, (19) rectè quidem accepta, deinceps εὐθελοῦς simpliciter vocare: quippe quæ non modò in ipsa Ratione, sed etiam (20) in S. Scripturis, probè fundata sunt. Cùm enim voluntatem Dei, in rebus quibusdam (arbitrio scilicet nostro relicta, sive naturali nostræ libertati, ejusque usui, à Deo ipso permissis) (21) aliquo modo mutabilem esse dico: cùmque Deum, non quidem decretum suum, (id enim non dico) sed (22) partem aliquam decreti sui connexi, aliquando mutare, assero: tum nihil aliud intelligo, quàm (23) conditionem ipsam, sub qua decretum illud Dei factum est, (quæque (24) pars aliqua decreti dici potest) per se mutabilem esse: & prout hæc fortè mutatur, ita consequenter alteram decreti partem, quæ à conditione pendet, (quæ tamen ipsa (25) per se Dei decretum non est,) in hoc, vel illo, particulari objecto, aut effectu suo, verè mutari: sic tamen, ut interim vera & plena Dei voluntas, seu decretum ipsum (26) integrè sumptum, revera nunquam mutetur. Qua quidem in re nihil absurdi reperiri potest: nisi quis nodum in scirpo quærere velit.

tur scripsisti, Deum aliquando mutare decretum suum, sed NON TOTUM? Quod quid aliud est, quàm si dixisses, EX PARTE? Quomodo ista inter se conveniunt?

3. Sic cùm dico, quædam sæpe aliter evenire, quàm Deus evenire per se vellet, hoc est, optaret, ac desideraret: tum (27) nihil certè assero, nisi quod experientia ipsa, simulque ratio nostræ libertatis, in quotidianis præsertim peccatis, abunde confirmat. Hæc enim profectò Deus à nobis omitti (28) vellet; contrariaque bona opera fieri (29) mallet: tametsi & illa fieri, & ista omitti, quotidie contingit. Id quod Deus ipse volens ita permittit.

4. Denique non omnia eventa, sive opera nostra, particulatim considerata, divinitus ad unam oppositorum partem jam olim quasi fataliter præfinita fuisse; sed quædam merè contingentia velut in medio relicta, (ut perinde scilicet ad utramlibet partem affecta essent) ex eadem experientia, simulq; ratione nostræ libertatis, satis etiam ostendi (30) potest. De quibus tamen omnibus aliqua semper voluntas Dei jam certa est: videlicet voluntas (31) generatim ea ipsa permittendi, & gubernandi &c. sed non tamen speciatim ac præcisè, vel in hanc, vel in illam partem,

17) Falsa hypothesis.

18) Ergo tibi ipse contradicis. Nec contradictionem effugies per istas exceptiones & cautelas tuas, Aliquod est ac si dicas, ea nullo

19) At quomodo possunt rectè accipi enunciata quæ manifestè pugnant cum sacris literis? qualia ista tua esse ostendi.

20) Nego: & contrarium demonstravi.

21.22) Ιστα σοφὰ φάρμακα nihil te juvant: ut ostendi ad num. 18.

23) Falsa hypothesis.

24) Ex falsa hypothesis falsum consequens.

25) Et quid est hoc dicere, Pars decreti non est decretum Dei PER SE?

26) Si decretum Dei INTEGRÈ sumtum, revera nunquam mutatur: cur igitur

27) Imò asseris quod pugnat cum natura Dei omnipotentis.

28.29) Exple sermonem: quid erit? Nempe, VELLE fieri, MALLE fieri: si modò efficere possit ut fieret. An hoc non est negare omnipotentiam Dei?

30) Non potest. nam naturalis rerum contingentia & decretum Dei de illis definitè gubernandis, sese mutuò non tollunt. Id quod tu ipse agnoscis in tractatu tuo de Deo pag. 262. Verba tua recitavi ad sect. 60. §. 1.

31) Petitio principii.

eadem omnia necessitandi &c. prout ista plenius alibi supra exposui; immo in hoc ipso loco, unde sententias istas citasti. Ad quem proinde, studio brevitatis, hinc (32) provooco.

32) Et ego provooco ad locum quem modò allegavi.

SECTIO LXX.

An omnia, quaecumq; fiunt, respectu Dei necessario fiant.

NOTA PISCATORIS.

P Ag. 308. Circa medium, negat, quoad primam causam omnia fieri necessario. Quod & ipsum ἀθεόλογον est.

RESPONSIO VORSTII.

NOTÆ PISCATORIS.

1) Feci autem in Refut. Parasc. cap. 1. partis prima, ad §. 7. & 8. Eò & te ipsum & lectorem remitto.

2) Primo: nempe, Credo in Deum omnipotentem. Nā si Deus omnipotens est, & omnia qua fiunt, ut fierent decrevit: sequitur, respectu hujus decreti omnia fieri necessario. quippe quod Deus & fieri vult, & ut fiat, efficere potest, id non potest non fieri: ac proinde fit necessario.

3) Illi qua agit de natura seu attributis Dei: ubi etiam agitur de Dei omnipotentia & immutabilitate. 4) At cur tu non profers nisi unicum: & ne hunc quidem signanter: quippe quum nec caput Bibliorum, nec versum, ubi testimonium illud exstet, annexes. 5) Imò & liberè & necessario. Liberè quidem, quia non coactè, sed voluntariè: necessario verò, quia Deus decreverat permittere ut peccarent, atq; etiam voluntatem eorum ad motum illum cui peccatum accidebat, inclinare. 6) Imò fieri potest: ut ex modò dictis apparet. Nihil enim impedit (ut tu ipse scripsisti) quò minus idem effectum ratione proximæ causæ contingens, ratione autem remotæ causæ necessarium appelletur. Vide tractatus tui de Deo pag. 262.

7. 8) Nego istud connexum: ei q; oppono tua ipsius verba qua modò recitavi. 9. 10. 11) Ista absurda non sequuntur ex illa assertione, Quòd quoad primam causam, omnia fiant necessario: sed ex cōsequente falso, quòd tu ex illa assertione falso deduxisti.

12) Nego consequentiam, quia necessitas illa infallibilitatis non impedit quò minus homo contra Dei mandata agat liberè, id est, non coactè, sed voluntariè.

1. Non satis certè est dicere, Hoc ἀθεόλογον est: nisi rationem dicti tui sufficientem afferas; simulq; contrariæ sententiæ argumenta probè diluas. Quorum hinc certè neutrum (1) facis. Immo si periculum feceris, neutrum à te ritè fieri posse senties. Nam (2) cui tandem articulo fidei, aut (3) cui S. Theologiæ parti, hæc negatio mea repugnat? Quin contraria potiùs assertio tua (4) multis Scripturæ locis adversatur: speciatim iis, quæ primos saltem parentes (5) liberè, ac non necessario, peccasse testantur. (6) Fieri enim nequit, ut idem actus liber simul & necessarius sit, hoc est, indifferens simul & inevitabilis. De quo statim ampliùs.

2. Meæ quidem negationis hæc una ratio pro multis esse potest: quòd alioqui merè fatalis & inevitabilis omnium actionum nostrarum necessitas (7) inducatur: & vera creati arbitrii libertas, omnisque rerum contingentia, planè (8) tollatur: atque ita porrò universum Religionis studium (9) enervetur: immò etiam Deus ipse omnium peccatorum verus autor reipsa (10) efficiatur, & præterea multiplicis injustitiæ (11) arguatur &c. Si enim omnia quæ fiunt, respectu Dei (hoc est, divini decreti) necessario fiunt, ita videlicet, ut aliter hujus decreti vi fieri non possint, quàm reipsa fiunt: (12) tum aut peccatum non est peccatum, sed inanis tantum.

tantum opinio, (ut Libertini olim putabant) quia tum propria ipsius peccati affectio planè à peccato ipso (13) tollitur: quippe quæ libertatem, & (14) evitabilitatem, actionis semper includit: aut peccatum saltem ab homine (15) auferendum, inque ipsum Deum, sive in Dei decretum, (16) omnino transferendum est: quum (17) non illius, sed hujus vi, omne peccatum, sicut fit, necessariò fiat: prout eodè hoc loco, quem ipse citasti, copiosius (18) declaravi. Tuum nunc est, seriò experiri, quomodo hanc rationem, vel solam, solidè (19) refutare possis. Plures invenies, si quidem plures examinare voles, apud D. Arminium in Exam. contra Perkins. pag. 106. & præsertim 135. & seqq.

contra Dei mandata agat voluntariè. 16) *Nego consequentiam, quia etsi peccatū respectu decreti divini necessariò fit: tamen fit ab homine volente: nec in Deum transferri potest ut in authorem seu effectorem: quia Deus non decrevit peccata efficere, sed permittere & gubernare.* 17) *Imò fit etiam illius (nempe hominis) vi: quia fit per illius voluntatem.* 18) *Et ego declarationem illam tuam refutavi, loco allegato ad num. 1.* 19) *Refutavi jam. An solidè: sit iudicium, penes lectorem.*

13) *Non tollitur: quia relinquitur voluntarius peccantis motus.*

14) *Falsa hypothesis. Et ita falsa veris immiscet. Wie die betrügischen wurtzfrämer meusdräck vnder den pfeffer mengen.*

15) *Nego consequentiam, quia necessitas actionis quæ pendet à decreto Dei, non impedit, quò minùs homo*

SECTIO LXXI.

An, & quomodo, decreta Dei, & quidem omnia, æterna sint.

P Ag. 310. in fin. & 311. in principio dicitur, generale Dei decretum posse consistere, etiamsi specialia ejusdem decreta nondum existant.

NOTA PISCATORIS.

Quo ipso negatur, decreta Dei 1. omnia æterna esse. 2. ἀθεόλογον.

RESPONSIO VORSTII.

I. Decreta Dei non (1) simpliciter æterna esse, puta non eodem prorsus æternitatis (2) gradu, & (3) modo, quo Deus ipse æternus est, jam satis antè (4) probatum esse puto. Ratio enim clara inter alias hæc est: quòd solus Deus simpliciter æternus sit, (5) hoc est, omnis originis & causationis expers; quòdque decreta Dei (6) non sint ipse Deus: quippe quæ libera Dei effecta sint, &c. Aut (7) igitur plura entia æterna statuere debes, quæ à sese ipsis semper exstiterint: aut decreta Dei non simpliciter æterna esse fatendum est. Nisi forte decreta Deum ipsum esse, cum nonnullis asserere velis. Quod vix crediderim. Interim æterna hæc sunt alio respectu, & peculiari modo; videlicet, quatenus (8) ante secula,

gatione originis vel causationis: sed negatione temporis. Certè Filius Dei & Sp. S. sunt simpliciter æterni, sicut Pater: quia non habent temporis vel initium vel finem: & tamè Filius ortus est ex Patre per ineffabilem generationem: itèmq; S. S. ortus est ex Patre & Filio per ineffabilem processionem seu emanationem. 6) *At hoc non obstat, quòd minùs simpliciter æterna sint: i. e. nullum temporis initium habeant. Sicut splendor solis non est ipse sol: & tamè eandem cum illo temporis durationem habet.* 7) *Nego consequentiam. Negationis ratio patet ex dictis.* 8) *At istis verbis non in-*

NOTÆ PISCATORIS.

1) *Si negas, decreta Dei esse æterna simpliciter, hoc ipso negas, esse æterna. Itaq; verè dixi, te hoc negare.*

2.3) *Petitio principii. Quasi verò æternitatis sint diversi gradus & modi! Hæc cerebri tui commenta sunt.*

4) *An ita sit, iudicet lector, collatis iis quæ ego contra disserui.*

5) *Falsa expositio. nam æternitas non definitur ne-*

f 2

dicatur peculiaris aeternitatis modus: quippe quum de Deo quoque verè dici possit, quòd fuerit ante secula, sive ante mundi foundationem.

9) Imò facilimè. An non enim res minimi momenti sunt, casus passeruli, & casus capilli? At de istis decreta Dei facta sunt, teste Christo Matth. 10. v. 29. & 30. Omnia autem Dei decreta aeterna sunt: ut tu ipse fateris, licet eis affingas peculiarem aeternitatis modum.

10) Imò ἀπελόγητον est, statuerè aliqua Dei decreta conditionata.

11) At iste ordo non importat gradus aeternitatis. Est enim ordo naturæ, non temporis.

12) At ubi talis ordo traditur in scriptura?

13) Imò præscientiam nulli sequitur Dei decretum, quia ipsa præscientia à decretis Dei dependet, ac proinde ordine naturæ sequitur illa.

14. 15) En delaberis hic, vi veritatis victus, ad ordinem naturæ: quum tamen disputare cœperis de ordine temporis.

16) Ἀειλογία, & petitio principii odiosa.

17) Nego consequentiam. Negationis ratio patet ex dictis.

sive ante mundi foundationem, à Deo facta sunt. Sic enim, & non aliter, hanc decretorum aeternitatem S. Scriptura passim declarat. 1. Corinth. 2. Ephes. 1. 2. Timoth. 1. Tit. 1. &c. Ex qua etiam (9) difficulter ostendes, omnia Dei decreta, etiam de rebus minimi momenti, jam inde ab æterno facta fuisse. Quod ego tamen negare nolim: modò ne omnia præcisè & absolutè jam tum decreta fuisse dicantur. Id quod verè (10) ἀπελόγητον esse puto.

2. Porrò cum ista jam dicta aeternitate non pugnat (11) ordo, seu dispositio, & τὰξίς illa, quam Deus inter decreta sua, ex sensu plerorumque Doctorum, liberè constituit: & juxta quam (12) generalia, & necessaria, semper præcedunt; specialia verò, & contingentia, sequuntur. Est enim voluntas Dei hîc quædam antecedens, quæ præscientiam ejus absolutam, seu definitam, necessariò præcedit: quædam verò consequens, quæ eandem præscientiam (13) sequitur: prout vicissim scientia Dei quædam omnino necessaria, & purè naturalis est, quæ liberum ejus decretum antecedit; quædam verò libera, quæ decretum ejus aliquod præsupponit, eodemque (14) naturæ ordine posterior est &c. Ex qua diversitate tum voluntatis, tum scientiæ divinæ, dispositio quoque, sive subordinatio quædam, inter varia Dei decreta necessariò emergit: secundum quam alia priùs, alia posteriùs, (15) ordine naturæ in Deo existunt: sic tamen, ut omnia ((16) partim absolutè, partim conditionaliter; item partim generaliter, partim specialiter accepta) suo modo aeterna, hoc est, sæculis omnibus hujus mundi priora, sive antiquiora sint, saltem ut esse possint. Alia namque aeternitas omnibus Dei decretis tribui non potest: (17) nisi diversa decretorum genera inter se permiscere, immo ex Dei decretis Deum ipsum efficere, atque ita causam & effectum inter se confundere velimus.

SECTIO LXXII.

De loco Roman. 11. v. 36. In ipsum sunt omnia.

P Ag. 317. Citatur locus Roman. 11. v. 36. Ex ipso, & per ipsum, & in ipso, sunt omnia. Dicendum erat, in ipsum: quia in Græco habetur, ἐἰς αὐτὸν: & notatur finis.

RESPONSIO VORSTII.

NOTA PISCATORIS.

1) De hoc non est questio.

Erratum hoc meum ultrò agnosco: quod tamen per se (1) veniale, ac leviculum est: quia non tam meum, quàm typographicum, esse videtur. Nam

Nam alibi non semel in illo ipso Tractatu aliter ipse citavi. Nisi forte vulgata versio mihi tum ad manum fuit, quæ subito exscribentem fefellerit. Denique quidquid sit, rectè hoc te monuisse agnosco: & jam nunc lubens emendo. Si omnes censuræ tuæ huic uni similes essent, lubens meritòque manus ubique darem.

SECTIO LXXIII.

An, & quatenus, dominium Dei sempiternum sit.

P Ag. 318. lin. 8. cis fin. Dominium Dei necessariò sempiternum, non autem temporale est.

NOTA PISCATORIS.

Hinc videtur sequi, 1. 2. 3. mundum quoque, tanquam domini illius objectum, sempiternum dici oportere. Id quod absurdum est.

RESPONSIO VORSTII.

1. Rectè dicis, *videtur*. Non enim verè sequitur, etsi sequi aliquatenus videtur. Sempiternum enim Dei dominium hinc præcipuè, ac propriè, dicitur à parte (1) *posteriore*: quia videlicet, ex quo semel cœpit, semper durat, & in æternum deinceps durabit: quum contrà humana imperia perpetuò mutantur, & tandem omnia desitura sint. Quo sanè sensu *æternum, & temporale* (αἰώνιον, & ὁρατόν) etiam in S. literis interdum opponi solent. Vide 2. Corinth. 4. in fine, & alibi passim. Matth. 25. Heb. 6. & 7. & 13. Apoc. 14. &c. Nam *temporale* usitatè & vulgò id dicitur, quod in tempore oritur, & interit; sive quod principium simul & finem habet: V. g. vita hæc animalis, quam in hoc mundo vivimus: *æternum* verò, quod licet principium aliquando habuerit, finem tamen nunquam habebit: V. g. vita æterna, quam nos Christiani jam speramus, in altero seculo re ipsa habituri.

2. Si quis tamen æternitatem illam à parte *anteriori*, & quidem *absolutè*, accipere hinc velit: non omnino absurdum erit, etiam hoc sensu *aliquatenus* æternum Deo dominium adscribere. Non quòd *mundus* iste ab æterno fuerit, aut ulla *res alia creata*, in quam dominium suum re ipsa Deus semper exercuerit: sed quòd ipsa hujus domini (2) principia, & fundamenta (puta naturalis Dei excellentia, & liberrima quidvis volendi, agendique potestas: quæ super omnia, etiam sola potestate entia, sese extendit &c. Rom. 4. v. 17. Heb. 11. v. 3.) jam inde ab æterno in Deo fuerint: in quibus ipsum Dei dominium jam tum fundamentaliter, seu quasi virtualiter, fatentibus omnibus, existeret.

NOTÆ PISCATORIS.

1) Ego intellexeram simpliciter: ac proinde etiam à parte anteriore.

2) At non sequitur, Domini principia sunt æterna à parte anteriore: ergo ipsum dominium sic æternum est. Sicut non sequitur, Ædificii principia (puta præcepta ædificandi in mente architecti, & voluntas ædificandi si usus postulet) fuerunt jam multis annis: ergo ædificium quoque, quod elapsis illis annis ædificavit, fuit illis ipsis annis.

3) Quasi verò necesse sit ut tempore simul sint decretum & usus rei decreta.

4) Sed falsa: ut demonstra- vi in Refut. Parasc. partis secunda cap. 6.

3. Ne jam dicam, libera Dei decreta fieri non potuisse, sine (3) usu aliquo legitimi domini: quæ tu tamen omnia simpliciter æterna statuere videris: uti jam semel iterumq; audivimus: saltem quæ juxta S. Scripturæ quoq; stylum æterna rectissimè vocari possunt, licet à Deo liberrimè facta sint. Neq; item illud attingam, æternum etiam ab antè dici aliquatenus id posse, quod mundi hujus foundationem quoquo modo præcessit: Et hoc sensu actuale Dei dominium saltem super *Angelos* (quippe ex (4) hypothese quorundam Patrum, *Basilii, Hilarii, Ambrosii, Hieronymi &c.* hoc visibili mundo longè antiquiores) eorumq; domicilium cœlesti, se se ab æterno exseruisse, seu revera jam tum in iisdem locum habuisse. Vide *Exeg. cap. 13.* Sed hoc postremum tamen, ut incertum, in medio relinquo. In reliquis autem firmiter acquiesco, maximè in primo, & secundo *Responsionis* membro. Ex quorum vero sensu etiam *Scripturam* commodè accipi posse putaverim, cum Deum absolutè *Regem seculorum* appellat, ejusque Imperium, seu Dominium, simpliciter æternum esse affirmat: prout *1. Timoth. 6. Psal. 145. Dan. 4. & passim alibi, videre est.*

SECTIO LXXXIV.

An, & quatenus, decretum Dei aliquod conditionale dici possit.

P *Ag. 352.* sub finem affirmat, decretum Dei de nostra salute esse conditionale: quia Deus decreverit, se procuraturum salutem nostram per certa media &c.

NOTA PISCATORIS.

Confunduntur hîc decretum, *1.* seu actus decernendi, & res decreta, seu objectum decreti. Res decreta, nempe salus nostra, est conditionalis: at ipsum decretum conditionale non est, *2.* quia à nulla re extra Deum pendet.

RESPONSIO VORSTII.

NOTÆ PISCATORIS.

1) Certè confusio apparet in eo, quòd tribuis decreto id quod proprium est rei decreta.

2) Conaris quidem docere, sed frustra.

3) Neq; ego sic argumentor: sed simpliciter pronuntio,

Rem decretam, nempe salutem nostram, conditionalem esse: at decretum ipsum conditionale non esse. 4) Nego consequentiam: quia scriptura testatur, decretum Dei de nostra salute pendere à puro Dei beneplacito, Ephes. 1. v. 5. Salutem verò interim pendere à conditione fidei, Rom. 10. v. 9.

1. Nulla certè harum rerum in verbis meis (1) confusio apparet: quippe in quibus distinctè (2) doceo, quatenus decretum Dei de salute nostra, vel absolutum, vel conditionale, verè dici possit. Non (3) sequitur autem, ideò decretum Dei nullo modo conditionale esse, quia objectum ejus conditionale est: quum nihil vetet, & decretum, & objectum ejus, simul esse conditionale. Et certè (4) quia objectum conditionale

tionale est, ideo decretum quoque tale esse, si non necessarium, (5) saltem (6) verisimile est: nempe, (7) quia actus plerumq; objecto suo conformis est. Saltem utrumq; simul hinc esse conditionale, (8) mihi certum est. Objectum quidem verè est tale, vel ex tua ipsius confessione. Decretum verò etiam tale esse, (9) ex formali ejusdem ratione, suprà non semel à me exposita, satis evincitur.

2. Objectio tua jam diu præoccupata fuit à me, satisque antè refutata: & quidem eo ipso, quem hinc citas, loco. Concedo enim illic, decretum hoc Dei non esse conditionale, sed absolutum, respectu causæ efficientis, aut primariæ impellentis, quam *αεγνη υπεβλω* appellant: quia talem causam extra Deum, seu Dei beneplacitum, Ephes. 1. v. 5. &c. nullam hinc esse ultrò fateor. Sed hinc concludendum tibi non (10) erat, nullo igitur modo conditionale esse: quia saltem respectu causæ formalis, quæ certè & ipsa vera, immò præcipua & intima, rei causa est, ita vocari (11) potest: prout ibidem non ineptè mihi videor (12) ostendisse. Quæ sanè distinctio tibi (13) dissimulanda non erat, siquidem ipsa falsa, aut inepta, tibi videretur. Sed in posterum eam, ut spero, amplius (14) examinabis. (15) Vide plura Sect. 4. & II. & 18. &c.

executione! 10) Imò prorsus ita concludendum mihi erat: quia conditionale non alio sensu dicitur, quàm quod pendet à conditione tanquam causa efficiente. 11) Nego. 12) Judicet lector. 13) 14) Non dissimulavi, sed examinavi ac refutavi in Refut. Parasc. partis primæ cap. 1. ad enuntiatum 2. 15) Et tu ibi vide, atque etiam lector videat, (si placet) quid ad tua responderim.

5) En quomodo fluctuas?
6) At verba tua præ se ferunt affirmationem consequentia necessaria. Non enim dicis, Verisimile est esse conditionale: sed dicis, OMNINO conditionale, seu conditionibus quibusdam circumscriptum esse, FATTENDUM est: tractatus tui de Deo pag. 352. sub fin.

7) Obscura probatio.

8) Egregia verò probatio: qua meram principii petitionem aperte præ se fert! Mihi certum est: id est, Ego pro certo habeo: Ergo revera certum est.

9) At formalis illa ratio quam tu ponis, falsa est: quasi scilicet idem sit ordo in decreto, qui est in decreti

SECTIO LXXXV.

Iterum de loco 1. Timoth. 2. v. 4. Vult Deus omnes homines salvos fieri.

P Ag. 353. lin. 5. citatur locus 1. Timoth. 2. Vult Deus omnes homines salvos fieri: tanquam ibi per omnes significantur singuli.

NOTA PISCATORIS.

At significantur illic 1. 2. omnis generis homines.

RESPONSIO VORSTII.

1. Si ritè nobis probare posses, Apostolum hinc de voluntate Dei absoluta, simul & (1) consequente, tantummodò loqui, tum expositio tua, à me quidem, facilè admitteretur. Nunc quum aliter seres habeat, admitti hæc salvâ veritate non (2) potest.

2. (3) Videat autem pius Lector, quid jam suprà Sect. præsertim 4. de vera hujus loci sententia disputatum sit. (4) Experire etiam dein-

dem à me quoq; disputatum sit. 4) Expertus sum: an verò solidè refutaverim rationes istas, judicet lector.

NOTÆ PISCATORIS.

1) Non est necesse ut hoc probem: neq; æquum est ut hujus rei probatio à me postuletur, quum voluntatè illam consequentem pro stituta habeam.

2) Imò potest.

3) Videat quoque, quid ibi-

ceps tu ipse, si placet, an rationes, ibidem contra te allatas, solidè refutare possis. Saltem cogita, non satis esse, si dixeris, *omnis generis* homines, hoc est, aliquos tantùm, hîc per omnes homines intelligi non modò posse, sed etiam debere: nisi rationes hujus tui dicti (5) attuleris, in S. textu benè fundatas; simulq; argumenta contraria probè (6) dilueris. (7) Fac igitur periculum: & (8) grave onus suscipere te hîc senties.

- 5) Attuli.
6) Dilui.
7) Feci.
8) Imò leve.

SECTIO LXXXVI.

An Evangelium hætenus ubique prædicatum sit.

P Ag. 362. lin. 5. *cis finem inquit:* At sub Novo Testamento Evangelium omnibus creaturis, quæ sub cælo sunt, palàm annuntiatur.

NOTA PISCATORIS.

At illud ante hoc tempus 1. 2. non fuit annuntiatum hominibus illis, qui degunt in novo orbe.

RESPONSIO VORSTII.

NOTÆ PISCATORIS.

1) Si prorsus abjecerunt Evangelium sibi annuntiatum: ergo illud non amplius eis annuntiatur. Id quod pugnat cum tua assertionem: ut patet.

2) Ergo fateris, Evangelium non omnibus nationibus annuntiatum esse, annuntiatum rive hodierno die.

3) Quasi verò sit voluntas Dei alia antecedens, alia cõsequens! Aut quasi quod Deus fieri vult, non necessariò fiat!

4) Ergo statuis, Deum etiam sub V. T. voluisse ut Evangelium ubiq; annuntiaretur. At quomodo hæc assertio convenit cum pronuntiato Pauli, Deus præteritis ætatibus, sicut omnes gentes suis ipsarum viis incedere? Act. 14. v. 16.

1. Unde verò constare id tibi certò potest, mi D. Piscator, quod de hominibus istis novi orbis hîc asferis? An inde fortasse, quia nostro tempore nulla S. Evangelii apud ipsos prædicati certa indicia supersunt? Atqui hoc valde infirmum est: tum quia in contrarium historici quidam asferunt, ejusmodi quædam indicia, et si satis obscura, alicubi locis illis adhuc extare: tum quia nihil vetat, ipsorum majores, aut sub ipsis Apostolis, aut paulò vel diu post, Evangelium quidem audivisse; sed vel statim, vel sequentibus seculis, sensim ac tractu temporis, illud ita prorsus (1) abjecisse, aut etiam ab aliis populis ita deinde oppressos fuisse &c. ut nulla hujus prædicationis, aut confessionis, evidentia signa seculis jam aliquot ibidem supersint. Nihil enim horum per se ἀσυστατον est.

2. Sed quidquid de hoc sit, saltem ad dictum meum probabiliter asferendum, abunde sufficit auctoritas S. Apostoli, Rom. 10. Coloss. 1. &c. qui jam olim suo tempore Evangelium omni creaturæ, quæ sub cælo est, prædicatum fuisse, apertè ac palàm testatur. Sufficit etiam universale Christi mandatum, de Evangelio deinceps sub N. T. omnibus creaturis prædicando, de quæ omnibus ubique hominibus ad fidem, & resipiscientiam vocandis &c. Matth. 28. Act. 1. & 17. &c. Nam quæcunque tandem impedimenta aut jam sint, aut hætenus fuerint, cur Evangelium Christi nondum omnibus & singulis hominibus, aut nationibus, (2) annuntiatum sit: Illud semper arctè tenendum est, Deum (3) antecedente & primaria voluntate sua ((4) præsertim sub N. Testamento) ferio

feriò velle, ut Christus, sive Evangelium ejus, ubique annuncietur; utq; (5) omnes homines ad agnitionem veritatis perveniant, 1. Timoth. 2. v. 4. Tit. 2. v. 11. & porrò salvi fiant: licet secundaria & (6) consequente voluntate (quæ actus nostros morales, saltem in æterna ipsius præscientia, consequitur) interdum de his, aut illis populis, aliquid diversum velit: Actor. 16. v. 7. & seqq. judicio (7) forte nobis occulto, sed nunquam tamen irrationabili, aut injusto. Arcana igitur sua Deo relinquentes, in iis quæ clarè (8) patefacta sunt, securè acquiescamus.

affirmas, causam illius esse enormia istorum populorum peccata? Sect. 19. §. 2. 3) Sed ubi patefactum est, sub N. T. evangelium omnibus creaturis, quæ sub celo sunt, palàm ANNUNTIARI? Pista quolibet tempore N. T. Nam sic eo loco à te intelligi istud verbum, percipitur ex verbis ibid. paulò post sequentibus pag. 303. ubi dicit, sub N. T. salutem æternam in Christo per evangelium ita proponi, ut hinc doceatur, ipsum PRO OMNIBUS UBIQUE hominibus sufficienter mortuum esse.

SECTIO LXXXVII.

De sufficientia mortis Christi: sive an, & quatenus, Christus pro omnibus hominibus mortuus sit.

P Ag. 363. lin. 7. & c. dicit, Christum pro omnibus ubiq; hominibus sufficienter mortuum esse, & salutem omnium seriò expetere.

NOTA PISCATORIS.

At Scriptura testatur, Christum mortuum esse 1. pro *solis* electis. Et si Christus 2. omnium salutem seriò expetit, quí fit, 3. quòd non omnes servat? An igitur id effectum dare non potest?

RESPONSIO VORSTII.

1. Christum pro omnibus ubique hominibus, aliquo saltem modo, verè mortuum esse, non modò S. literæ passim (1) asserunt, 1. Timoth. 2. v. 6. 1. Johan. 2. v. 2. & c. sed & plerique omnes (2) Dd. ultrò fatentur. Vide Kimedonc. de Redemt. lib. 1. cap. 11. & c. (3) Ubinam verò tandem S. Scriptura testatur, Christum pro *solis* Electis mortuum esse? & quidem pro *solis* istis illimitatè, seu quocunque (4) modo? ita scilicet, ut pro incredulis, ac pereuntibus, licet alioqui vocatis, ne (5) sufficienter quidem mortuus sit? Audiamus quæsò duo, vel tria, iminò unicum saltem S. Scripturæ testimonium. Si enim periculum probandi feceris, ne unum qui-

habet. 3) Resp. In omnibus istis locis ubi de hac re loquens, solorum electorum meminit, inepta: nisi esset emphatica; ita ut tacitam antithesin includeret. 4) Ubi verò scriptura tradit diversos modos quibus Christus mortuus sit PRO hominibus? 5) Modus iste fictitius est: quia non modificat finem seu scopum morientis Christi: (de quo hic est questio) sed mortem ipsam. Et distinctio illa qua dicitur, Christum pro omnibus mortuum esse sufficienter, pro solis electis efficienter seu efficaciter, inanis est: quia implicat contradictionem: quum vocula PRO hic

NOTÆ PISCATORIS.

1) Nego. Nec id probari potest è locis allegatis. nam 1. Tim. 2. v. 6. vocabulum OMNES non significat cunctos, sed omnis generis electos. Similiter 1. Joh. 2. v. 2. per TOTUM MUNDUM nò intelliguntur singuli homines in mundo degentes, sed tantum omnes electi per mundum dispersi.

2) Ista probatio nullã vim qua expressa mentio esset

qua expressa mentio esset

notet finem seu scopum Christi morientis, & per consequens efficaciam mortis, nam quod Christus morte sua efficere sibi proposuerat, id haud dubie effectum dedit. Non autem morte sua redemit omnes homines, salvosve fecit: igitur nec pro omnibus mortuus est, id est, eo fine atq; proposito ut morte sua omnes redimeret, salvosq; redderet. Ergo nec dici potest, mortuum esse pro omnibus sufficienter. Sequeretur enim, mortuum esse pro omnibus: cuius contrarium jam est demonstratum.

6) Imò fundatur in omnibus istis locis de quibus dixi ad num. 3.

7) Quasi verò immodeste aut incaute loquatur, qui consentienter Scriptura loquitur!

8) En quomodo fluctuas! Nunc dicitis OMNES simpliciter: mox illud restringis ad vocatos, quo ipso fateris, Deum non expetere salutem OMNIUM.

9) Judicet lector.

10. 11) Quasi verò quoscunq; Christus aliquatenus ad se vocat, illi omnes laborent & sitiant! Certè vocavit ad se omnes Hierosolymitanos, Matth. 23. v. 37. At multi ex illis, ac imprimis scribae & Pharisei, nec laborabant, nec sitiebant.

12) Apage blasphemiam. 13) Falleris & fallis ex homonymia. Johan. 3. v. 17. vocabulo mundi intelliguntur credentes, ut continenter declaratur v. 18. Johan. 6. v. 51. eodem vocabulo intelliguntur electi. 1. Timoth. 1. v. 15. dicitur, Christum venisse in mundum, ut servaret peccatores: sed non additur, OMNES. 1. Timoth. 2. v. 6. dicitur, Christum dedisse semetipsum redemptionis pretium pro omnibus. Sed ibi intelliguntur omnis generis electi Heb. 2. v. 9. dicitur, Jesum paulisper inferiorem factum fuisse angelis ut mortem gustaret pro omnibus. Sed ibi intelliguntur filii Dei, ut patet ex v. 10. 14) Falsa hypothesis, & petitio principii. 15) Præceptum illud neq; generale seu universale est. & si maximè tale esset, inde non posset concludi quæstio proposita. 16) At neq; ex ista promissione concludi potest quæstio.

17) Exspecto quomodo negationem hanc tuam sis probaturus.

18) Ergo nunc negas, Christum velle omnes homines servare. At in sententia proposita dicitis, Christum salutem omnium serio expetere.

19) Sed vide quæso, quàm astute hic sophisticeris. Legitima antithesis postulabat ut vocem illam Absolutè jungeres cum verbo servare: sicut hic voces istas, Hoc modo, cum eodem verbo jungis. At tu vocem illam Absolutè junxisti cum verbo Possè. Si excipies, te vocem istam in protasi quoq; antitheseos junctam velle cum verbo servare: jam disiectis à quæstione, Non enim hic est quæstio de modo servandi, sed simpliciter de servando.

dem locum uspiam extare tandem deprehendes, in quo vel disertis verbis, vel saltem quoad rem ipsam, exclusiva hæc assertio tua legitimè (6) fundetur. Itaq; saltem (7) modestiùs, & cautiùs, in posterum hinc tibi loquendum esse vides.

2. Porrò Christum serio expetere omnium salutem (eorum (8) saltem omnium, quos aliquatenus ad se vocat) non semel antè sufficienter à me (9) probatum esse puto. Certè vel unicum illud Christi dictum: Venire ad me omnes, (10) qui laboratis: Matth. 11. Item illud, Omnis (11) qui sitit, ad me veniat &c. Johan. 7. &c. non obscuram assertioni meæ fidem faciunt. Nisi fortè (12) hypocriticè Christum hinc locutum esse dixeris. Quod absit. Accedunt etiam tot S. Scripturæ testimonia, de proprio & præcipuo fine adventus Christi in mundum: qui videl. est, semperque fuit, (13) mundum non damnare, sed servare; hocq; ipso consilio mortem pro omnibus obire &c. Johan. 3. & 6. &c. 1. Timoth. 1. 15. & 2. 6. Heb. 2. &c. Denique omnia illa Scripturæ loca hinc pro me militant, quibus vel (14) universale Christi beneficium, Johan. 1. & 8. &c. (puta quoad salutis impetrationem, & gratiæ oblationem &c.) nobis emphaticè commendatur: vel (15) generale credendi, ac resipiscendi præceptum, Mar. 16. Act. 13. & 17. &c. cum generali, licet conditionata, justitiæ ac salutis æternæ (16) promissione, serio nobis offertur: atque ita verè generalis Dei *φιλανθρωπία*, idq; nomine ipsius Christi, vocatis omnibus sincerè proponitur.

3. Neque verò contraria illa quæstio, seu potius exceptio tua, quidquam virium hinc (17) habet. Nihil enim facilius est, nihilque clarius, ac certius, eo responso, quod vulgò ad quæstionem istam dari solet: nempe, (18) Christum (19) absolutè quidem posse omnes omnino homines servare, etià reluctantes & invito, si vellet: sed hoc modo nec debere ipsum, nec velle homines servare: velle tamen omnes servare alio modo, & quidem se-

dem feriò; (20) puta interveniente ipsorum libero assensu, ac voluntaria cooperatione; Actor. 2. 41. & 7. 51. & 13. 42. & seqq. postquam scilicet ab ipsius gratia præventi ac sufficienter jam excitati, illustrati, impulsivi denique fuerint. Quòd igitur non omnes re ipsa Christus servat, causa non est, quòd absolutè facere id non possit: neque quòd simpliciter facere id nolit: sed quòd non nisi certâ quadam ratione, ac viâ divinitus præscriptâ (quæ videlicet naturalem arbitrii nostri libertatem, ejusque actuale exercitium, necessariò includit) facere id velit: adeoq; jam, ex hypothesi loquendo, facere aliter non possit, nisi contra suum ipsius verbum, sive ordinem à seipso fancitum, agere velit. Quod absit. Vide inter alia, (21) parabolam Christi de quadruplici agro, & diversa ejusdem fructificatione: Matth. 13. Luc. 8. & c. licet idem semen, ab eodem fatore, sedulo sparsum esset & c. Sed nimirum fons tui (22) erroris est, quòd nullam in Deo, aut Christo (quà quidem Deus est) voluntatem conditionatam, aut consequentem & c. agnoscis: quòdque hoc ipso veram arbitrii nostri libertatem (23) tollis; & porrò Deum omnis mali auctorem re ipsa facis: (24) denique omne studium Religionis, ac veræ pietatis, imprudens (25) enervas. Quæ omnia jam antè, diversis locis, dilucidè fatis (26) exposita fuerunt.

rum absurdorum ex mea sententia sequi. 26) Et expositioni illi refutatio mea fuit.

20) *Garris intempestivè de rebus huc non pertinentibus.*

21) *Parabola illius scopus non est, docere, quòd Deus omnium hominum salutem feriò expetat: (quò tu illam trahere hic vidèris) sed scopus est, occurrere scandalo quod oritur ex incredulitate maxima partis auditorum evangelii: ne quis putet, causam illius incredulitatis esse in ipso verbo Evangelii: hinc enim est quòd Dominus indicat, causam hanc in ipsis illis auditoribus, eamq; variam: sicut in parabola ipsa videre est.*

22) *Imò tu ipse erras, dum talem voluntatem Deo tribuis.*

23. 24. 25) *Nego, ullum istorum opposita.*

SECTIO LXXVIII.

An Cultus N. Testamenti planè spiritualis dici possit.

P Ag. 364. §. Adde. Sub N. Testamento universus Dei cultus planè spiritualis i. ac moralis est.

NOTA PISCATORIS.

Immò ex parte 2. ceremonialis: nempe positus in administratione ac perceptione Cænæ Dominicæ.

RESPONSIO VORSTII.

I. Fateor, actionem S. Cænæ ad ceremoniam Dei cultum (1) aliquatenus referri posse: siquidem in externis signis, & ritibus, (2) simpliciter hærere velimus. Alioqui si proprium, & genuinum, illius finem spectemus, qui est Eucharistica annunciatio, seu commemoratio, mortis Dominicæ & c. I. Corinth. II. Matth. 26. tum cultus iste moralis (3) potius, ac spiritualis, videri debet. Ex fine autem hæc actio tota (4) præcipuè

nem S. Cænæ aliquatenus referamus ad cultum Dei ceremoniale. Imò si simpliciter in illis ritibus hæreremus, tum oporteret statuere, actionem illam non ALIQUATENUS, sed PLANE esse ceremoniale. 3. 4) De hoc non est questio, sed an cultus ille spiritualis sit PLANE.

NOTÆ PISCATORIS.

1) *Ergo etiam fatere, cultum Dei universum sub N. T. non esse PLANE spiritua-*

lem ac morale: sicut in opposita sententia affirmas.

2) *Quasi verò opus sit ut simpliciter hæreremus in externis ritibus, si actio-*

t 2

nobis æstimanda est: quum in ipsius ad finem suum relatione, ut nosti, potior essentia pars, hoc est, forma, seu ratio ejusdem formalis, revera consistat.

5) Præstaret te, ubi te convictum sentis, errata tua ingenuè fateri, quàm excusare: quum excusando tantum te novis erratis involvas: ut hic apparet. Conaris dictum illud tuum excusare primum per synecdochē. At illam respuunt voces *Universus & Planè*. Deinde vis dictum tuum excusare per comparationem, quòd in V. T. ceremonia fuerint plures, quòdque in ceremoniis N. T. magis respiciendum sit ad spiritum quàm ad literam. Sed neque hanc declarationem admittunt voces jam indicata. Pleniorē responsionem videre poterit lector in Responsione ad Parasceven.

2. Quamquam etiam aliter per synecdochē, aut comparisonem quandam, asertio illa mea (5) excusari potest: eo videlicet modo, quo ipsius *Christi, & Apostolorum*, similia quædam dicta meritò tuemur: quibus generatim aserunt, Deum in N. Testamento non per corporales ritus, aut nudas ceremonias, quæ conscientiam non purificant, (quæque Veteris Testamenti propriæ fuisse videntur) sed in spiritu ac veritate, eoque per Fidem, Spem, Charitatem &c. perque alios id genus Spiritus S. fructus, adorari, seu coli velle. Johan. 4. Coloss. 2. Galat. 5. Heb. 9. &c. Etsi enim una, atque altera ceremonia etiam in Novo Testamento à Christo instituta est: tamen in his ipsis non ad externam literam, sed ad spiritum, & rem significatam, unice nobis respiciendum est: eoque totus N. T. cultus planè spiritualis, non corporalis (seu magis moralis, ac non ceremonialis) haud immeritò vocari potest: saltem eo fere sensu, quo ipsum N. Testamentum non litera, 2. Corinth. 3. Rom. 2. & 9. &c. sed Spiritus, appellari solet: & quo veri Judæi non in propatulo, sed in occulto, esse dicuntur; & quo filii Spiritus, non carnis, vocantur &c. Considerabis igitur rem amplius: si modò tanti esse videbitur.

SECTIO LXXIX.

De causa indurationis, vel excacationis impiorum.

P Ag. 372. lin. 5. Etsi misericordia hæc Judæis pariter & gentibus in Evangelio jam olim oblata fuit: in illis tamen non eandem, quàm in istis (sed solâ hominum culpâ) efficaciam re ipsa exseruit.

NOTA PISCATORIS.

Contrarium 1. percipitur ex 2. verbis Pauli, Rom. II. v. 8. 9. 10. *Dedit eis Deus spiritum soporis &c.*

RESPONSIO VORSTII.

NOTÆ PISCATORIS.

1) Scias igitur, me testimonium illud Pauli contrarium esse dicere illi membro orationis tue proposita, ubi dicis, Sed solâ hominum culpâ. Quibus verbis causam disparis efficaciam prædicati evangelii constituis in contumacia Judæorum,

1. Non satis assequor, (1) cui membro, aut sententiæ, in oratione illa mea, contrarium esse dicas S. Pauli testimonium, quod hîc allegas. Num illi, ubi assero, misericordiam Dei *Judæis* pariter & *gentibus* olim oblatam fuisse. An alteri isti potius, ubi nego, misericordiam hanc in utroque populo *pariter* efficacem fuisse; idque ob *solam* hominum culpam &c. Suspicio tamen, te ad utrumque sermonis mei membrum hîc respicere. Quare deinceps distinctius scire velim, quibus in rebus hanc contra-

contrarietatem sitam esse putes, quibusq; argumentis eandem confirmes. Nam prius quidem membrum ipse Apostolus, idque in hac ipsa Epistola, Cap. 1. & 3. & 9. &c. sæpius inculcat: ita ut Judæis etiam prærogativam in eo quandam concedat. *Posterius* autem vel ex hoc ipso loco satis ostendi potest: ubi causa hujus punitionis in antegressa Judæorum contumacia non obscure constituitur.

2. Ego igitur (quod Deus novit) nullam adhuc pugnam inter Apostolum, & me, videre hinc possum: quum ille neque *assertionem* meam, de qua priori loco dixi, vel minimo indicio neget: neq; *negationi* meæ, quæ deinde sequitur, aut ejusdem limitationi, quidquam contrarium asferat. Ait quidem Apostolus, *Deum Judæis illis*, quos ibidem, ut improbos, & rebelles, satis aperte describit, *spiritum soporis dedisse &c.* Sed simul etiam indicat, hanc pœnam ob antegressam ipsorum culpam ipsis inflictam fuisse. Itaque hoc pœnale Dei Judicium non ad *primam & antecedentem*, sed ad *secundam & (2) consequentem*, Dei voluntatem referendum esse docet. Ex qua sanè Apostoli sententia non modò nihil verbis meis contrarium elici, sed etiam robur quoddam iisdem adjici potest. Nam si *propterea* Judæi illi divinitus excæcati, atque indurati fuerunt, quia sua ipsorum voluntate increduli, & rebelles fuerunt: omnino consequitur, Evangelii gratiam jam antè ipsis sufficienter ac sincerè oblatam fuisse: licet non eandem in ipsis, quàm in gentibus, humiliter illam admittentibus, efficaciam exseruerit: idq; (3) nullâ Dei, sed solâ ipsorum culpâ &c. Uno verbo: Apostolus hinc agit de tali Judæorum induratione, quæ gratiæ divinæ contemptum sequitur, tanquam effectus suam causam; sive quæ hujus contemptus justa quædam ultio est; eoque gratiæ oblationem necessariò præsupponit. Tantum abest, ut huic doctrinæ aliquid ipse contrarium hinc tradat. Sed tu omnia, more tuo, ad antecedens & absolutum Dei decretum revocanda esse (4) putas; eoque de re tota (5) perperam existimas. Confer similia loca Psal. 69. Esa. 6. Matth. 13. Actor. 13. & 28. Rom. 9. &c.

SECTIO XC.

De vasis iræ, ac misericordiæ, Roman. 9. quænam utraque sint.

PAg. ead. §. Unde. epitheta illa Paulina Rom. 9. ubi quosdam homines appellat *vasa misericordiæ*, alios *vasa iræ*: ita exponit, quasi per vasa misericordiæ, intelligantur pii; per vasa iræ, impii: & quasi ex vasis iræ possint effici vasa misericordiæ, & contrà.

Et quidem SOLA: quum tamen Paulus incredulitatis illorum causam constituat partim in reprobatione, partim in excacatione Dei, id est, qua Deus incredulos illos reprobaverat atque excacaverat. De reprobatione dicit v. 7. Quod requirit Israël, hoc non est assequutus: sed electio assequuta est; (i. e. electi assequuti sunt) reliqui verò (utiq; reprobat) occalluerunt. De excacatione verò dicit v. 8. Sicut scriptum est, Dedit eis Deus spiritum soporis, oculos ut non videant &c.

2) Falsa hypothesis.

3) Sanè nullâ Dei culpâ: quippe quum in Deum culpa cadere non possit: verumtamen culpa Judæorum nõ fuit solitaria causa incredulitatis ipsorum: sed fuerunt alia causa antiquiores, (quas supra indicavi) videl. reprobatio & excacatio Dei. nam nisi Deus illos reprobasset, contumaciam eorum non permisisset: ac proinde nec causam habuisset, propter illam eos excacandi.

4) Quid ni putem: quum in Scriptura de consequente & conditionato Dei decreto nihil tradatur?

5) Imò tu perperam de re tota existimas, eò quòd statuis esse decretum aliquod Dei consequens & conditionatum.

NOTA PISCATORIS.

Paulus per vasa iræ 1. intelligit *Reprobos*, quos Deus coagmentavit ad interitum: ac proinde, ut in iis exercent 2. suam iram. Per vasa autem misericordiæ intelligit *Electos*, quos Deus præparavit ad gloriam: ac proinde ut in iis exercent suam 3. misericordiam, Rom. 9. v. 22. & 23. Unde planum evadit, nõ posse 4. ex vasis iræ fieri vasa misericordiæ, vel contrã.

RESPONSIO VORSTII.

NOTÆ PISCATORIS.

1) Imò cautio ista repudianda est: quia continet falsam hypothèsin de voluntate Dei consequente.

2) Hac tua oratio implicat contradictionem: Deus decreta hæc fecit secundum voluntatem suam consequentem, & Deus decreta hæc fecit absolutè. Nam si fecit secundum voluntatem suam consequentem: fecit ea propter prævisam impietatem & pietatem: sicut tu ipse paulo post declaras. Si autem fecit Deus illa decreta propter prævisam impietatem & pietatem: non igitur fecit illa absolutè, id est, ex puro beneplacito.

3. 4) Imò fecit, teste apostolo Rom. 9. v. 22. & 23. Ac proinde etiam facere decrevit. Et quidem absolutè decrevit: quia omnia Dei decreta à puro ejus beneplacito dependent. 5. 6) Ista ratio non probat questionem propositam: quia ab ea deflectit, & aliud concludit. Quæstio est de vasorum creatione & decreto creandi: at conclusio est de eventu qui vasis accidit tum ex Dei decreto, tum ex scopo creationis. 7) Nego sequi. nam etsi Deus absolutè (id est, ex puro beneplacito) decrevit in aliis hominum qui peccaturi erant, exercere iram, in aliis verò misericordiam: tamen dum hanc utramque, re ipsa exercet, justè & optimâ ratione eam exercet: quia iram exercet in illis qui eam peccando commoverunt: misericordiam verò exercet in illis qui & ipsi peccando iram commoverunt, sed pro ipsorum peccatis justo Dei judicio satisfactum est per mortem Christi, atque ita ira ejus placata.

8) Ego in hoc negotio urgeo absolutum Dei decretum: quod tu non rectè primariam & antecedentem Dei voluntatem nominas.

9) Scilicet perperam agit, qui rejectis cerebri humani fragmentis, vestigiis sacra scriptura insistit.

1. Fateor ego quidem ingenuè, Paulum per utraque illa vasa eos homines intelligere, quos tu ipse obiter hîc describis: Si modò in applicatione speciali ad singulares personas, unica hæc (1) cautio addatur, Deum ex utraque parte (maximè tamen ex priore, quæ de reprobis agit) non secundum antecedentem, sed secundum cõsequentem voluntatem suam, & decreta hæc (2) absolutè fecisse, & eadem in tempore similiter executioni mandare. Nam quod ad priorem attinet voluntatem, quæ omnem culpæ humanæ prævisionem antecedit: juxta hanc certè Deus nec iræ, nec misericordiæ, propriè dictæ, vasa ulla aut revera (3) fecit, aut absolutè facere (4) decrevit. Non enim (5) irascitur Deus creaturæ suæ, quæ talis est; sed quæ peccatis infecta est. Neque (6) parcere, aut veniam largiri potest, nisi eis, qui pœnam commeriti sunt: prout Scriptura Psal. 5. & 7. & II. & 25. & 38. & 85. & c. & recta Ratio testantur. Quum igitur objectum iræ divinæ, seu justitiæ punientis, sit creatura peccans: similiterque misericordiæ parentis objectum sit peccator, & per peccatum miser, seu miseriam ac pœnæ obnoxius: peccatum verò ab ipso Deo proficisci, aut procurari, nullo modo possit: omnino (7) consequitur, si quidem Deus aut iram illum, aut misericordiam hanc iræ contrariam, exercere velit, id soli consequenti voluntati, quæ actum liberæ voluntatis nostræ in ipsius præscientia sequatur, adscribendum esse: quia secus & ira prorsus injusta foret, & misericordia parcens præter omnem rationem ageret.

2. Sed tu primariam, & antecedentem, Dei voluntatem hîc præcisè semper (8) urges: proque altera illa, quam consequentem dixi, ubique (9) perperam substituis. Itaque hoc vis: *Reprobos* ad exitium æternum à Deo sic absolutè coagmentatos, (10) seu præcisè destinatos fuisse, ut hujus desti-



tandi, quod hoc loco apud Paulum significat idem quod creare. Interim utrumque verum est. nam quos Deus ad exitium creavit, eosdem ad exitium destinavit.

ius destinationis vi æternam Dei iram, (& consequenter iræ causam, nempe peccatum) effugere nullo modo possint: sicut contra *Electos* ita putas absolutè ad gloriam æternam à Deo (11) præparatos esse, ut propter hoc ipsum Dei decretum aberrare à salute non possint; sed misericordie Dei salutiferæ tandem necessariò participes evadant: utq; proinde utriq; pariter in ipsum peccatum, & miseriæ æternæ reatum, inevitabiliter incidant &c. Per *Reprobos* igitur, & *Electos*, non eos ex (12) mente Spiritus S. intelligis, qui vel re ipsa, vel saltem in præscientia Dei, jam aut impii, & increduli, aut contra pii, veraque fide præditi sunt: sed qui jam inde ab æterno, & quidem simpliciter & absolutè, (hoc est, citra (13) ullum præcedentis fidei, aut infidelitatis respectum) partim ad exitium, partim ad gloriam æternam, nominatim singuli à Deo destinati sint: ita quidem, ut nec illi, licet per Evangelium vocati, revera unquam resipiscere, aut in Christum credere, & porrò servari queant: nec isti, semel jam efficaciter vocati, à vera pietate ac fide unquam deficere, ac consequenter perire, ulla ratione possint. Vide infra Sect. 123. & seqq. Quod dogma certè (si verum ingenuè dicendum est) multiplicis (14) erroris, & (15) absurditatis; immò, si necessariam consequentiam spectes, multiplicis (16) blasphemie, & (17) impietatis, quasi compendium & epitome quædam meritò cenferi debet: sicut ex re ipsa (18) perspicuum est iis, qui sine præjudicio rem totam perpendunt.

18) *Petitio principii.* Imò contrarium perspicuum est ex illis quæ tum hic, tum alibi, suis locis, de hoc dogmate (ut nominas) dixi.

3. Neque verò locus Rom. 9. v. 22. 23. absurdo huic dogmati quidem patrocinator: sed potius, rectè quidem perpensus, apertè eidem (19) adversatur. Non enim (20) dicit Apostolus, Deum absolutà & antecedente voluntate sua quosdam homines, nudè consideratos, ab æterno ad ipsum peccatum, vel saltem ad exitium, irrevocabiliter coagmentasse: sed contra inquit, Deum *vasa ira*, hoc est, homines impios, & propter impietatem suam iræ divinæ obnoxios, (21) perferre cum multa lenitate, hoc est, pœnitentiam eorū diu patienter exspectare, (uti Esa. 5. Rom. 2. & 1. Pet. 3. & 2. Pet. 3. & alibi, plenius exponitur) eoque mores eorum improbos, sibi alioquin exosos, satis diu tolerare &c. Quod ipsum quum frustra semper esse videt, tandem iram & potentiam suam adversus ipsos lubens volensque exserit: quippe justè (22) jam coagmentatos ad exitium, quod effugere non poterunt: quia videlicet suo ipsorum vitio impii sunt, & impii manent: non autem quòd divinitus ad hanc sortem (hoc est, ad damnationem, simul & damnationis causas) abso-

11) In hoc quoque verbo exponendo erras: quippe quod ipsum quoque hic significat creare, non autem decernere.

12) Imò tu hic Spiritui sancto mentem affingis!

13) Istud tu mea sententia affingis. Ego tantum affirmo, prædestinationem esse factam citra respectum fidei & infidelitatis, tanquam causarum impulsivarum: non autem dico, factam esse citra respectum fidei & infidelitatis, tanquam mediæ salutis & exitii: quippe quum hac ipsa quoque media à prædestinatione Dei dependeat.

14. 15. 16. 17) Omnia ista nego. Nec tu affirmationem tuam probas: neque etiam probare potes.

19) Exspecto probationem.

20) At dicit quæ istis æquipollent: nempe Deum instar figuli alios hominum coagmentasse in vasa misericordie, alios in vasa iræ: idque pro sua potestate & voluntate. Inspiciatur locus Rom. 9. v. 21. 22. & 23.

21) Hoc quidem etiam ibi dicit: sed cur omittis reliquum, quod ad propositum nostrum pertinet, nempe quòd Deus coagmentaverit alios in vasa iræ, alios in vasa misericordie?

22) At ubi dicit apostolus, homines impios jam (jam demum inquam, quum in

impietate sua contumaciter perseverant) coagmentatos esse ad exitium? Imò loquitur de hominum creatione, qua certè impietatem eorum antecedit.

23) Imò istud ex verbis apostoli necessario sequitur, nã si Deus illos ad exitium coagmentavit, id est, creavit: ut apostolus affirmat: sequitur, Deum illos etiam ad exitium destinasse.

24) Adde ex verbis apostoli, Et ex pura potestate atq; voluntate. Ex eadem autem potestate & voluntate coagmentavit Deus vasa ira ad dedecus & interitum, ut ibidem apostolus clarè docet. 25) Bella verò argumentatio! Non dicit hoc expressè: ergo nec sentit! 26) At dicit, Deum illos preparasse ad gloriam pro sua potestate, v. 21. & voluntate, v. 23. Quibus verbis satis significat, se huc non esse motum per prævisam ipsorum fidem. Et certè hanc prædestinationis causam disertè excludit ejusd. cap. v. 11.

27) Impudens criminatio: quum verba mea tuis aperte contradicant.

28) Imò tu ipse hoc facis.

29) Concludis falsum ex falso, sic: Vasa illa possunt mutari: igitur Paulus per vasa ira non intelligit reprobos, nec per vasa misericordiae electos, sicut Piscator declarat. 30) Imò jure hic desiderantur ea qua pertinent ad explicationem quaestionis posterioris.

lutè citraq; culpam suam jam olim (23) destinati fuerint. Sic vicissim de vasis misericordiae, hoc est, piis & credentibus, id quidem Apostolus hoc loco asserit, quod extra nostram quaestionem est: videlicet, istos ad gloriam à Deo, & quidem ex pura (24) gratia, præparatos esse. Non (25) dicit tamen, absolutè huc, citraq; respectum (26) fidei in Christum, ab æterno nominatim destinatos esse: & sic quidem destinatos, ut ipsi neque à fide salvifica excidere, neque sua ipsorum culpa perire simpliciter unquam possint: immò ut quicumq; re ipsa credunt, & salvi fiunt, planè necessariò & inevitabiliter ad fidem, & salutem, vi divini decreti perveniunt: sive ut non credere, eòq; non servari, simpliciter non possint.

4. Aut igitur verum quaestionis statum hinc tacitè (27) dissimulas: aut utraq; hæc vasa contra mentem Apostoli perperam (28) declaras: sicut vel ex eo patet, quòd neutra hinc (29) immutari posse statuis. Sed de tota utrorumque vasorum, ira videlicet, & misericordiae, sive utriusq; generis hominum, vera descriptione, ac præsertim mutabili, aut immutabili conditione, statim amplius agemus: & quæ desiderari hinc (30) possent, commodè supplebimus.

30) Imò jure hic desiderantur ea qua pertinent ad explicationem quaestionis posterioris.

SECTIO XCI.

An status utrorumq; vasorum, ira videlicet, ac misericordiae, in hoc seculo prorsus immutabilis sit.

Ibidem in fine, & in princ. pag. seq. dicit, Paulum Roman. II. affirmare, utrosque istos (id est & vasa iræ, & vasa misericordiae) in suo statu immutari posse.

NOTA PISCATORIS.

Hoc ex verbis 1. 2. 3. Pauli demonstrari non potest.

RESPONSIO VORSTII.

NOTÆ PISCATORIS.

1) Nempe respectu naturæ ipsorum. nam & increduli reddi possunt credentes, & credentes (si naturam ipso-

1. Audi igitur demonstrationem, si placet, ex verbis Apostoli, planam & perspicuam, hoc syllogismo comprehensam. De quibus Apostolus, in hac vita partim bene sperandum, partim malè metuendum esse, disertè affirmat: eorum status utrinque in hoc seculo (1) mutabilis est: ita vide-

ita videlicet, ut ipsi ex uno statu in alium transire, (2) hoc est, ex vasis iræ, vasa misericordiæ, & contrà, ex vasis misericordiæ vasa iræ, fieri possint. At de (3) vasis iræ, quamdiu quidem hîc degunt, Apostolus bene nobis sperandum; contraq; de (4) vasis misericordiæ (saltem certo quodam respectu consideratis) malè metuendum esse, disertè affirmat. Ergo, juxta Apostolum, (5) status utrorumq; vasorum in hoc seculo (6) mutabilis est. Vide *ψ. 20. & seqq.*

rum species) fidem possunt amittere. At respectu decreti divini illi increduli qui ad exitium destinati sunt, credentes effici non possunt: & verè credentes fidem non possunt amittere. Vide Joh. 10. 26. & 28.

2) Falsa expositio, ex confusione diversorum. Apostolus in loco allegato loquitur de incredulis & credentibus: vasorum iræ & misericordiæ nullam prorsus mentionem facit. Nec est quod dicas, illa equipollere. Etenim appellationibus istis, vasa iræ & vasa misericordiæ, non significatur aliquis hominis status, sicut significatur appellationibus credentium & incredulorum: sed significantur fines ad quos Deus homines condidit: nempe alios quidem ad hoc ut in eis exerceat iram suam; alios verò ad hoc ut in eis exerceat misericordiam suam. 3. 4) At de neutris Apostolus ibi mentionem facit. 5) Hic non concluditur questio proposita, nempe vasa iræ & vasa misericordiæ immutari posse: seu (ut sect. preced. dicitur) ex vasis iræ efficit posse vasa misericordiæ, & contrà. 6) Si intelligis respectu nature hominum, de ista mutabilitate hic non est questio. Si verò intelligis respectu decreti divini: conclusio aut non sequitur ex præmissis, si in propositione majore vocem hanc intelligis de hominum natura: si verò de decreto Dei, tum ex falso falsum concludis.

Major inde liquet, quòd omnino vanum ac stultum sit, ea vel sperare, vel metuere, quæ (7) nullo modo aliter fieri possunt, quàm quo ipsa fiunt: quòdq; certo certius sit, Apostolum nec vanitatis, nec stultitiæ, reum hîc agi posse: hoc est, neque spem, neque metum (8) prorsus inanem, ac stolidum, ingenerare nobis hîc voluisse. De quo facile mihi assentieris.

Minor ex verbis Apostoli perspicuè (9) patet: præsertim *ψ. 20. & seqq.* ubi disertè hæc duo asserit: & *Judeos* (10) incredulos, eoq; sua culpa ex oliva defractus, eidem olivæ iterum inserendos esse, si modò non permanerint in sua contumacia: Et contrà *gentiles*, per Dei gratiam credentes, eoq; olivæ insitos, ex eadem oliva excindendos esse, nisi in fide permanerint &c. Itaque & de *istis ψ. 20. & deinceps*, haud sine ratione metuendum; & de *illis ψ. 23. & deinceps*, spem bonam adhuc retinendam esse, prolixè contendit. Conclusio igitur firma est.

2. Neq; verò est, quòd (11) excipias, Apostolum hîc non de vasis iræ, & misericordiæ; sed de *incredulis tantum*, ac *credentibus*, ista dicere. Quis enim nescit, incredulos & impios, & quidem (12) omnes & solos, vasa iræ; contraque pios & credentes, (13) quatenus & (14) quamdiu tales sunt, vasa misericordiæ, tum revera esse, tum in S. literis satis apertè nominari? Certè Christus ipse *Joh. 3. ψ. 16. & seqq.* ubi de (15) ira Dei, deq; (16) gratia salutifera, prolixè diserit: illam quidem (17) omnibus & solis, suapte

credentes fuerunt vasa misericordiæ etiam antequam crederent. Secus enim non fuissent fide donati. 14) Falsa hypothesis, quasi verè credentes possint fidem amittere: aut quasi, quum ad tempus fidem negant, vasa misericordiæ esse desinant! 15, 16) Nempe quibus hac vel illa eveniat. At non diserit ibi, an Deus hominum alios ad iram, alios ad misericordiam prædestinaverit; ac proinde alios vasa iræ, alios verò vasa misericordiæ creaverit. qua de re diserit Paulus Rom 9. Apparet igitur, te confundere diversa. 17) Imò illis tantum qui in incredulitate perseverant,

rum species) fidem possunt amittere. At respectu decreti divini illi increduli qui ad exitium destinati sunt, credentes effici non possunt: & verè credentes fidem non possunt amittere. Vide Joh. 10. 26. & 28.

2) Falsa expositio, ex confusione diversorum. Apostolus in loco allegato loquitur de incredulis & credentibus: vasorum iræ & misericordiæ nullam prorsus mentionem facit. Nec est quod dicas, illa equipollere. Etenim appellationibus istis, vasa iræ & vasa misericordiæ, non significatur aliquis hominis status, sicut significatur appellationibus credentium & incredulorum: sed significantur fines ad quos Deus homines condidit: nempe alios quidem ad hoc ut in eis exerceat iram suam; alios verò ad hoc ut in eis exerceat misericordiam suam. 3. 4) At de neutris Apostolus ibi mentionem facit. 5) Hic non concluditur questio proposita, nempe vasa iræ & vasa misericordiæ immutari posse: seu (ut sect. preced. dicitur) ex vasis iræ efficit posse vasa misericordiæ, & contrà. 6) Si intelligis respectu nature hominum, de ista mutabilitate hic non est questio. Si verò intelligis respectu decreti divini: conclusio aut non sequitur ex præmissis, si in propositione majore vocem hanc intelligis de hominum natura: si verò de decreto Dei, tum ex falso falsum concludis.

7) At propositio major non loquitur de mutabilitate omnimoda, sed tantum de illa qua pendet à natura. Secus erit falsa. Vide n. 1.

8) Quasi verò natura nostra imbecillitas ingeneret nobis metum prorsus inanem!

9) Nego: quia nec vasorum iræ, nec vasorum misericordiæ ibi meminit.

10) At non equipollent, Increduli, & Vasa iræ. Vide num 2.

11) Imò jure excipio: ut patet ex nota ad num. 2.

12) Falsum hoc est. nam nullus electus est vas iræ. At quidam increduli sunt electi. Exempli gratiâ, Paulus persequens ecclesiam, 1. Tim. 1. v. 13. Et omnino omnes electi ante conversionem.

13) Falsa limitatio. nam

V

18) *Omnia ista loca loquuntur de creatu ira qui omnibus hominibus communis est: excepto Ephes. 5. v. 6. qui loquitur speciatim de contumacibus. At in nullo istorum locorum sermo habetur de predestinatione Dei qua hominum alios ad iram, alios ad misericordiam predestinavit: ac proinde alios vasa ira, alios verò vasa misericordiae creavit. Quare iterum confundis diversa.* culpa incredulis; hanc verò omnibus, & solis, per Dei gratiam piis & credentibus, speciatim appropriat. Sic (18) Rom. 1. v. 18. & seq. & 2. v. 2. & seqq. item Ephes. 2. v. 3. & seqq. & 5. v. 6. & seqq. Tit. 3. v. 3. & c. & alibi passim, omnes actu impii, & increduli, aut filii iræ vocantur, aut sub iræ odioque Dei positi esse dicuntur: Contraque soli pii ac credentes, ut filii gratiæ, Deoque singulariter dilecti, sive in Christo grati & accepti, clarè nobis describuntur. Et tamen utrique statum suum subinde mutare (19) posse palàm asseruntur. Denique, quis inficias ibit, hoc ipso loco Rom. 11. ubi severitatis, & benignitatis, item defractionis, & insitionis divinæ, mentio fit, priore loco quidem iræ; posteriore autem gratiæ, ac misericordiæ vasa, nobis (20) describi? Nam series rerum id nimis aperte docet.

19) *Possunt per naturam: non possunt per decretum Dei.* 20) *At nullus ibi sermo est de predestinatione.*

Unde jam nova hæc argumentatio sponte sua emergit. Qui sic Deum severum experiuntur, ut rursus benignitatem ejus experiri possint; qui que contra sic jam sentiunt benignum, ut postea iterum severum forte sensuri sint: Item qui sic olivæ insiti sunt, ut rursus ex ea excindi queant: qui que ex ea sic defracti sunt, ut iterum eidem inseri possint: eorum certè status utrinque verè (21) mutabilis est. At increduli, dum hinc degunt; priore modo sese habent: credentes autem posteriore, juxta S. Apostolum. Ergo, juxta eundem, (22) status horum utrorumque; in hac vita mutabilis est. Major per se patet: quum phrasæ ipsæ mutationem, ex utraque parte possibilem, clarè satis insinuent. Minor ex ipso textu tota manifesta est. Ergo Conclusio iterum (23) firma est.

21) *Nempe respectu naturæ rerum: non autem respectu decreti Dei.* 22) *At questio hinc non est de incredulorum & credentium statu, quo tales sunt: sed questio est de finibus ad quos Deus predestinavit atque creavit homines: an fines illi inter se permutari possint: ita scilicet ut qui predestinati atque creati sunt ad gloriam, interire possint: itemque qui predestinati atque creati sunt ad interitum, gloriam adipisci possint. Quare non concludis propositum.* 23) *Sed non fixa in scopo.*

2. Non video autem, quid clarius, aut certius, in hoc genere afferri possit: immò quid magis ex sese aptum sit, & appositum, ad pios quidem in sancto (24) timore, ac vera (25) modestia retinendum; inque studio (26) gratitudinis, & (27) charitatis erga Deum & proximos, alendum: ad impios verò à peccatis absterrendum, immo etiam proposità spe salutis, seu gratiæ salutiferæ, ad fidem & pietatem efficaciter excitandum & c. Quum contra (28) opinio tua, de immutabili utrorumque vasorum conditione (nisi forte per synecdochen (29) limitetur: hoc est, de solis in fide, aut incredulitate, perseverantibus hinc intelligatur) non modò erronea & (30) falsa, sed & multis nominibus (31) perniciosà sit: quippe ad hoc tota (32) per se comparata, ut alios quidem facilimè ad diffidentiam, ac de-

24. 25. 26. 27) *Considerationem nostram mutabilitatis ad timorem illum & modestiam retinendum conducere concedo: sed non video quomodo faciat ad alendum illud studium. Imò ad studium illud alendum facit consideratio immutabilis decreti Dei de salute credentium: quod decretum illic patefactum est per promissiones evangelii, & cordibus eorum ob signatum per Sp. S.* 28) *Non est opinio: sed sententia fundata in verbo Dei.* 29) *Nulla hic opus est per synecdochen limitatione: quia vasa ira hoc ipso quòd sunt vasa ira, non possunt fieri vasa misericordiae: & vicissim vasa misericordiae hoc ipso quòd sunt vasa misericordiae, non possunt fieri vasa ira: quia decretum Dei de utriusque immutabile est.* 30. 31) *Imò vera & utilis: quia fundata in verbo Dei.* 32) *Imò qua hinc commemoras incommoda, de-*

Erina huic accidunt partim ex infirmitate iudicii rationis humana, partim ex petulantia eius abusu. Per se verò utilis est hac doctrina tum ad solidam credentium consolationem, ut qui sciunt, decretum Dei de ipsorum salute esse immutabile: tum ad ingenerandum eis demissionem animi in agnoscenda summa potestate ac majestate Dei.

ac desperationem salutis, potenter adigat; alios verò inani præsumptione, ac jactantiâ quadam impleat, immo noxiâ persuasione, ac verè stulta securitate (quasi (33) nullo modo, ne sua quidem ipsorum culpâ, à verâ fide, aut gratia Dei, prolabi possint) velut ebrios efficiat: atq; ita veræ pietatis studium utrinq; vehementer enervet: sicut intelligenti, & consideranti, per se patet.

33) Istud sententia mea per calumniâ impingitur. Neq; enim unquam negavi fieri posse ut credentes à fide prolabantur: si scilicet ipsorum natura spectetur. At interim verum manet, eos non posse deficere, si spectetur decretum Dei.

SECTIO XCII

An rectè dicatur, peccata per fidem in Christum expiari.

P Ag. 375. sub finem. Adde, quòd justitiæ simul ac misericordiæ divinæ contrarium est, pro peccatis, ab integro homine admissis, jamq; per fidem in Christum expiatis, satisfactionem aliquam &c. postulare.

NOTA PISCATORIS.

Scriptura nusquam 1. (quod sciam) dicit, peccata expiari per fidem; sed per 2. sanguinem Christi.

RESPONSIO VORSTII

1. Etsi (1) disertis verbis hoc nusquam scriptum est, (quod & ipse sciam) re ipsa tamen toties in Scriptura traditur, quoties ex fide, aut per fidem, Rom. 1. & 3. & 5. Galat. 2. & 3. Ephes. 2. &c. coram Deo (2) justificari, aut Deo (3) reconciliari, aut deniq; (4) salvari dicimur &c. Quid enim aliud est justificatio nostri coram Deo, siquidem præcisè aut formaliter ipsa sumatur, quàm actualis peccatorum (5) remissio, seu condonatio? Et rursum quid aliud hæc remissio est, quàm reatus nostri (6) deletio, (7) sive peccatorum expiatio? Ergo si per fidem justificamur, ac Deo reconciliamur &c. necesse est per eandem peccata nostra aliquatenus expungi, (8) sive expiari. Deinde cum legimus, corda nostra fide purificari &c. Actor. 15. 1. Pet. 1. quid quæso tum aliud est cordis nostri (9) purificatio, seu mavis, purgatio, quàm partim vera nostri ad Deum (10) conversio? partim reatus nostri in ipso conscientiæ foro (11) extinctio? Denique si fides ad justitiam nobis imputatur, (prout Scriptura loquitur Genes. 15. Roman. 4. Galat. 3.) cur non expiatio peccati aliquatenus eidem (12) tri-

NOTÆ PISCATORIS.

1) At ego hoc unicum notavi: ac proinde notam hæc veram esse fateris. 2. 3. 4) At justificatio non est ipsa peccatorum expiatio, sed effectum illius. Similiter reconciliatio & salvatio. 5) Rectè hoc dicitis. Sed observa, hinc confirmari doctrinam meam de causa meritoria justificationis, quam tu alibi oppugnas: nempe causam illam esse tantum obedientiam Christi quam vocant passivam, non etiã illam quam vocant activam: quia remissio peccatorum, tanquam effectum, semper illi, nusquam isti in scriptura tribuitur. 6) Id est, non imputatio. 7) Hic diversa confundis. nam peccatorum expiatio non est illa ipsa non imputatio, sed causa illius. 8) Rursum confundis diversa. Nam per fidem dicuntur peccata expungi, quatenus non imputantur, non autem quatenus expiantur. 9. 10. 11) At nihil istorum est ipsa peccatorum expiatio. 12) Attamen scriptura nusquam dicit, peccata per fidem expiari, quod unicum in nota mea negavi.

buatur? Aliquatenus inquam, h. e. suo ordine, suoq; modo, ac gradu: ne quis fortè fidem statuatur per modum meriti peccata expiare: aut ne quis eandem ipsi, quam sanguini Christi, aut gratiæ Dei, vim & efficacitatem hac in parte tribuat. Quod absit.

13) Quin potius loquendum cum scriptura. Tum distinctione illâ non erit opus.

2. (13) Distinguendum igitur hîc puto, inter varias *expiationis* species, seu gradus, & modos: maximè pro varietate causarum efficientium, hoc est, peccata inæqualiter expiantium. Quæ quidem tres sunt, certis gradibus inter se connexæ: 1. gratia Dei, 2. meritum Christi, 3. fides justificans. Quæ singulæ suo modo ad hunc effectum concurrunt. Etenim *Deus* peccata nostra expiat, ut causa omnium prima, & summa: Esa. 43. v. 25. &c. Psal. 32. & 51. & 85. & 103. &c. cæteras omnes ordinans, & pro merâ gratia, liberrimâq; potestate sua, nobiscum hîc agens; hoc est, peccata gratuitò nobis in Christo condonans. Christus etiam *Mediator* peccata verissimè expiat, quâ quidem *Mediator* est: sed per modum *meriti*, & *efficaciæ* cujusdam secundariæ: impetrans nobis sanctissimâ obedientiâ suâ veniam peccatorum, & Spiritum S. ac salutem æternam: perq; fidem hanc speciatim justitiam singulis applicans. Et hoc quidem sensu etiam *sanguis*, sive *mors* Christi, nos à peccatis purgare, seu peccata nostra expiare dicitur, 1. Johan. 1. & 2. Heb. 1. & 2. & 9. &c. Deniq; quum expiatio ista revera in nobis ipsis nunquam perficiatur, nisi *fidei* conditio per Dei gratiam à nobis impleatur: hinc etiam ipsi *fidei*, tanquam causæ organiciæ, & sine qua non, sive infimi ordinis, expiatio ista tribuitur: puta eo ferè sensu, quo *pœnitentia* nostra, seu *conversio* ad Deum, veniam peccatorum secum afferre dicitur: Ezech. 18. & 33. Act. 2. & 3. & 20. &c. aut quo alibi *justitiâ*, seu *beneficentiâ* nostrâ, iniquitas redimi, seu peccata abrumpi, aut deleri dicuntur. Vide Proverb. 16. v. 6. Dan. 4. v. 24. &c. In summa: Expiatio non *prima*, nec *media*, sed *ultima* tantum, hîc intelligitur: eoque nec gratiæ Dei, nec merito Christi, quidquam verè per ipsam detrahatur: sed quæ salutarem tamen *fidei* usum, & efficaciam, suo loco, ac gradu, nobis declarat: eademque opera nos ad serium pietatis ac *fidei* studium potenter exstimulat.

SECTIO XCIII

An Deus omnes homines ad ipsa peccata destinaverit: & quidem ideo, ut justitiam, & misericordiam suam, in ipsis exerceret.

Pag. 386. circa medium dicit, Deo adimi veram justitiam, si dicatur nos ad peccata destinare, quæ tamen ipse severissimè prohibeat.

NOTA

NOTA PISCATORIS.

Deus destinavit hominum 1. alios ad salutem, ex misericordia peccata ignoscente eis tribuendam: alios ad interitum, ex justitia peccata puniente eis inferendum. Ergo *destinavit homines* 2. *in universum ad peccata*: quippe sine quibus fines illos effectos dare non posset. Nec Deo propterea justitia adimitur: quum habeat 3. potestatem agendi cum suis creaturis, quidquid ipsi placuerit.

RESPONSIO VORSTII.

I. Satis equidem (1) apertè hoc loco mysterium illud eloqueris, quod alii quidam fratres ac symmystæ, metu maximi (2) scandali, ac porro secuturi (3) periculi, studiosè contegere solent: nempe, *Deum universos homines ad ipsa peccata destinasse: idq; propterea, ut alios ex justitia puniente perdere, alios ex misericordia parcente servare posset &c.* Quam ego sententiam vix tibi ipsi, Vir Clarissime, si diligentius eam expenderis, à blasphemia prorsus alienam (4) videri posse crediderim. Quid enim, quæso te, aut iniquius, aut crudelius, aut denique perversius (ac proinde ab optimi, justissimi, sapientissimiq; Dei nostri natura abhorrentius) excogitari potest, quàm omnes omnino homines æterni supplicii reos ex sese ipso (5) efficere? idq; propterea, ut paucis servatis pleriq; perdantur? Saltem quid Deo (6) indignius esse potest, quàm homines ad ipsa peccata prædestinare? & quidem *absoluto* decreto huc destinare: hoc (7) est, tali, quod omnè humanæ culpæ, immò cujuscunque actionis, aut qualitatis nostræ moralis, respectum simpliciter antecedit? immò prorsus etiam (8) efficaciter huc destinare: ita scilicet, ut hujus destinationis vi homines necessariò peccent, sive ut nō peccare non possint? Et denique (9) propterea illos ad peccata destinare, ut justam, scilicet, causam ipse deinde habeat æternis pœnis plerosque ipsorum afficiendi? Pœnis, inquam, (11) falsò sic dictis: quippe maximæ hominum parti jam antè, per simile absolutum efficacique decretum, (10) citra omnem illorum culpam, immutabiliter præparatis? Sic enim tu sine dubio rem hanc totam intelligis, ac credendam esse sentis: sed absque omni (12) fundamento, ac justa (13) ratione; immo

V 3

quæ quidem peccatum est. nam motum voluntatis, cui peccatum accidit, ipse certè efficit: juxta illud Act. 17. Per ipsum vivimus, movemur & sumus. Item Proverb. 21. Corregis in manu Domini est: quocunque vult, inclinatur illud. 6) Nempe sic judicat humana ratio. Sed aliud dicitur verbum Dei. Sic judicat humana ratio, Deum egisse injustè quòd Jacobum dilexit, Esavum odio habuit, antequam illi quicquam vel boni vel malifecissent, Rom. 9. v. 11. & 13. Item judicat, Deum iniquè agere quòd culpam induratos: quum ipsemet eos induret, ibid. v. 9. 7) Expositio ista falsa est, quia absoluto Dei decreto non tollitur respectus culpa OMNIS: sed is tantum quo fingitur decretum à prævisa culpa pendere, tanquam à causa impulsiva: non autem is quo dicitur, culpam pendere à decreto ut objectum & medium finis. Dei decernentis subordinatum. 8. 9. 10) At ista non ideo falsa sunt aut blasphema: quia illis offenditur humana ratio. 11) Imò verè: quia non inferendis nisi admissio prius peccato. 12) Fundamentum habetur Roman. 9. v. 21. 22. 23. 13) Justa ratio est in hoc syllogismo. Qui vult finem, vult & media. Deus vult seu destinavit finem, nempe gloriam suæ justitiæ & misericordiæ. Ergo vult seu destinavit etiam media, videl. peccata.

NOTÆ PISCATORIS.

1) At cur nō apertè eloquerer, quod apertè eloquitur scriptura? Videat lector, & diligenter perpendat, verba Pauli Rom. 9. v. 21. 22. & 23.

2.) At scandalum quod oritur ex doctrina verbi Dei, per accidens inde oritur, ac proinde illius metu non est dissimulanda veritas, quoties eam in lucem proferri, necessitas postulat. Idè de periculo judicium est.

4) Non quaritur hic, quid vel mihi vel cuiquam alii videatur: sed quid doceat, verbum Dei.

5) At ubi ego istud doceo? Falsò doctrinam meam criminari. Quum dico, Deum universos homines (Christum hic semper excipio) ad peccata destinasse: hoc dictum volo, Deum decrevisse permittere ut homines universi peccarent; non autem, decrevisse ipsummet efficere in illis peccatum,

14) Non est error, quod S. Scriptura tradit: multò minus perniciosus ac foedus error.

15) Ubi verò ego istud doceo, quod tu hic mihi obliquè tribuis? nempe Deum ad aeternos cruciatus destinare filios suos? Nempe putas, id seq. ex eo, quòd Deus omnes homines condidit ad imaginem suam: quòd q. ego doceo, Deum quosdã ex illis destinasse ad aeternos cruciatus. Sed scriptura hominẽ vocat filios Dei, non respectu creationis: sed respectu electionis, ut Job. 1. v. 12.

16) At istud disertè de Esauo affirmat Paulus Rom. 9. v. 11. & 13.

17) At hoc disertè affirmat Johannes de Judais incredulis qui audiebant docentem Christum, Johan. 12. v. 39. & 40.

18. 19) At tamen istud de Esauo disertè affirmat Paulus Rom. 9. v. 11. & 13.

20) Verum tamen contrahenda per liberum ipsorum voluntatem.

21. 22) Etsi culpa ab hominibus contracta est vi decreti divini: tamẽ fuit culpa vera, quia contracta voluntariã transgressione mandati divini: nec fuit aliena, quia ab ipso homine fuit contracta.

23) At tamen voluit: quia voluit in aliis iram, in aliis misericordiam exercere, Rom. 9. v. 21. 22. 23. Id quod effectum dare non potuisset, nisi illi mali ac miseri evasissent. 24) At tamen efficaciter eò destinavit: ut patet ex modo dictis. 25) At tamen decrevit neutram dare reprobis. Non salutem: quia eos creavit ad interitum, Roman. 9. v. 22. Nec poenitentiam: quia hac cum salute, in adultis quidem, necessariò coheret. 26. 27) Hic verò tu ipse blasphemias in Deum expuis. 28) Ubi verò ego istud doceo? Iterum falsò doctrinam meam criminaris. 29) Iterum blasphemias nam decretum hoc Deo tribuit Apostolus Roman. 9. v. 11. & 13. 30. 31. 32) Omnia ista falsò impingit doctrinã à me proposita.

contra omnem rationem, omnemq. veritatem. Saltem enim tria illa Dei attributa, de quibus obiter jam dixi, (nempe *bonitas, justitia, & sapientia*: ut de misericordia, gratia, veritate, cæterisque, nunc taceamus) hunc perniciosum vereq. foedum (14) errorem, (dicendum enim, quod res est) si paulò diligentius à te perpenderentur, eximere tibi poterant. Nam 1. quid tandem malignius, aut crudelius, ac proinde à *bonitate*, seu *benignitate* suprema (qualis sanè divina est, Psal. 25. & 77. & 86. & 103. & 136. & c.) alienius esse potest, quàm creaturas suas, & quidem (15) filios suos, ad imaginem suam conditos, ad aeternos cruciatus, (16) absq. omni ipsorum culpa, præcisè destinare? immò in ipsam peccandi, ac consequenter aeternum pereundi, (17) necessitatem inevitabilem conjicere? 2. Quid item iniquius, ac magis tyrannicum, eòq. supremae *equitati ac justitiae* Dei magis adversum, quàm veras pœnas, Genes. 18. & 20. Psal. 119. & 145. & c. & quidem infinitas, aeternasq. pœnas, hominibus (18) innoxiiis, sive prorsus immerentibus, aut re ipsa infligere, aut etiam (19) absolutè decernere? immò ipsis inevitabilem, & efficacem, culpæ (20) contrahendæ causam existere? deniq. culpam aut (21) falsam, aut prorsus (22) alienã, ipsis tanquam veram, ac propriam, re ipsa tandem adscribere? 3. Quid potestremò stultius, atq. ineptius, eòque divinae *sapientiae* magis contrarium, quàm seriò de iis conqueri, aut cum iis expostulare, quòd mali ac miseri sint & c. quos Deus ipse tales esse absolutè (23) voluerit? Immo quos efficaciter ad utramq. hanc miseriam ipse (24) destinaverit? item, ad poenitentiam, ac salutem, eos operosè invitare, (25) quibus neutram, ne sufficienter quidem, dare præcisè decreverit? & tandem veræ sapientiae ac justitiae laudem ex apertissima (26) insipientia & (27) injustitia quærere? adeoq. rem prorsus impossibilem, ac contradictoriam, (V. g. (28) innoxios justè punire) facere conari? Totam profectò Dei naturam quodammodo delent, saltem valdè obscurant, qui tam crudum ac (29) crudele Reprobationis decretum Deo tribuunt: nisi quòd aliquatenus, ob diu vulgatum (30) errorem, & inveteratam (31) opinionem, aliunde jam pridem acceptam, & specie (32) quadam pietatis obtectam, excusandi nobis videntur.

2. Interea tamen verè pios, ac Dei timentes, vereq. cordatos homines (qua-

nes (qualem te esse, meritò libenterq; judico) non nimum opinionibus suis, quantumvis & speciosis, & antiquis, adhærescere hîc decet: sed omnia rerum ac rationum momenta, ex utraq; litigantium parte afferri solita, diu multumq; secum perpendere: ac speciatim cavere, ne quid asseverent, quod tam multa, & magna, & quidem tam manifesta, secum absurda (33) trahat: præsertim si videant, argumenta sua si non apodicticè semper, saltem valde probabiliter, ab aliis dissolvi: se verò, præter (34) nudam principii petitionem, vix invenire, quod aliis constanter opponere queant. Ut quidem hoc loco revera (35) tibi accidit: qui nec dicti tui suprâ positi rationem ullam solidam nobis (36) afferre; nec nisi prorsus ineptè objectionem meam, licet omnium firmissimam, diluere (37) potuisti. Quod sine dubio prudentes omnes clarè (38) videbunt, qui utramque hanc partem, seu speciem, prædestinationis à te propositæ seriò examinare volent. Nam *ratio* tua, quam affers, partim tacitâ (39) principii petitione, partim magnâ (40) inconsequentiam laborat. *Istâ*: quatenus utramq; hanc destinationem, de qua loquimur, (respectu utriusq; finis) ad primam, sive antecedentem, simul & absolutam, Dei voluntatem tacitè refers: quæ revera (41) vel tantum ad (42) conditionatam, vel ad absolutam quidem, sed jam demum in ordine secundam, & (43) consequentem, ejusdem voluntatem tota pertinet. *Istâ*: quatenus simpliciter (44) negas, Deum fines istos, de quibus agis, sine destinatione hominum ad ipsa peccata, effectos dare potuisse: atque inde tacitè concludis, ipsum per hanc destinationem fines istos assequi voluisse: & assecutum re ipsa fuisse: quum contrâ certum sit, Deum revera neutrum istorum finium per hanc ad peccata destinationem assequi aut (45) voluisse, aut etiam (46) potuisse: quippe quum hæc destinatio proprietatibus illis divinis, quas tu ipse nominas, apertè contraria (47) sit. Non enim vera *miseriordia* est (sed stulta potius sævitia, & barbara crudelitas) omnes in extremam miseriam idcirco (48) conjicere, ut deinde paucos aliquos ex ea liberet. Neque similiter vera *justitia* est (sed summa potius iniustitia, & iniquitas) ob culpam quandam (49) prorsus inevitabilem, & (50) tantum aliena vi contractam, æternas cuiquam pœnas infligere. Hæc (51) scilicet præclara tua ratio est: quam magni sanè facere videris, quia subinde ipsam quasi palmariam inculcas.

effectus dari non potest. 45.46) Imò voluit: quia aliter obtinere non potuit. 47) Ut quidem videtur rationi humane. 48) At ubi ego istud dico? Quòd autem dico, Deum homines ad peccata destinasse, illa actio non est misericordia, sed liberrima Dei potestatis. 49.50) At ubi ego ista dico? Apertæ hæc calumnia sunt. 51) An ista irrisio tua æqua sit, & quo lectori judicandum relinquo.

3. Jam *Responsio* tua, ad unicam objectionis meæ prædictæ partem, non multò certè melior est. Putas enim, istam agendi rationem, quam

33) An doctrina mea quam tu hic tam vehementer oppugnas, & tot tantisq; absurdis gravas, absurda illa verè secum trahat: judicium pio & scripturarum perito lectori relinquo.

34.35) De hoc quoq; judicium lectori permitto.

36) At attuli verba Pauli Rom. 9. v. 21. 22. & 23. unà cum syllogismo apodictico à necessaria coherencia mediolorum cum fine.

37) Sit judicium penes lectorem: non autè penes Thra-sonicam tuam gloriationem.

38) Hoc eventus docebit. Dummodo illi non nitantur prudentia humana & judicio naturali rationis humane. nam hæc mysterium illud non assequitur.

39.40) Exspecto probationem.

41) En quomodo fluctuas! 42.43) Tu verò ipse hic principium petis, disputans ex falsis hypothesibus.

44) Et cur non negem: quæ fines & destinata seu media necessario nexu coherantiam certè qui vult finem, is necessariò vult etiam media illa sine quibus finis ille obtineri atq;

52) Quasi verò ignotum tibi sit, aut esse debeat, axioma illud unde argumentū duco, fundatum esse in verbis Pauli Rom. 9. v. 15. 18. 19. 20. 21.

53) Exspecto probationem.

54) At, ista hypothesis est sententia Pauli Roman. 9. v. 21. 22. 23.

55) At quomodo potest esse verum cujus contrarium traditur in verbo Dei?

56) Nego. Neq; tu probas quod dicis.

57) Nego. nam cum apostolo loquor de potestate Dei quam habet in suas creaturas, puta homines: Rom. 9. v. 15. & seqq. Nec tu probas quod dicis: imò ne declaras quidem, quam hinc appelles objecta aliena.

58) Tribuo Deo illam ipsam potestatem quam Paulus ei tribuit loco modò allegato: quæ certè neq; injusta, neq; tyrannica, cura blasphemiam dici potest.

59) Deus tātūm justus est, non etiam injustus: sed rationi humana interdū videtur injustus: ut patet ex verbis Pauli Rom. 9. v. 14.

60) Quis negat? (v. 19.)

61) Falsum est quod dicis: quia potestas Dei liberrima est: nec alibi fundata quàm in pura ejus voluntate: ut planum est ex verbis Pauli Rom. 9. v. 15. & 18. Miserebor cujus miserus fuerit, &c. Item, Cujus vult, miseretur: QUEM autem vult, induret.

62) Miror quòd te non pudet, tam manifestè falsa asserere. 63) Nempe iudicio tuae rationis qua Deum aestimas ut hominem. Nam hominis certè vox illa tyrannica est, Sic volo, sic jubeo: sic pro ratione voluntas. At in Deo res secus habet: cujus voluntas semper sancta est, etiam si nostra rationi secus videatur.

64) Hæc est tua ἀειλογία, qua falsas criminationes absq; probatione subinde iteras. 65) Rursum pervertis sententiam meam. Non scripsi ego, Deum decrevisse, hominum alios absolutè servare, alios absolutè perdere: sed scripsi, Deum absolutè seu ex mero beneplacito alios hominum servare, alios perdere; neutrum tamen absolutè, sed per certa media.

modò vidimus, cum *justitia* Dei minimè pugnare: eò quòd ipse *potestatem* habeat nobiscum agendi, prout ipsi placuerit. Sed nondum vides, etiam hinc tacitè (52) principium abs te peti: simulque (53) contradictionem aliquam involvi. Illud fit: dum (54) præsupponis, Deo re ipsa placere, aut unquam placuisse, ita nobiscum agere, uti paulò superiùs ex te audivimus: quum contrà (55) verum sit, ne potuisse quidem Deo istam agendi rationem unquam placere: quippe non *justitiæ* tantum, sed & *veritati*, & *bonitati*, & *sapientiæ*, totiq; adeò naturæ ipsius, & universæ S. Scripturæ, apertè (56) contrariam. *Istud*: dum potestatem Dei ad (57) aliena quoque objecta extendis, quæ manifestè scilicet injusta, eoque naturæ Dei summè contraria sunt. Genes. 18. & 20. Exod. 34. Ezech. 18. &c. Id enim perinde est, ac si potestatem aliquam prorsus (58) injustam, atq; tyrannicam, Deo tribueres: aut Deum simul (59) justum, & injustum, esse assereres. Quod utrumque longè absit. Habet ille quidem liberrimam de nobis statuendi potestatem, quidquid ipsi placuerit. Sed interim nihil unquam ipsi (60) placet, nihil placere unquam potest, quod vel naturæ, vel verbo ejusdem, prorsus adversetur. Et sanè potestas Dei omnis, quam in nos verè habet, aut in aliquo ipsius erga nos *beneficio*, aut in nostro adversus ipsum *maleficio*, tota necessariò (61) fundata est. Itaque (62) fieri non potest, ut ubi neutrum horum præcessit, ibi locum illa inveniat. At neutrum in utraque illa destinatione tua præcessit, aut præcedere potuit. Ergo nec potestas Dei aut hinc, aut illic, locum invenit. Nisi forte potestas Dei planè hinc tyrannica (63) sit. Qualis certè conspicua esset in (64) perversa, & iniqua, verèque crudeli, & denique insipiente, illa agendi ratione, quam tu, pauciq; alii nostri Doctores, hucusque sine omni justa ratione defenditis. Qui quidem si tantum hoc diceretis, Deum pro libera sua potestate decrevisse, hominum alios (65) absolutè servare; alios tandem è numero viventium planè delere, sive prorsus annihilare &c. tum saltem aliquatenus dogma vestrum excusari posset. Namq; ingenuè nobis fatendū est, Deum nemini quidquam, absolutè loquendo, debere: Rom. 11. v. 35. 36. nec ullam suis creaturis injuriam facere, si Creator vitam, quam dedit, ab eisdem prorsus auferat, adeoque ipsas penitus annihilaret &c. Nunc quum ex hypothesis solius decreti omnia nobis hinc æstimanda sint: quumque vos istis modò dictis alia plura, nimis certè (66) absur-

(66) absurda, & (67) iniqua, subinde adjiciatis: (præsertim illa planè 66.67.68) *Et quando tandem finis erit falsarum atque iniquarum criminatonum?*
 (68) *δυσφημία*, de absoluta plerorumq; hominum destinatione ad æternos cruciatus; & eos quidem coram Deo justos, ac verè pœnales: de quæ simili destinatione omnium omnino hominum ad ipsa peccata, sive ad ipsam peccandi necessitatem &c.) nulla certè (69) rationis specie placitum istud vestrum ampliùs aut tegi, aut defendi potest. Oro autem te, ut feriò hæc omnia tecum (70) perpendas, quæque jam dixi, ad normam veritatis diligenter (71) examines.

SECTIO XCIV.

An bestia aliquatenus peccare, eoq; pœnam aliquam analogam promereri, dici possint.

P Ag. 392. sub finem dicit, bestias, quæ diluvio submersæ sunt, etiam ipsas viam suam *aliquatenus* corrupisse, & pœnam sibi analogam promeritas esse.

NOTA PISCATORIS.

Hoc & præter 1. Scripturam, & præter 2. Rationem dicitur. Quum autem Scriptura Genes. 6. dicit, *Omnis caro corruperat viam suam*, carnis vocabulo 3. *solos* homines intelligit. In bestias autem non cadit peccatum: quia illis non est data lex, quippe destitutis ratione & voluntate.

RESPONSIO VORSTII.

1. Scio equidem, in bestias neque peccatum, propriè dictum, revera cadere, nec pœnas similiter propriè intellectas. Sed *impropriè* tamen, & (1) *κατ' ἀναλογίαν* quandam, utrumque de ipsis sano sensu asferi potest. 1.2) *Hic implicatur contradictio. nam vox, Aliquatenus, non notat analogiam sive metaphoram: quia idè valet, quod Ex parte: ac proinde si tropum notat, synecdochen membri notat.*
 Id quod adverbio illo, (2) *aliquatenus*, indicare hîc mihi propositum fuit. Ita que nec S. Scripturæ, nec rectæ rationi, hæc sententia (3) repugnât. 3) *De hoc nolò tecum contendere.*
 Etsi enim bestia ratione, propriè dicta, & voluntate rationali, planè carent: umbram tamen quandam, sive imaginem, ac vestigium, tum rationis, tum voluntatis, in internis sensibus, & animali appetitu habent: sicut & Scriptura passim indicat: Esa. 1. Jerem. 8. Job 39. & seqq. Proverb. 6. &c. & philosophi quidam, ut Plutarchus, alii que, pridem ostenderunt. Quare etiam *lex* quædam naturæ divinitus inde ab initio ipsis data videri potest: contra quam si delinquant, *aliquatenus* suo modo peccare non immeritò dici possunt; eo que meritò etiam puniri: quum pœna peccato semper analogam sit.

2. Sic fanè in lege *Mosis* pœnæ quædam, etiam bestiis infligendæ, divinitus præscribuntur. Vide Exod. 21. *de bove cornupeta, & homicida &c.*

Et Levit. 20. de bruto cum homine forte contra naturam coeunte &c. Item Genes. 9. de sanguine hominis, etiam in bestiis vindicando &c. Quæ quidem non obscurè docent, analogiam saltem, sive umbram, ac similitudinem aliquam, peccati etiam in bestiis locum habere. Voluit enim Deus jam inde ab initio, ut bestia hominem, tanquam dominum suum, perpetuò revererentur: eoque hanc quasi legem naturæ ipsis tum indidit, ne hominem occiderent, neve cum eo contra naturam coirent &c. Præterea voluit, ne ipsæ etiam inter sese genera sua, per præternaturalem coitum, temere confunderent: sicut vel ex eo colligi posse videtur, quòd ab initio singulas species seorsim inter se conjugavit, iisque propagationem sic imperavit, Genes. 1. & 2. Item ex eo, quòd Deuter. 22. populo suo prohibuit, ne cum bove & asino simulararent &c. Denique generalem quandam innocentiam, singulorum generum naturæ convenientem, tum inter sese ipsas, tum maximè erga homines servandam, præscripsisse illis Deus videtur: adeò ut Genes. 1. & 9. etiam de cibo, sive pastu ipsarum, quasi legem quandam tulerit. Hanc igitur innocentiam dum bestia non servant, aliquatenus sanè peccant; eoque pœnam sibi analogam aliquo modo tunc promerentur.

4) Imò per vocabulum carnis tantummodò homines hic significantur: ut planè evadit ex peristasi textus v. 11. 12. & 13. ubi verba illa, Omnis caro corruerat viam suam, exponuntur de violentia hominum. Et ipsum vocabulum viæ hoc loco significat vitæ institutum ac mores.

5) Imò vetat peristasis textus, & ipsa phrasis, Corrumperet viam suam: sicut modo ostendi.

6) Ista ratio nihil probat: Alibi: ergo etiam hic.

7) At non sequitur, Dicuntur: igitur hic dicuntur.

8) At non omnes: quia certus earum numerus conservatus est in arca. An igitur putas, illas non corrupisse viam suam?

Sed unde id probabis? Si verò illa quoque viam suam corruerant: cur non cum ceteris punita fuerunt? Hinc perspicere potes, illam bestiarum deletionem non habuisse rationem pœnæ, respectu ipsarum. 9) Sed quomodo hinc probabis, quòd bestia ante diluvium viam suam corrupisse dicantur in proposito loco? 10) Imò occurrunt duo: quæ indicavi ad n. 4. 11) Sit iudicium penes lectorem: 12) Indicatus quidem: sed non probatus: ut patet ex notis ad n. 6. 7. 8.

3. Ad locum igitur Gen. 6. quod attinet, non nego quidem, (4) præcipuè ac magis usitatè, magisque propriè, homines hic significari per vocabulum carnis &c. At nihil tamen (5) vetat, etiam bestias hic aliquatenus intelligi: (6) utpote quæ & ipsæ alibi caro vocentur: quæque suo modo, saltem improprie, viam suam, divinitus jam olim præscriptam, (de qua paulò antè diximus) corrupisse (7) dici possunt. Quare etiam non homines tantum, sed & ipsæ bestia, per diluvium (8) extinctæ, atque ita suo modo punitæ fuerunt, Genes. 7. & 8. Et postea, sedatâ jam aliquatenus Dei irâ, (9) fœdus quoddam generale, de diluvio non ampliùs immittendo &c. non cum hominibus tantum, sed & cum bestiis, ab eodem Deo instituitur, Genes. 9. Saltem in loco primùm citato (10) nihil occurrit, quod vocabulum carnis ad solos homines simpliciter restringere nos cogat. Neque enim ratio à te allata (11) tanti est, ut restrictionem hanc, nisi in aliquo certo & speciali sensu, necessariam hic esse evincat: sicut ex antè dictis satis apparere credo. In summa: si tropus, hic à me (12) indicatus, dextrè tantum accipiatur, omnia mox plana erunt, nec sententiæ nostræ admodum discrepabunt.

SECTION

S E C T I O X C V.

An, & quatenus, Christus totus olim fuerit in potestate Patris.

P Ag. 393. lin. 4. & 5. de Christo loquens, ait: Præsertim quum esset totus in potestate Patris.

N O T A P I S C A T O R I S.

Si totus: ergo etiam secundum 1. naturam divinam. Si hoc, non ergo Patri 2. æqualis. Absurdum ultimum. Ergo & primum.

R E S P O N S I O V O R S T I I.

1. Utrumque hoc connexum tuum (1) fallit. Primum idcirco, quia (2) totum Christum, cum toto Christi, hoc est, totam Mediatoris personam, cum naturis seorsim acceptis, confundis. Totus enim Christus hic (3) limitativè consideratur, (4) quæ Christus est, hoc est, Θεός υἱος πατρὸς, seu filius Dei in carne nostra patefactus. Qui certè totus à Patre (5) pendet, quippe (6) totus ab illo missus, ac nobis donatus &c. Sed tu nihil discriminis statuis inter totum Christum, & totum Christi: ac proinde phrasas concretas in abstractas subinde (7) convertis. Qua de re supra satis egimus.

Et homo? Hoc autem rursus quid aliud est, quàm, secundum naturam tam divinam quàm humanam? 5) Potest quidem dici, Christum à Patre pendere etiam secundum divinam naturam, quatenus ex eo genitus est: sed hinc non sequitur, secundum divinam naturam esse in Patris potestate: quia potestas superioritatem ac dominium notat, quæ hic locum non habet. 6) Sed non quæ totus: verum quæ homo, non autem quæ Deus. Probo utrumq;. Prius sic: Quæ ratione Christus in mundum venit, eadem ratione in mundum à Patre missus est. Venit autem quæ homo, nam quæ Deus, jam antea in mundo erat, Johan. 1. v. 10. Ergo missus est quæ homo. Posterius sic: Is qui mittitur, minor est mittente, Johan. 13. v. 16. Atqui Christus, quæ Deus, non est minor mittente: nempe Patre: sed ei æqualis. Ergo Christus, quæ Deus, non est missus. Idem dicendum de donatione. quod sic probo: Cujus naturæ respectu Pater Christum pro nobis tradidit, ejusdem naturæ respectu illum nobis donavit, Rom. 8. 32. Atqui respectu naturæ humanæ illum pro nobis tradidit: nempe in mortem. Ergo ejusdem naturæ respectu illum nobis donavit. Interim is qui donatus est, Deus fuit & in æternum manet. 7) Nego. Nec tu probas.

2. Alterum propterea, quia naturam Christi divinam, absolutè summam, & modum ejus personalem, seu relativum, ac præsertim officium ejus voluntarium, tacitè inter se (8) confundis: dum ex illius æqualitate, hujus utriusq; inæqualitatem negandam esse (9) innuis, seu potiùs tacitè (10) præsupponis. At nihil vetat, Christum respectu naturæ divinæ, simpliciter & per se consideratæ, Patri suo esse æqualem: Johan. 5. Philip. 2. & tamen quoad ordinem subsistendi, seu quoad processionem personalem, (sed maximè quoad œconomicam officii mediatorii susceptionem) Deo Patri (11) subjectum, Johan. 14. & 1. Corinth. 15. &c. seu mavis

N O T A E P I S C A T O R I S.

1) Et quomodo?

2) Distinctionem istam ineptam esse, alibi demonstravi.

3) Ergo idem valet, ac si dicas: Christus in potestate Patris est totus: id est, quatenus totus. Quod quid aliud est, quàm, secundum utramq; naturam?

4) Hoc autem, quid aliud est, quàm, Quæ est & deus

5) Potest

8. 9. 10) Omnia ista falsè mihi tribuis: nec ullam probationem criminationum istarum affers.

11) Nequaquam. nam æqualitas naturæ divinæ subjectionem omnem respuit.

12) *Confundis diversa. Ordo quidē est inter tres personas, Patrem, Filium, & Sp. S. at non est inter eas subordinatio. quia hæc pendet à voluntate subordinantis. at ille ab ipsa natura.*

13) *Si per officium intelligis personarum divinarum operationes, inter illas non est inæqualitas sed tantum aliqua diversitas, quod ad operandi modum attinet.*

14) *Istud nomen tribuitur filio Dei improprie.*

15) *Hoc nusquam docet scriptura: & pugnat istud cum majestate nature divine: cui imperari nihil potest: quum Deus sit supremus dominus.*

16) *Illam ordinationem fuit Patri cum Filio & Sp. S. communis: quia est de opere ad extra.*

17) *Nego. quia antecedentis pars una est falsa: ex altera autem consequens istud non sequitur.*

18) *Ista limitatio te non juvat. quia simpliciter scripsisti, Christum fuisse TOTUM in potestate Patris. unde sequitur simpliciter, fuisse in ejus potestate SECUNDUM UTRAMQUE NATURAM.*

subordinatum esse. Nosti enim illas veterum Regulas: *Æqualitas nature non tollit ordinem, (12) aut subordinationem, divinarum personarum: neque impedit inæqualitatem. (13) officii &c.* Et sanè si Christus etiam in V. Testamento, quum nondum homo natus esset, subinde legatum Patris egit, sive ut (14) Angelum Dei sese gessit, siquæ ex (15) imperio & (16) ordinatione Patris tandem in carnem venit, ut in ea opus Redemptionis perficeret: prout tu sine dubio statuis: omnino (17) fatendum est, eum totum, quantus quantus est, (quatenus scilicet Dei legatus, & hominum Mediator est) in potestate Patris semper fuisse: sic tamen, ut secundum deitatem, (18) absolute acceptam, Deo Patri semper æqualis exstiterit. Vide inter alios D. Bezam, de his disserentem in Respon. ad Acta Colloquii Mompelgart. part. I. pag. 108. & seqq. Distinctione enim commoda hæc opus est, quæ rem totam facile declarabit.

Et pugnat istud cum majestate nature divine: cui imperari nihil potest: quum Deus sit supremus dominus. 16) Illa ordinatio fuit Patri cum Filio & Sp. S. communis: quia est de opere ad extra. 17) Nego. quia antecedentis pars una est falsa: ex altera autem consequens istud non sequitur. 18) Ista limitatio te non juvat. quia simpliciter scripsisti, Christum fuisse TOTUM in potestate Patris. unde sequitur simpliciter, fuisse in ejus potestate SECUNDUM UTRAMQUE NATURAM.

SECTIO XCVI.

An per Deum stet, quò minus impii in Christum credant, & salvi fiant.

P Ag. 394. circa medium ait: per Deum non stare, quò minus in ipsum credamus &c.

NOTA PISCATORIS.

Hic observandum, sermonem hîc esse *de omnibus* 1. hominibus: ut patet ex collatione præcedentium. Jam si per Deum non stat, quò minus in ipsum credant omnes homines: sequitur, ipsum circa *omnes* 2. ita operari, ut nihil eorum omnium omittat, quæ ad fidem generandam sunt necessaria. Si hoc sequitur porro, eum *omnes vocare* 3. per Evangelium; & quidem efficaciter, accedente nimirum operatione Spiritus S. At Deus nec omnes vocat: quia *præteritis ætatibus sivit gentes incedere suis ipsarum viis*, Act. 14. v. 16. Nec omnes quos vocat, efficaciter vocat; sed tantum eos, quos ad vitam prædestinavit, Rom. 8. v. 20.

RESPONSIO VORSTII.

NOTA PISCATORIS.

1) *At contrarium ostendā in ipsis verbis tuis. Etenim in principio istius paragraphi objectionem proponis his verbis,*

1. Immò verò sermo hîc est, (1) non de omnibus omnino hominibus, quovis modo acceptis; sed de omnibus aliquatenus jam ad salutem à Deo

Deus exigit ab OMNIBUS HOMINIBUS perfectam obedientiam &c. Tum

subiicis responſionem his verbis, Immo verò quantum ſatis eſt ad obedientiam præſtandum, Deus ab initio nobis largitus eſt. An non iſta aperte de omnibus omnino hominib. à te dicta ſunt? Cur igitur iſtud hic negas? & quod ſimpliciter dixiſti, nunc ad vocatos reſtringis? Quanquam iſtud effugium te nihil juvat: quum enuntiatum tuum etiam de vocatis quibusdam falſum ſit: nempe de omnibus illis qui non vocantur efficaciter, ſed tantum externè, à Deo vocatis: ſive parcius, ut olim, inde ab initio; ſive uberiùs, ut jam ſub N. Teſtamenti ſtatu: ſicut ex ſerie verborum meorum aperte conſtat. Ad hos igitur omnes utraq; exceptio tua prudenter nobis (2) aptanda eſt. Quod cum fiet, neutra quidquam ſolidæ veritatis habere (3) deprehendetur. Non prior: quia locus Act. 14. (4) vel ſufficientem gentium vocationem revera non (5) negat: vel ſi negat, non ad antecedentem, ſed ad (6) conſequentem Dei voluntatem, referri debet. Non poſterior: quia non de (7) efficaci, ſive cum effectu (8) externo conjuncta, qualem Apoſtolus Roman. 8. explicat, ſed tantum de ſufficiente vocatione Dei, hinc agimus. Satis enim eſt, ad inſtitutum meum, ſi (9) concedatur, Deum omnibus omnino vocatis ſufficientem credendi, & porro ſalutem obtinendi, gratiam ex animo offerre. Hinc enim manifeſtum evadit, (10) non per Deum vocantem, ſed per homines vocatos, ſtare, quò minus iſti omnes credant, & credendo tandem ſalvifiant: prout Act. 7. (11) & 13. & 17. & c. item Eſa. 5. & 65. Jerem. 7. & 13. & c. videre eſt.

2) Aptetur ſanè: ſed iſtud (ut modo oſtendi) te nihil juvabit.
3) Exſpecto probationem.
4) En quomodo fluctuas!
5) Imò negat OMNEM vocationem: ergo etiam ſufficientem.
6) Petitio principii ex falſa hypothefi.
7) Imò de efficaci vocatione te hic agere, manifeſtum eſt ex verbis tuis, ubi dicis, Per Deum non ſtare quò minus IN IPSUM CREDAMUS.
8) Si in iſta voce non eſt mendum, ita ut ſcripta ſit pro voce INTERNO: tum vocationem efficacem hic falſò exponis, & inſuper tibi ipſi contradicis. nam certè vocatio quam tu vocas ſufficientem, cum effectu externo, puta prædicatione evangelii, conjuncta eſt. 9) At ego iſtud tibi non concedo. nam gratia qua ad fidem ſufficit, non eſt ſola prædicatione evangelii qua foris offertur: ſed etiam operatio S. Sancti, qua intus in animo hominis peragitur. 10) Imò per Deum vocantem quippe qui ſi vellet, fidem in omnibus operaretur: absq; qua operatione credere nemo poteſt. 11) Si verſus allegaſſes: conſiderarem, an loca allegata ad propoſitum tuum probandum aliquid facere videantur.

2. Sed tu generalem hanc gratiæ ſufficientiam ne quidem vocatis omnibus à Deo præſtari agnoſcis: eòq; per Deum ſtare exiſtimas, (quod Germanicè pejus adhuc ſonat, ſi rectè vertatur: daß der (12) mangel an Gott ſey etc.) quò minus homines, etiam qui per Evangelium vocantur, in Chriſtum credant, & porro ſalvi fiant. Quo ipſo ſanè duplicem perditionis humanæ culpam reipſa Deo (13) tribuis: 1. dum aliis quidem omnem, etiam planè neceſſariam, vocationem ad ſalutem, (14) ſub Novo Teſtamento, ex ipſius Dei parte (15) adimis: 2. aliis verò, licet jam vocatis, neceſſarium quoq; credendi auxilium à Deo (16) denegari aſſeris: idque totum ex absoluta & antecedente Dei voluntate ſic proficiſci (17) contendis. Ita porro fit, ut Deo veram injuſtitiam, & hypocriſin, a-

12) Vox illa offendit hic ex homonymia. nam videtur ſonare id quod aliàs nominamus ein gebrechen: nempe defectum aliquem vitioſum. At ſi iſta vox hic ſimpliciter intelligatur de defectu, id eſt, de re qua omititur ad opus aliquod perficiendum, nihil incommodi habet. Sensus enim eſt, daß es an Gott mängele/nemlich am willen Gottes: quippe quum Deus non velit in omnibus quos externè vocat, internè operari fidem. 13) Nego. 14) Hoc tu ſophiſticè interſeris: quum queſtio ſit de omnibus hominibus: ut oſtendi ad num. 1. Ac proinde etiam de hominibus V. T. 15) Ego non adimo: ſed verbis Pauli Act. 14. v. 16. doceo, vocationem illam non eſſe omnib. hominibus communem. 16) Non dico denegari. nam is demum denegat, qui recuſat dare quod petitur. Dico autem, Deum non omnes quos vocat, vocare efficaciter.

X 3

17) Quid ni contenderem? Quum certum sit, quicquid Deus agit in tempore, & quomocumq; agit: id sic agere decrevisse ex merito beneplacito suo.

18) Nego. Et istas tuas consequentias jam saepe refutavi. liaque id genus vitia, ipso prorsus indigna, attribuere tandem (18) cogaris: sicut (19) consideranti, ex connexionione rerum, & rationum, facile constabit.

19) Consideret igitur lector, & judicet.

20) Ubi?

21) Fallis ex homonymia. Nam in loco allegato vox OMNES significat omnis generis homines: ac hic questio est de hominibus CUNCTIS.

22) Hac voce significas, te hic loqui de omnibus omnino hominibus: quod tamen in principio hujus responsionis negasti.

23) Imò etiam per Deum, quia nemo potest venire ad Christum, nisi pater qui misit eum, traxerit illum, Johan. 6.

24. 25) Et jure quidem.

26) Imò jure, quia ipse dederat hominibus in prima creatione vires quibus poterant obedire mandatis ipsius: nec tenetur vires illas cuiquam restituere.

27) Dicitur illud nò loquitur de collata Judais sufficiente gratia ad credendum: sed loquitur de sufficientibus beneficiis externis ad

impetrandum ab illis relationem gratia per studium bonorum operum. 28) Si Judais istis data à Deo fuisset sufficiente gratia ad credendum, Spiritus S. effecisset in eis fidem: ac proinde desissent esse domus rebellis. 29) Voluit voluntate humana, quatenus fideliter eos de ratione consequentia salutis docuit. Sed hinc non sequitur, quòd voluntate sua divina dederit eis sufficientem gratiam ad credendum. 30) Sanè hic erat scopus voluntatis humana Christi in docendo. Sed inde non potest concludi tuum propositum. 31) Hic falsò allegas scripturam: quia ista sententia tibi non connectitur cum precedente: sed cum sententia alia: ut patebit inspicienti textum. 32) Quasi verò homo impedire possit efficaciam Dei! Ergòne homo Deo potentior? an verò Deus non potest hominis contumaciam frangere? 33) Culpa quidem penes solum hominem est: sed causa tamen ex parte est in Deo: sicut demonstravi. 34 35) Nego.

3. Sed præter hæc absurda, etiam S. literæ non obscure tibi (20) reclamant. Nam Deus ipse in verbo suo palàm testatur, se (21) omnes homines salvos fieri velle, 1. Timoth. 2. & 4. eoq; ad salutem omnes serió invitare, (jam (22) præsertim sub N. Testamento) neq; revera per ipsum, sed (23) tantum per homines stare, quo minùs omnes, qui vocati sunt, ad Christum veniant, & salvi fiant: Actor. 13. & 17. &c. ac proinde cum ipsis incredulis, ac gratiam oblatam spernentibus, serió passim (24) expostulat, & voluntarium exitium severiter ipsis (25) exprobrat, Ezech. 12. & 18. & 33. &c. Quorum nihil (26) jure facere posset, si per ipsum absolute staret, quò minùs homines aut sufficienter vocarentur; aut jam vocati crederent &c. Saltem cogita, quam malè cum dicto tuo conveniat dictum illud Dei, Esa. 5. (27) Quid debui facere vineæ meæ, quod non fecerim? &c. Item illud ejusdem Dei, Ezech. 12. Habent oculos ad videndum, nec tamè vident: & aures ad audiendum, nec tamen audiunt: quia domus (28) rebellis sunt. Similiter quoq; illud Christi dictum, Matth. 23. Quoties (29) volui liberos tuos congregare: sed tu noluisti &c. Denique illud ejusdem Christi, Johan. 5. Hæc dico, (30) ut vos salvi fiatis &c. (31) Sed non vultis ad me venire, ut vitam habeatis &c. Addi possent id genus alia vel sexcenta loca, quæ veram incredulitatis, & perditionis humanæ causam, non in defectu vocationis, aut gratiæ divinæ, (suo etiam modo efficacis: nisi quis efficaciam hanc (32) impediatur) sed in sola (33) hominum vocatorum culpa, h. e. gratiæ oblatæ contemtionem, aut salutis securâ neglectione &c. disertè constituunt: quum tu contra revera homines ab omni culpa hinc (34) absolvas, eamq; totam in Deum ipsum imprudens (35) transferas. De quo amplius te serió cogitare par est.

SECTIO

28) Si Judais istis data à Deo fuisset sufficiente gratia ad credendum, Spiritus S. effecisset in eis fidem: ac proinde desissent esse domus rebellis. 29) Voluit voluntate humana, quatenus fideliter eos de ratione consequentia salutis docuit. Sed hinc non sequitur, quòd voluntate sua divina dederit eis sufficientem gratiam ad credendum. 30) Sanè hic erat scopus voluntatis humana Christi in docendo. Sed inde non potest concludi tuum propositum. 31) Hic falsò allegas scripturam: quia ista sententia tibi non connectitur cum precedente: sed cum sententia alia: ut patebit inspicienti textum. 32) Quasi verò homo impedire possit efficaciam Dei! Ergòne homo Deo potentior? an verò Deus non potest hominis contumaciam frangere? 33) Culpa quidem penes solum hominem est: sed causa tamen ex parte est in Deo: sicut demonstravi. 34 35) Nego.

S E C T I O X C V I I .

De potestate Dei, in remittendis peccatis absque punitione.

P Ag. 399. §. *Non dicitur:* dicit falsum esse, quòd nullum omnino peccatum, per justitiam Dei, absolutè loquendo, hoc est, extra hypothesin divini decreti, possit impunitum dimitti.

N O T A P I S C A T O R I S .

Immò quum Deus per naturam 1. justus sit, non potest non peccatum odisse; & per 2. consequens (quum idem omnipotens sit) punire.

R E S P O N S I O V O R S T I I .

I. Mirum profectò est, te justitiam Dei (quam ego nulla ratione in dubium vocavi, aut etiam nunc voco) hìc tantopere urgere, ubi urgeri non nisi sub conditione aliqua meretur; quippe quæ (1) non nisi ex hypothesi divini decreti locum hìc habeat: quum suprà eandem, penè totam, non obscure illic (2) negaveris, ubi simpliciter & absolutè tibi agnoscenda erat. Nempe injustum tibi videtur, si Deus peccatum aliquod, etiam minimum, aut levissimum, ex plenitudine (3) potestatis suæ gratis condonet, sive impunitum dimittat: quum contrà justum tuo judicio sit, si Deus plerosq; hominum & peccatis, & æternis pœnis, (4) ante omnem culpæ ipsorum prævisionem, inevitabiliter addicat; sive infernali exitio, ejusque causis, absolutè devoveat. Cur hìc, quæso te, potestatem Dei justam à nobis agnoscì vis, ubi per se manifesta & notoria iniquitas (5) est? Illic verò agnoscere ipse recusas, ubi ne umbra quidem veræ (6) iniquitatis apparet? Dolendum profectò est, te, virum alioqui doctissimum, unà cum quibusdam aliis Dd. utrinque hìc tam graviter (7) errare: puta circa justitiam, simul & potestatem Dei, tum prædestinantis, tum justificantis: prout partim hæctenus (8) ostendi, partim deinceps, Deo dante, plenius ostendam.

6) *Pervertis statum questionis. Neque enim dico, Deum iniquum fore, aut injuriam cuiquam facturum, si quod peccatum impunitum dimittat: sed dico, justitiam Dei postulare ut peccatum omne puniat.* 7. 8) *Judicent lectores.*

2. Neque verò ratio, quam hìc affers, ad propositum tuum concludendum quidquam valet: maximè quum postremum ejus consequens planè (9) sit per se inconsequens. Est quidem Deus omnino per naturam justus, (quod utinam in loco prædestinationis paulò diligentius considerares!) & proinde non potest peccatum non odisse. Est etiam verè omnipotens: eoq; facere potest, quidquid vult: immo etiam plura, quàm

N O T A E P I S C A T O R I S .

1) *At ego contrarium demonstravi.*

2) *Falsò istud mihi imputas.*

3) *At Deus potestate sua non utitur cõtra suam majestatem & naturam.*

4) *Subinde mihi tribuis ea qua ego non scripsi. Ista certè verba in notis meis non reperies. Sed mea sententia hæc est: Deum non ideo esse injustum, quòd aliquos prædestinavit ad exitium non propter prævisam ipsorum impietatem, sed ex puro suo proposito. Quæ sententia fundata est in verbis Pauli Rom. 9 v. 11. 13.*

5) *Non est, quia apostolus id negat Rom. 9 v. 14.*

7. 8) *Judicent lectores.*

9) *Exspecto probationem.*

10) Imò efficitur. Id quod sic ostendo: Si Deus non potest non odisse peccatum, non potest non velle punire peccatorem. Si non potest non velle punire peccatorem, non potest non punire peccatorem. quia quum sit omnipotens, potest eum punire. Quicquid autem potest & vult, id facit necessarid. Quòd verò non puniat peccatores omnes in ipsismet, sed aliquos eorum punit in ipsorum mediatore & satisfactore, nēpe Christo: id demum pendet à libera ejus voluntate ac beneplacito. nam jure potuisset omnes punire in ipsismet, vel etiam omnes in mediatore, si ei placuisset hunc omnibus donare.

11) Non habes justam causam reprehendendi hanc loquutionem: quia apostolus Paulus simili phrasi utitur & huic prorsus aequipollente, ubi ait, quòd Deus condemnaverit (id est, puniverit) peccatum in carne, nempe in carne filii, Rom. 8. v. 3. Similiter dicitur Deus visitare peccata: pro eo quod est punire: ut Exod. 20. v. 5. & cap. 34. v. 7. Jerem. 14. v. 10. 12) Imò odium peccati postulat, ut peccator puniatur. 13) Falsa hypothesis. Consideratur enim hic omnipotentia Dei non per se seu separatim, sed cum odio peccati conjuncta. 14) Nempe in rebus quae simpliciter à placito Dei dependent. 15) At hoc non admittit Dei majestas. 16) Falsa hypothesis: quasi Deus possit velle quod pugnat cum ipsius majestate & justitia. 17) Aberras à questione. Non queritur hic, quid Deo liceat: sed, quid possit per naturam. 18) Imò si Deus ullum peccatum impunitum dimitteret: faceret injuriam sibi ipsi: quia vili penderet suam majestatem, non vindicando crimen Ise illius. 19) Sed erga quos? Nempe erga electos: quorum peccata punivit in ipsorum mediatore, Christo. Erga reprobos verò non declarat gratiam, sed justitiam punientem. 20) Falsa hypothesis: quasi per assertionem justitiae Dei punientis negetur potestas ejus in justitia illa administranda.

re ipsa vult. Sed hinc nondum (10) efficitur, Deum eadem naturae necessitate peccatorem ipsum (non autem peccatum: ut tu admodum *catholicus*, sive *abusive*, hic (11) loqueris) punire, quàm peccatum odit. Nam neque (12) odium peccati, quantumvis ferium, neque omnipotentia Dei, (13) per se considerata, praecise postulat, hoc est, citra hypothesein liberi decreti, ut peccator ipse pro merito suo praecise, ac necessariò, puniatur: quum nec potentia, nisi ad placitum Dei, foris actu (14) exercetur: & peccatum, licet Deo maxime invisum, & exosum, ex pura gratia, & libera potestate, resipiscentibus condonari (15) possit. Quod tamen ipsum si forte condonare Deus nolit, tum potentia ejusdem tam facile poenam infliget, quàm justitia eandem in peccatoribus aequam esse vincet. At (16) si condonare id Deus simpliciter velit, cur ei, quaeso, non (17) licebit? An forte Deus magis tenetur jus suum persequi, quàm homo? Aut num, quaeso, minus illi hic licebit, quàm nobis? Cave alterutrum dixeris, nedum simul utrumque. Supremus enim & absolutissimus ille omnium Dominus est: cui de suo facere semper licet, quidquid vult: Matth. 18. & 20. &c. qui que miseretur cujus vult &c. Rom. 9. Exod. 33. &c. qui denique de jure suo aliquid forte remittens, nec (18) sibi, nec aliis, injuriam ullam facit. Psal. 51. & 92. & 119. & 130. &c. sed liberrimam potestatem, simul & gratiam erga (19) nos suam, cum vera nominis sui gloria perspicue declarat. Quae quidem ipsius gloria non parum obscuratur, ubi justa haec plenissimaque ipsius potestas, non (20) agnoscitur. Vide *Musculum*, quaeso, tribus locis in Exegesi mea citatis, Cap. 24. Ubi plura notatu digna invenies.

SECTIO XCVIII.

An peccata poenis interdum graviora esse possint.

Ibidem dicit, posse peccata poenis esse graviora.

NOTA PISCATORIS.

At hoc pugnat 1. cum justitia Judicis. Deinde poenas peccatis fore
2. aequa-

2. æquales: percipitur ex eo, quòd graviùs punientur, qui peccarunt graviùs; leviùs verò, qui leviùs: ut ostendunt verba Christi de Judæis sui temporis impœnitentibus, Matth. II. v. 20. & deinceps.

R E S P O N S I O V O R S T I I.

I. Immò non pugnat hæc pœnarum mitigatio cum justitia Dei, supremi judicis: quippe qui sic judex est; ut idem simul absolutus omnium dominus sit: qui que proinde pœnam aut gratis (1) condonare, aut saltem (2) mitigare potest, quantum ipse vult. Et sanè si (3) condonare hanc totam jure potest, (quod paulò antè obiter (4) ostendi) multò magis eandem mitigare, sive lenire, aut abbreviare, aut alio quovis modo infra meritum infligere potest. (5) Vide illa Scripturæ loca, ubi Deus benignus, clemens, longanimus, patiens, ad veniam facilis &c. esse prædicatur. Exod. 34. v. 7. Psal. 86. & 103. Jon. 4. Rom. 2. &c. Adde, quòd etiam terreni Judices (licet jurati, & delegati; eo que legibus alligati) sine violatione veræ justitiæ, aliquid de rigore, sive asperitate pœnarum, ob rationabiles causas, interdum remittere (6) soleant: prout olim Judæi ex 40. plagis, à lege (7) præscriptis, unam ordinariè remittebant. Deut. 25. 2. Corinth. II. Quantò igitur magis id Deo nostro (8) liceat? immò etiam (9) conveniat? Deo opt. max. inquam, utpote non tantùm (10) supremo omnium domino, & judici liberrimo, atque absolutissimo? sed etiam per naturam optimò, & (11) clementissimo? eo que ad iram (12) tardo, & ad gratiam (13) propenso? quem denique in omnibus viis suis (14) clementem ac benignum esse, suprà ex Psal. 145. audivimus? Ipse igitur suæ legis (ut Lactantius ait, de ira Dei, Cap. 19.) (15) judex est, ac disceptator. Quam cùm ferret, non ademit sibi potestatem; sed habet licentiam ignoscendi &c. Vide locum, si placet.

nivit in Christo. 4) At ego ostendi contrarium. 5) Et tu vicissim vide illa Scripturæ loca ubi Deus dicitur zelotes, qui nequaquam absolvit fontem, qui est ignis consumens: Exod. 20. v. 5. & cap. 34. v. 7. Deut. 4. v. 24. Heb. 12. v. 29. Num igitur ista epitheta inter se pugnant? Non pugnant: nam referuntur ad diversa objecta. Facilis est Deus ad ignoscendum peccata respicientibus, quorum peccata punivit in Christo: at idem nequaquam ignoscit peccata impœnitentibus, sed ipsos propter illa punit. 6) At non rectè: si pœna præscripta sit à lege divina. 7) At non ita præscriptis ut numerum plagarum non liceret minuere: sed tantùm ne liceret augere: sicut in lege illa disertè exprimitur. 8) Non est hic quaestio, quid Deo liceat, sed quid per naturam possit. 9) At non sequitur, Hoc convenit homini: igitur etiam Deo. Homini convenit punire fontes secundùm leges à Deo præscriptas: itaq; judici terreno non licet insontem, quantumvis sponsorem, punire loco fontis. At hoc Deo non convenit: quia illi nulla leges à quoquam præscriptæ sunt, & ipse potestatem habet pœnam transferendi in insontem sponsorem. 10) Hæc ratio enthymema tuum non solum non confirmat, sed etiam infirmat: ut patet ex modò dictis. 11, 12, 13) Ita tamen ut fontem nequaquam absolvat, Exod. 34 v. 7. 14) Sed cur omittis quod ibidem additur, JUSTUS EST Jehova in omnibus viis suis. Justus autem est, sive peccata puniat in ipsis peccatoribus, sive in idoneo sponsore illorum. Deinde ibi propriè sermo est de gubernatione hominum in hoc sæculo. 15) Sed quid hoc ad rem? Quasi verò ego Deum subjiciam legi ab ipso lata! aut quasi ei adimam potestatem ignoscendi quibus vult!

2. Non nego quidem, pœnas olim in judicio Dei fore peccatis ali-

y

NOTÆ PISCATORIS.

1) Sed non nisi illis pro quorum peccatis Christus pœnas meritas (quas scilicet illi meriti fuerunt) sustinuit: nempe electis.

2) Mitigationis pœna non eadem est ratio qua condonationis. Mitigatio pugnet cum rigore justitiæ punientis: at condonatio cum rigore illo non pugnat: quia quibus Deus peccata condonat, eorum peccata rigidè punivit in Christo.

3) Si intelligis condonationem qua fit citra intervenientem satisfactionem, ut intelligis: tum nego antecedens: quia sic Deus se ipsum injuria afficeret, negligendo vindictam læsæ suæ majestatis. Si verò intelligas condonationem quam Deus præstat electis, tum nego consequentiam: quia Deus electorū peccata rigidè pu-

quatenus æquales: si quidem generalem proportionem secundum diversa & horum, & illarum genera, & quidem juxta gradus, à Deo sapienter constitutos, utrinque spectemus. Id quod etiã solum ex loco Matth. II. probari potest. Sed hoc nihil impedit, quin ἐπιείκεια illa, seu moderatio divina, quam dixi, aliquando locum hinc habeat; immò etiam *semper*, aliqua saltem ex parte, sese hinc exferat. Punientur nempe tum gravius, qui gravius hinc peccarunt: & levius, qui levius, Luc. 12. v. 47. 48. Et tamen nemo (16) forte omnium tantum punietur, quantum ex strictissimo Dei jure (cujus rigorem ne S. Angeli quidem sustinere possent, Job. 4. & 9. & 15. & c.) commeritus esset. Saltem in hoc seculo aliqui à Deo gravius puniri justè possent, quàm re ipsa nunc puniuntur: prout ipsa experientia testatur. Alioqui sanè (17) pœnas ipsas à Deo leniri, aut mitigari, frustra peteremus: proquò illis mitigatis, aut etiam ablatis, frustra gratias ageremus & c. Psal. 6. & 38. & 88. & 116. & c. Quod totum prorsus ἀτοπον, & ἀδεόλορον censeretur. In summa: aut (18) potestas Dei absoluta utrinque hinc agnoscenda est, aut multa magnaquæ absurda tandem admitenda.

16) Relinquamus igitur hoc in dubio.

17) Hic deflectis à questione. nam pœna de quibus hic loqueris, propriè loquendo sunt castigationes paterna.

18) Imò majestas inviolabilis: id est, qua se impunè violari non patitur.

SECTIO XCIX.

Iterum de loco Ezech. 33. Nolo mortem peccatoris & c.

P Ag. 400. §. Porro, citatur dictum Ezech. 18. & 33. Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat. Sic in Exeg. Apol. pag. 108. lin. 4.

Sed in 1. Hebræo non habetur, *ut convertatur*: verum, *Quum convertitur*. Inter quæ 2. duo multum interest.

NOTE PISCATORIS.

1) Videat ibi lector notas meas responsorias.

2. 3) Imò nec potest nec debet: quia prepositio \beth béth nunquam notat finem, seu causam finalem: ut possit reddi per conjunctionem causalem ut.

4) Multitudo errantium non parit errori parricinium.

5) At, hæc non est propria ejus vis, ut valeat conjunctionem causalem ut.

6) Ista collatio nihil juvat. nam litera \beth béth in voce Bemóth, non significat ut: sed tantum servit notando objecto: Non delector in morte sive in moriendo, $\epsilon\upsilon\ \tau\omega\ \theta\alpha\upsilon\epsilon\iota\upsilon$: pro quo Latini dicunt, Non delector morte. 7) Sit judicium penes lectorem. 8. 9) Nego.

RESPONSIO VORSTII.

I. At ego suprà (præsertim Sect. 5.) satis ostendisse mihi videor, (1) re ipsa id in Hebræo scriptum esse, quod tu scriptum esse negas. Nam & Hebræum verbum, *Beschub*, ita verti (2) posse, immò (3) debere, uti plerique omnes interpretes hæctenus verterunt, (videl. *ut convertatur*) non modò ex hoc ipso consensu (4) omnium penè interpretum; sed etiam ex propria hujus particulæ (5) vi, cui tu maximè insistere videris; item (6) ex collatione præcedentis vocabuli, *Bemóth*, aliisque; id genus circumstantiis, abundè (7) demonstravi: maximè verò ex tota sermonis divini coheræntia, & speciatim ex adjecta illa exprobratione planè pathetica, *Quare moriemini & c.* quippe quæ alioqui prorsus (8) frigeret, nec cum feria illa.

ria illa.

ria illa protestatione Dei quidquam commune (9) haberet &c. Hæc igitur argumenta deinceps solvenda (10) tibi erunt, priusquam novam & insolentem hujus loci versionem (11) tuam, tanquam omnibus aliis meliorem, nobis amplius inculces.

2. Ne jam dicam, non tam multum inter tuam, & aliorum versionem hinc interesse, ut etiam ex tua, id quod præcipue quærimus, re ipsa concludi non possit. Nempe, quia *delectatio* Dei (quam ipse hinc agnoscis) circa objectum tale, quale hinc describitur, necessario (12) arguit, ipsum serio velle, ut idem objectum in nobis verè existat; salva tamen semper (13) libertate illa nostra, de qua supra non semel egimus.

diētia illa fuisset delectatus, & tamē non voluit ut ista obedientia in illo existeret: quia ret proditio, Act. 2, v. 23. 13) Nempe libertate arbitrii nostri, pro qua tu tanquam pro-

10) Solvi jam.

11) Non est mea: sed doctissimorum & lingua Hebræe peritissimorum, atq; etiam fidissimorum, interpretum, Immanuelis Tremellii & Fr. Junii.

12) Non arguit. Certè si Judas abstinisset à proditione Christi, motus mandato Dei, Non occides: Deus obdeceverat ut in eo existeret & facis pugnas.

SECTIO C. & C I.

Iterum de oblatione Abrahami: an scilicet, & quatenus, re ipsa effecta fuerit.

P Ag. 401. circa medium: de mandato Dei, quo jussit Abrahamum, ut offerret sibi filium, dicit, fuisse tentationem potius, quàm mandatum.

NOTA PISCATORIS.

Immò tam 1. fuit mandatum, quàm tentatio: quia textus utrumq; per se, & absq; ulla comparatione, testatur.

Ibidem dicit, mandato illi ab Abrahamo satisfactum fuisse.

NOTA PISCATORIS.

At mandatum fuit, ut Abrahamus filium Deo offerret in holocaustum: id est, ut eum 2. jugulatum combureret. Hoc Abrahamus non fecit, idque à Deo ipso prohibitus.

RESPONSIO VORSTII.

1. Fateor, utrumque in hoc exemplo fuisse, & tentationem, & mandatum. Et quidem utrumque (1) pariter, si modò res ipsa, ex utraque parte, rectè intelligatur. Quòd autem tentationem potius, quàm mandatum, hinc fuisse dico, id per (2) concessionem quandam accipi debet: quoniam id respectu illius sensus dico, quem tu potissimum hinc urges: quasi Deus simpliciter jusserit, neque tamen verè voluerit, Isaacum sibi (3) offerri, immo etiam jugulatum (4) comburi &c. Item, quasi ex (5) solo eventu,

uteris ad contradicendum objectioni quam ibid. proposueras. Quomodo autem fieri potest tradicentis & concedentis? 3. 4) Offerri quidem illum voluit, sed non comburi. Et tamen illud. 5) At ubi ego istud scripsi? Falsa criminatio.

NOTÆ PISCATORIS.

1) Si pariter: cur igitur dicit fuisse tentationem potius quàm mandatum. Certè vox illa potius est nota imparis, nempe majoris. Imò interdum ita affirmat, ut oppositum neget. 2) Purum putum commentum. Tu enim verbis illis ut eadem verba sint conhoc aequè jusserat, atque

y 2

6) Et ego vicissim falsum esse judico istud iudicium tuum.

7) Nego.

8.9.10) Falsò allegas textum: quia nulla istarum trium vocum ibi reperitur: sed sic legitur, v. 16. Quandoquidè fecisti rem hanc: & non subtraxisti filium tuum. Ecce non dicit: PER FECISTI, sed FECISTI. Nec dicit, Rem IPSAM, (scil. quam tibi imperaveram) sed dicit, Rē HANC: quam scil. fecisti, videlicet offerens mihi filium, & accingēs te ad illum jugulandum atque comburendum. Nec dicit, Non pepercisti filio tuo: (quasi scil. illum jugulasset & combussisset)

sed dicit, Non subtraxisti filium tuum: scil. quò minus illum mihi offerres & ad illum jugulandum te accingeres. 11) Nego. 12) At non dicunt jugulasse & combussisse. 13) Ergo non verè eum jugulaverat. 14) At non factò. 15) Quis negat? At interim non credo tibi affirmanti aliquid diversum: nempe Abrahamum mandato illi Dei satisfecisse. Quod quid aliud est quàm omnia in illo imperata perfecisse. At nec jugulavit, nec combussit eum. 16) At quibus verbis ego istud statuo? Falsò criminari. Verba mea hoc tantum habent, Abrahamum non fecisse omne id quod ei à Deo fuerat mandatum: quia fuerat prohibitus. 17) Rursus falsum de me testaris. 18) Iniquè facis, dum postulas à me probationem illarum sententiarum quas tu mihi affingis. 19) Respondi jam. An appositè, judicet lector. 20) Imò nullam prorsus hic difficultatem sensi.

non autem ex mandato, de voluntate Dei nobis hîc judicandum sit. Quod totum ego alioqui falsum esse (6) judico: sicut ex suprâ disputatis abunde patet. Vide Sect. 10. & 73.

2. Abrahamum porrò huic mandato Dei satisfecisse, Deus ipse clarissimè (7) testatur, Genes. 22. dum illum rem (8) ipsam imperatam (9) perfecisse, nec proprio filio (10) pepercisse dicit &c. (11) Testantur id etiam ambo Apostoli, Jacobus cap. 2. & Auctor Epist. ad Hebr. cap. 11. dum ajunt, Abrahamum in altari filium suum (12) obtulisse &c. immo dum posterior addit, Abrahamum (13) velut ex morte filium suum recepisse: quippe quem ipse jam toto animo ac (14) voluntate occiderat, atque ita pro mortuo habebat &c. An hisce igitur tam claris oraculis tutò credere nondum (15) licet? Certè objectio, seu potius exceptio tua, nimis jejuna & frigida est: quia tacitè principium petit, dum (16) statuit, oblationem illam fieri non potuisse (quam tamen S. literæ verè factam esse dicunt) absque reali jugulatione, & combustione: Et proinde hanc utramq; simpliciter à Deo per (17) illud offerendi verbum imperatam fuisse. Quæ ambo deinceps tibi solidius (18) probanda erunt: simulq; ad tria illa Scripturæ loca, quæ modò citavi, appositè (19) respondendum. Quod cum seriò tentabis, (20) difficultatem senties opinione tua majorem.

SECTIO CII.

*An Deus revera velit peccata à nobis fieri: De q³ loco Psal. 5.
Non es Deus volens iniquitatem &c.*

Ibidem num. 3. dicit, verè serioque Deum nolle peccata à nobis fieri. Psal. 5.

NOTA PISCATORIS.

At ibi hoc 1. non legitur: sed legitur: *Non es Deus, qui iniquitate delectetur.* Ægrotus non delectatur 2. potu amaro: & tamen vult eum bibere.

NOTÆ PISCATORIS.
1) Multitudo errantium non parit errori patrociniis.

RESPONSIO VORSTII.

1. Possẽm & hîc consensum (1) plurium Interpretum pro me citare. Sedra-

Sed ratione potius, quàm auctoritate, tecum agam. Dico igitur, quod res est: sive verbum hebræum *chaphetz*, per volendi, sive per delectandi, verbum transferas: illud semper ex loco citato (2) patere, Deum non ita faltem à nobis velle peccata fieri, ut ipse nos ad ea destinet, aut efficaciter ea in nobis procuret &c. Quæ tua quidem opinio est: sed in Deum valde (3) injuria, & veræ pietati per se admodum (4) noxia. Ad hæc negari non potest, *delectationem* istam, de qua hîc agitur, aut speciem esse divinæ voluntatis; aut hanc aliquatenus includere, ac præsupponere: quum & S. Scripturæ stilus ita ferat: Psal. 1. & 25. & 51. & 115. &c. & alioqui impossibile sit, aliquem ea re verè delectari, quam nullo modo velit: aut vicissim ea re non aliquatenus delectari, quam revera velit: & quidem voluntate primaria, sive antecedente, & absoluta, denique rem volitam efficiente, sive efficaciter procurante. Ergo quum Deus hîc, te ipso fatente, negetur iniquitate delectari: rectè hinc efficitur, ipsum verè serioque (5) nolle iniquitatem à nobis perpetrari.

2. Exceptio tua nihil contra hanc veritatem (6) agit: quia simile ipsum, quod affers, de ægroto, & potu amaro &c. (7) planè dissimile est. Non enim ægrotus hunc potum absolutà & (8) primariâ voluntate, seu (9) primò & (10) per se, vel intendit, vel procurat &c. multò minùs ipsum morbum absolutè unquam vult, aut idcirco eundem voluit, ut deinde potum hunc bibere posset. Sed odio potius ac tædio morbi incitatus, quum (11) aliter ab eo liberari se non posse videat, potum ipsum consequenter, & quasi conditionaliter, seu planè per accidens, bibere vult; & tandem quasi nolens volens bibit, ad majus scilicet malum evitandum &c. At si hæc (12) omnia Deo applicanda sint, infinitis absurdis implicari te videbis. Nam (13) ut alia nunc taceamus, tu ipse nullam in Deo consequentem, aut conditionatam, voluntatem agnoscis: Contraque sic Deum peccata fieri velle statuis, ut ipse nos ad ea destinet; immò ipse ea procuret; & quidem propter ipsum æternum exitium, plerisque hominibus jam antè absolutè decretum &c. Neque illud negari potest, indignum Deo esse, si ad eas interdum angustias redigi dicatur, ut *nolens volens* aliquid faciat; aut quasi ex impotentia, seu mavis indigentia, certis mediis alligatus sit: & speciatim ut peccato, tanquam sibi necessario, opus habeat, vel ad gloriam suam (14) patefaciendam, vel ad salutem suorum

Y 3
tati quam alibi vocas consequentè & conditionatam. 9. 10) Neque Deus primò & per se intendit peccatum, sed sic intendit gloriam suam: peccatum autem intendit secundariò & propter aliud, nempe propter gloriam suam. 11) Similiter & Deus vidit, se non aliter posse patefacere suam gloriam in puniendis peccatis ex justitia, & in ignoscendis eisdem ex misericordia: nisi peccata fieri permitteret, ac proinde nisi permittere decerneret. 12) Quasi verò mihi necesse sit applicare hæc omnia! aut quasi quod simile esse dicitur, id per omnia simile esse affirmare oporteat! 13) Absq; ulla necessitate ista garris. 14) Certè ad patefaciendam illam per peccatorum tum punitionem tum condonationem opus habuit peccato: ut per se patet.

2) Nego. nam et si Deus iniquitate non delectatur: tamen hominem ad peccatū destinavit, quatenus decrevit permittere ut peccaret, & quatenus peccata gubernat. Deus non fuit delectatus prodicione Judæ: & tamē illum ad eam perpetrandam destinaverat, teste scriptura, Act. 2. 23. 3. 4) Nego. quia fundata est in verbo Dei: Sicut modo ostendi.

5) Nempe indefinitè acceptâ voce, & specialiter intellectâ de voluntate approbante. Deus iniquitatē à nobis perpetrari nō vult: scil. voluntate approbante: quia iniquitatem non approbat. At hoc non obstat quò minùs peccata ab hominibus perpetrari velit voluntate decernente: ut patet in prodicione Judæ, Act. 2. v. 23.

6) Et quare?

7) Nego quia simile est in hoc, quòd sicut ægrotus non delectatur potu amaro, & tamen vult eum bibere ad recuperandum sanitatem: ita Deus nō delectatur peccato, & tamen voluit, ac vult illud fieri ad exercendum tum justitiam suam in peccatis puniendis, tum misericordiam in eisdem condonandis.

8) Fictitia distinctio: quatenus primariam voluntatem tacitè opponis voluntati

15) Locus ille non habet vim probandi: quia liber iste apocryphus est. Et verba illius loci alium sensum habent: nempe Deum non habere opus peccatore ad beatitudinem suam. procurandam &c. Vide (15) Eccles. 15. v. 11. & seqq. Ut quidem agrotus circa potum amarum, circaq; morbum, sese habere solet. Cætera tibi ipsi, & cordato Lectori, cogitanda relinquo.

SECTIO CIII.

De duplici mercede, debita scilicet, & gratuita, ex loco Roman. 4. versu 4.5.

P Ag. 412. num. 4. Vide etiam Rom. 4. de duplici mercede: quarum una ex gratia, altera ex debito datur.

NOTA PISCATORIS.

Nempe respicit ad verba 1. illa v. 4. *Atqui ei qui operatur, merces non imputatur ex gratia, sed ex debito.* Sed fallitur, ex non animadversa ellipsi. Plenus enim sermo esset: *Ei qui operatur, merces non imputatur, hoc est, non datur ex gratia, sed ex debito.* Quibus verbis hoc tantum 2. docetur, justitiam non dari credenti, ut mercedem: quia ei imputatur, hoc est, datur ex gratia, non autem ex debito.

RESPONSIO VORSTII.

NOTÆ PISCATORIS.

1) Si non agnoscis: fatearis oportet, rectè dici, Mercedem alicui imputari ex debito. Quod an rectè dicitur: judicent qui rectè judicare possunt.

2) Falsa hypothesis. quia verbum donandi a quò non quadrat ad debitum, ac verbū imputandi. Quàm ineptè enim diceretur sic: Merces nõ donatur ex gratia, sed donatur ex debito?

3) *At* tribuendi verbum generalius est, quàm imputandi. nam quicumq; tribuit, imputat. 4) Petitio principii. nam de hoc ipso queritur, an sit duplex merces: & an hoc ipsum in verbis illis apostoli doceatur. 5) Non est satis, id ratum manere: oportet etiam ratam manere rectam loquendi rationem. 6) Si vocibus istis uteris ex consuetudine Latina lingua, tanquam notis parium qua tamen imparia videri possent, tum implicas contradictionem: ut patebit consideranti. Si verò eis uteris (vel potiùs abuteris) tanquam notis contradictionis, q. d. Non ex solitario hoc verbo, sed ex integra illa sententia: tum dicis quod ad propositam questionem nihil pertinet: quod & ipsum liquebit consideranti. 7) Judicet lector ex dictis.

1. Rectè coniecisti, quoniam hinc respiciam. Sed an rectè neges, Apostolum hinc de duplici mercede loqui: de eo meritò dubitaverim. Agnosco equidem, Ellipsin illam tuam hinc admitti posse, ut probabilem: sed necessariò admittendam esse, (1) non agnosco. Nihil enim prohibet, imputandi verbum, perinde ut (2) donandi, aut (3) tribuendi &c. adeò latè hinc usurpari, ut de (4) utroque genere mercedis, de què duplici datione, distinctè accipi queat: (5) dummodo id ratum maneat, in loco Genes. 15. juxta Apostolum, de gratuita tantum fidei imputatione verba fieri. Quod quidem ille (6) non tam ex solitario hoc verbo imputandi, quàm ex integra illa sententia, *Credidit Abraham Deo &c.* & propriis ejusdem totius loci circumstantiis, certum esse præsupponit. Ita ut nulla, saltem præcisa, necessitas hujus ellipseos, quam affers, ex ipso S. textu solidè probari (7) possit.

2. Quamquam admisâ etiam hac Ellipsi, duplex tamen merces ex Apostoli

Apostoli verbis satis apertè (8) colligitur: si præsertim integra illius sententia ex utroque versu probè consideretur. Dum enim negat, operanti mercedem imputari ex gratia: contraque (9) affirmat, ex debito eam ipsi imputari, sive mavis dari: Item dum ait, credenti fidem ad justitiam imputari &c. annon apertè (10) significat, duplicem in verbo Dei mercedem nobis describi: quarum una ex debito, altera ex gratia, dari soleat? De priori quidem specie mercedis, idque ex hoc ipso loco, rem (11) planam esse credo. De posteriore vel hinc constare puto, quòd fides ipsa (12) dicitur ad justitiam nobis imputari; seu justitia, aut pro justitia, duci: ut quidam Interpretes non malè convertunt. Quæ sanè amplissima (13) fidei merces, seu remuneratio, ac præmium, meritò vocari (14) potest. Sed (15) nolim tamen hunc locum, pro differentia duplicis hujus mercedis, nimium urgere: modò inter nos constet, (16) alibi saltem in S. Scriptura duplicem, quam dixi, mercedem perspicuè distingui. Id enim (17) satis erit, ad Papiſtas in hac controversia, de gratuita nostri justificatione &c. ritè refellendos: qui ex ipso nomine mercedis, in S. literis obvio, statim verum meritum, aut condignum debitum, perperam elicere solent. Quæ de re illic speciatim à me disferitur.

justitiam ei esse imputatam per fidem, ac proinde vitam æternam eidem esse donatam. 13) Fidei merces in scriptura non nominatur ipsa justitia: sed vita æterna, 1. Pet. 1. v. 9. 14) Non quaritur hîc, an ita vocari possit: sed an in proposito apostoli verbis ita vocetur. Ergo fluctuans discedis à questione. 15) Quid igitur opus fuit tot inanibus verbis? 16) De hoc non est questio: neque in hoc ego tibi consentio. Nec tu ullum locum indicas, ubi merces ita distinguatur. 17) Imò illa distinctione ad hoc non est opus. Satis refelluntur illi tum ex his ipsis apostoli verbis cum ellipsi illa intellectis, tum ex aliis ejusdem pronuntiatis.

8) Exspecto probationem.
9) Et quomodo hoc affirmat, stante illa ellipsi? Non animadvertis, te tibi ipsi contradicere?

10) Non significat: quia suppleta ellipsi, sermo plenus sic erit: Operanti merces non imputatur, id est, non datur ex gratia: sed datur ex debito.

11) Nempe non admittam ellipsi.

12) Sed quid hoc ad mercedem? Imò apostolus simpliciter loquitur de mercede: non autè distinguit eam in species. Vult enim hoc unum ostendere, Abrahamo non datam esse à Deo mercedem pro justitia operum, nempe vitam æternam: sed

SECTIO CIV.

An Deus in justificando homine credente aliquid de jure suo remittat.

P Ag. 416. lin. antepenultima, de justificatione hominis ait: Deus hîc agit, ut absolutus dominus, de suo jure liberaliter remittens, uti Matth. 18. dicitur.

NOTA PISCATORIS.

Immò Deus, quum justificat credentem in Christum, de suo jure 1. nihil remittit: quia illius peccata punivit 2. in Christo sponse, ac mediatore: quippe quem pro illo fecit peccatum, 2. Corinth. 5. v. ult. Parabola verò Matth. 18. de domino, qui servo remisit debitum; non hunc habet scopum 3. ut doceat Christus, Deum in homine justificando aliquid de suo jure remittere: sed hunc, ut doceat, officii nostri esse, ut remittamus proximo peccata, quibus nos offendit.

NOTÆ PISCATORIS.

1) Hoc nimirū modo, quatenus credenti non aliter peccata condonat, quam quia pro illis Christus iudicio Dei satisfecit. Intere rim fateor, Deum potuisse iure suo credentem ipsum met propter peccata ipsius punire: sed cum hac hypothese, quatenus potuit illum fide non donare. Quum verò eum fide donavit, jam non potest eum iure punire: propterea quòd propter eum & pro eo punivit Christum.

2) Nempe sic vocas satisfactionem non plenam: sicuti mox declaras. At Scri-

ptura tribuit Christo satisfactionem plenam. 3) Imò hanc Christus, sponsor noster, pro nobis sensit: ut percipitur ex verbis apostoli Galat. v. 13. Inspiciatur & consideretur locus. 4) Per ignem illum metaphoricè significantur horrendi cruciatus. Tales verò Christus pro nobis sensit: ut percipitur ex ipsius verbis, Tristis est anima mea usq; ad mortem. Item, Deus mi, deus mi, quare deseruisti me? Item ex eo quòd opus habuit per angelum corroborari: quòdq; constitutus fuit in angore: ita ut sudor ejus esset quasi grumi sanguinis, descendentes in terram, Luc. 22. v. 43. 44. 5) Etsi Christus de gratia Dei non desperavit: tamen ad tempus cum desperatione luctatus est: ut percipitur ex verbis evangelistarum: quum dicunt, Cœpit ἀδυναστεῖν, gravissimè angi, Matth. 26. v. 37. Item, Cœpit ἐνδυναστεῖν καὶ ἀδυναστεῖν, expavescere & gravissimè angi, Marc. 14. v. 33. Item, Constitutus in lucta, γέννησεν τὸν ἀγῶνα, Luc. 22. 44. 6) Imò contrarium conspicitur ex verbis modò recitatis: itemq; ex verbis Pauli Gal. 3. v. 13. 7) Sed hic servetur illud apostoli, Prophetarum spiritus prophetis subjiciuntur, 1. Cor. 14. v. 32.

8) At istud jam probavi.

9) At scriptum est Heb. 10. v. 7. Ecce adsum ut faciam, ô Deus, voluntatem tuam. Quæ certè verba sunt spondentis.

10) Quasi non possit esse sponsor, nisi datus sit à nobis!

11) At certè spondit, Heb. 10. v. 7.

I. (1) Quomodo ille, quæso te, nihil in justificatione credentis de jure suo remittit, qui peccata ipsa credenti gratis per Christum condonat? seu liberaliter debitum totum remittit? Matth. 6. & 18. Ephes. 4. Colof. 3. quiq; non modò credentem ipsum non plectit, (quod ex rigido jure suo facere poterat) sed etiam sponsores ipsum, & in ipso satisfactionem (2) congruam, ex sua parte gratiosè procurat? Rom. 3. & 4. & 8. Johan. 3. &c. immo qui nec præcisè totum id a sponso nostro exigit, quod juxta strictissimum jus à nobis debitoribus exigere poterat? puta (3) mortem æternam, propriè dictam & cum (4) igne gehennæ, ac (5) desperatione perpetua conjunctam &c. Matth. 25. Apoc. 14. &c. Qui igitur hæc omnia facit, an nihil ille de jure suo remittit? Immo annon in singulis hisce actionibus aliqua vera ἀμενεία, seu juris stricti remissio, clarissimè (6) conspicitur? Certè alii Dd. (7) nostri (ne quidquam de Patribus, deq; Scholasticis, nunc dicam) hinc à te diversi abeunt. Inter quos vide, si placet, Musculum in locis Comm. Tit. de Justif. deq; gratia Dei &c. item D. Patrum in Comment. Epist. ad Rom. pag. 540. & seqq.

2. Ratio tuæ negationis, quam affers, aut aliena hinc est, aut profus inefficax: quia vel principium petit, vel scopum controversiæ non ferit. Illud: si punitionem Credentis juxta (8) rigorem juris supremum in sponso Christo factam esse putas, hoc est, absq; hac triplici ἀμενεία, jam modò dicta. Istud: si qualemcunque pœnarum, nobis debitarum, in Christum translationem, aut Christi pro illis satisfactionem, puta per condignam æquipollentiam, (quæ sola ex loco 2. Corinth. 5. colligi potest) ad omnem Dei ἀμενείαν hinc excludendam sufficere existimas. Ne jam dicam, (9) nusquam disertè scriptum esse, (licet ego, in sano sensu, minimè id negem) Christum esse sponsores nostrum: qui videlicet (10) à nobis datus sit, aut qui apud Deum pro nobis olim (11) sponderit, aut adhuc spondeat. Tantùm enim sponsor fœderis appellatur, Heb. 7. v. 22. Quod ipsum fedus quia non à nobis, sed à Deo profectum, hoc est, ex gratia ipsius Dei factum, nobisq; ab ipso propositum, & sanguine Christi sancti-

fti sancti-

sti sancitum, ac confirmatum est: etiam sponforem ipsum nobis à Deo datum esse, & nomine Dei certam sponfionem apud (12) nos fecisse, seu promissa Dei nobis sanxisse, ac confirmasse, (atq; inde nomen hoc adeptum fuisse) meritò hinc concluditur.

3. Exceptio etiam tua, ad *parabolam* illam Matth. 18. nil aliud facit, quàm quòd res conjunctissimas inter se (13) opponit, & scopum Christi principalem ab accessorio temere (14) separat: atque ita forum tacitè (15) declinat. Non enim ille tantùm parabolæ hujus scopus est, quem tu indicas, ut scilicet officii nostri nos simpliciter admoneat: sed etiam alter ille, quem ego dixi, ut videlicet exemplum Dei, in functione hujus officii nostri, nobis imitandum commendet. Non illud tantùm, inquam, Christus hinc docet, debere nos proximo resipiscenti, aut veniam petenti, peccata remittere: verùm etiam istud, debere nos hac in parte Deum ipsum imitari: ut qui resipiscentibus omnia debita gratis in (16) Christo condonet &c. Quòd exemplum Dei etiam alibi nobis à Spiritu S. commendatur, Matth. 5 & 6. Ephes. 4. & 5. Coloss. 3. &c. Id autè fieri (17) non posset, nisi Deus in justificatione nostri aliquid saltem de jure suo remitteret. Et certè vel sola mentio *condonationis*, seu *remissionis* peccatorum, Psal. 32. & 51. & 85. &c. (quæ (18) formaliter ipsa nostri justificatio est) erroris tui admonere te poterat. (19) Quomodo enim peccata condonari possunt absque omni juris remissione? Aut quid tandem verè ille remittit, qui de suo nihil remittit? Quomodo debita, inquam, nostra verè nobis remittit, pœnasque condonat Deus, si nihil de jure suo remittit? Num forte pœnæ ipsæ non sunt juris divini? Aut num is qui pœnas, jure nobis debitas, clementer à nobis aufert, is nullam (20) erga nos *bonitatem* exercet? Vides igitur, si mordicus sententiam tuam retinere velis, ipsam peccatorum remissionem, h. e. præcipuam fidei ac spei nostræ basin, necessariò tibi negandam esse: ut quæ sine aliqua saltem juris divini remissione prorsus consistere non possit.

SECTIO CV.

De duplici odio Dei erga homines: & vero utriusq; objecto: præsertim de vero sensu loci Rom. 9. v. 11. &c.

P Ag. 429. §. ad thesin. Item quòd aliquos, nondum etiam natos, (Roman. 9.) odisse dicitur, (quamquam id ex loco Rom. 9. perspicuè probari non potest) id *de figurato* odio, h. e. de minore dilectione; non autem de odio *proprie* dicto, hoc est, de vera & simplici abominatione,

12) Imò apud Deum: ut manifestum est ex verbis Heb. 10. v. 7. Adsum ut faciam, ô Deus, voluntatem tuam.

13. 14. 15) Exspecto probationem.

16) Id est, propter Christum: h. e. propterea quòd Christus pro resipiscentium peccatis plenissimè Deo satisfacit. In hoc autem exemplum condonationis divine condonationi nostræ dissimile est. Nos enim absq; ulla satisfactione debemus fratribus resipiscentibus & culpam deprecantibus ignoscere.

17) Imò fieri potest. quia non est necesse ut quòd simile est, per omnia simile sit.

18) Rectè hoc dicitis: sed hoc ipso sententiam tuam de causa meritoria justificationis evertis: quam ponis nõ in passiva tantùm, sed etiam in activa (quam vocant) Christi obedientiâ, nempe eâ qua obediit legi Dei, sanctè secundum illam vivendo. Nusquam enim scriptura docet, Christum sanctè vivendo meritum nobis esse remissionem peccatorum.

19) Vide notam ad n. 1.

20) At non erga sponforem nostrum, Christum.

accipiendum est. Idem repetit pag. 448. sub finem. Et in Exeg. Apolog. pag. 167. in medio.

NOTA PISCATORIS.

Immò Rom. 9. v. 11. & 12. de Jacobo, & Esavo, 1. nondum natis, dicuntur hæc verba: *Major serviet minori*. Atqui verba ista exponit 2. Paulus per illa: *sicut scriptum est, Jacob dilexi, Esau verò odio habui*. Ibidem v. 13. Ergo & illa de istis nondum natis dicuntur. Deinde quum dicitur ibi, *Jacob dilexi*: sermo est de dilectione, qua Deus dilexit eum 3. ad salutem, seu vitam æternam: ut percipitur ex continuatione illius sermonis, & maximè ex collatione verborum, *Miserebor, cujus misertus fuero*, v. 15. item, *Cujus vult miseretur*, v. 18. item, *Annon habet potestatem figulus in lutum, ut ex eadem massa faciat aliud quidem vas ad decus? &c.* v. 21. Item, *Et ut notas faceret divitias gratia suæ erga vasa misericordie, quæ preparavit ad gloriam*, v. 23. Item, *Vocabo eam dilectam, quæ dilecta non erat*, v. 25. Item, *Vocabuntur filii viventis Dei*, v. 26. Item, *Reliquia servabuntur*, v. 27. Ergo è contrario quum dicitur, *Esau verò odio habui*, sermo est de odio 4. quo Deus odio habuit Esavum ad interitum. Quod ipsum quoq; ex collatione verborum sequentium confirmatur: ubi fit mentio *indurationis*, v. 18. *vasorum factorum ad dedecus*, v. 21. *vasorum ira, coagmentatorum ad interitum*, v. 22. &c.

RESPONSIO VORSTII.

NOTÆ PISCATORIS.

1) At cur dicis, sic intelligi posse: quum hoc ipsum expressè dicatur in textu, Nondum enim natis pueris &c. v. 11.

2) Cur item dicis, Aliquatenus: quum Apostolus dicat simpliciter, Nondum enim natis pueris. Quumque res ipsa exceptionem nullam hic admittat. Quid enim est hoc dicere, Nondum natis aliquatenus? An igitur qui nascitur, aliquatenus nascitur, aliquatenus non nascitur? Mira sunt exceptiones & cautela tua.

3) Sed unde istud probas? Et

qua est hæc interpretandi scripturam audacia, quod expressè de certis personis affirmatur, de aliis verò ibidem nullo verbo affirmatur: id dicere, potissimum de aliis intelligi debere? 4) Sed malè putas. 5) Sed unde hoc probas? Immò planum est ex verbis apostoli, quod consideret eos simpliciter ut exempla, non autem ut typos. Inspiciatur textus, c. 7. 8) Hæc pura putæ commenta sunt: quorum ne minimum quidem indicium in verbis apostoli apparet.

1. Non equidem simpliciter nego, utrumque testimonium, ab Apostolo hîc citatum, de Jacobo, & Esavo, etiam nondum natis, commodè intelligi (1) posse; immò (2) aliquatenus sic intelligendum esse: tamen obiter indico, potissimum ad spirituales ipsorum posteros, in ipsis typicè adumbratos, utrumq; accommodari (3) debere: prout aliquo modo ex ipsa originalium locorum (Genes. 25. & Malach. 1.) inspectione, sed potissimum ex ipsa sermonis Apostolici serie, manifestum esse (4) puto. Distinctione igitur hîc opus esse, dico, inter sensum merè *literalem*, & *spiritualem*; seu mavis inter sensum purè *typicū*, & *mysticum*: idq; pro distinctione eorum hominum, qui vel tantum ut *typi*, vel etiã ut *exempla*, aut æternæ electionis, aut reprobationis, ab Apostolo hîc inducuntur. Pueros enim illos, nondum natos, ac nudè cōsideratos, (hoc est, sine ulla moralitate) (5) tantum ut typos hîc considerat Apostolus. Ipsorum verò (6) spirituales posteros (atque adeò etiam ipsos, jam scilicet (7) adultos, & (8) moralibus illis, inter se tamen contrariis, qualitatibus re ipsa præditos: pu-

ditos: puta alterum verè fidelem, ac pium; alterum profanum, ac im-
pium) ut exempla, per typos illos significata, mysticè proponit. Itaque
hic sensus integer verborum Apostoli est: Deum in pueris illis, nondum
etiam natis (eòque nihil tale commertis) jam olim *exemplum* quoddam
typicum liberrimæ suæ potestatis edidisse: facto inter eos notabili dis-
crimine, quoad temporalem alterius electionem, & similem alterius re-
jectionem; seu quoad majorem unius, & minorem alterius dilectionem:
Atque ita *typum* similis suæ potestatis, quâ pios gentiles, in Christum cre-
dentes, ad salutem æternam gratis eligit; contrâque Judæos rebelles, &
incredulos, ab eadem salute justè repudiat, in iisdem pueris consideran-
dum nobis proposuisse &c. Ex quo sensu jam satis (9) patet, nihil esse,
quod hîc *odium* Dei propriè dictum, hoc est, destinationem ad æternum
exitium, de Esavo nudè considerato, aut nondum nato, juxta mentem
Apostoli, accipere nos (10) cogat: præsertim quum prorsus incredibile
fit, Apostolum hîc Deo, apud *Mosen*, & *Malachiam*, satis apertè loquenti,
ullo modo (11) contradixisse: vel (12) aliter de objecto odii divini, pro-
priè ac rigidè accepti, loqui voluisse, quàm alibi passim ipsa Scriptura de
eodem loqui soleat: quæ Deum nullos, nisi odio dignos, hoc est, pecca-
tores, revera odisse testatur, Psal. 5. & 11. & passim.

2. Neque verò *amba* rationes tuæ, quas affers, contrarium suadere
possunt: ut quæ vel principium tacitè (13) petant; vel quæstionem veram
directè non (14) attingant. Ad *priorem* quod attinet, citat quidem Apo-
stolus de pueris illis, nondum natis, hæc verba, *Major serviet minori*, Ge-
nes. 25. Sed non (15) dicit tamen, hanc majoris servitutem, esse per se æ-
ternum exitium: aut contrarium minoris dominium, esse propriè æter-
nam salutem. Nec proinde negat, sed tacitè potiùs affirmat, hæc verba
typicè hæctenus accipienda esse, quatenus ad pueros istos, nondum na-
tos, citraque ullam moralem qualitatem consideratos, ab ipso accom-
modantur. Id quod certè sine cautela facere non potuit: quum alioqui
textus originalis non de (16) pueris, sed de populis, clarè loquatur. Cui
Apostolus hîc fanè contradicere non voluit. Quod autem subjungis,
Apostolum hæc verba exponere per illa, *Jacobum dilexi, Esavum odio habui*,
Malach. 1. id non simpliciter, nec quolibet sensu, verum est. Etenim si il-
lic quidem majorem, hîc verò minorem dilectionem, tantùm in suo ge-
nere (17) accipis; (uti *Fr. Junius*, & alii quidam Doctores solent) tum fa-
cilè id quod vis, admittitur. Sin speciatim ac propriè illic quidem electio-
nem ad salutem æternam, hîc verò rejectionem ad exitium sempiter-
num intelligis; (uti *D. Beza*, & alii nostrates solent) tum expositio tua

*est, duarum gentium authores. De populis dicit, Duæ nationes ex visceribus tuis separabuntur: quarum natio una
robustior erit alterâ, & major serviet minori.* 17) *Non sic accipio.*

9) *Nempe hîc ex falso (vi-
del. ex commentitia illa
tua expositione) falsum
concludis.*

10) *Imò cogunt argumenta
quæ in nota mea indicavi.*

11) *Quasi verò sequatur
Apostolum Mose & Mala-
chia cõtradixisse, nisi com-
mentitia illa tua expositio
admittatur?*

12) *Quasi necesse sit, scri-
pturam de eadem re semper
eodè modo loqui: aut quasi
unius rei non possint esse
plures causa?*

13. 14) *Exspecto p̄bationes.*

15) *Neq; ego dico, apostoli
hoc dicere. Interim tamen
apostolus dictum illud Mo-
sis exponit per dictum Ma-
lachia, quod loquitur de di-
lectione Dei ad salutem,
deq; odio ejus ad exitium.
unde percipitur, dominatiõ
terrenum posterorum Jaco-
bi in terra Chanaan (typo
vita æterna) fuisse symbo-
lum dilectionis Dei ad sa-
lutem, qua tum Jacobum,
tum electos ejus posteros,
prosequutus est. Itèmq; è
contrario servitutem poste-
rorum Esavi & exclusio-
nem è terra Chanaan fuisse
se symbolum odii divini ad
exitium, quo tum Esavum
tum ejus posteros qui incre-
dulitatè illius imitati sunt,
prosequutus fuit.*

16) *Imò loquitur & de pue-
ris ipsis, & de populis qui ex
illis erant orituri. Inspicia-
tur textus Genes. 25. v. 23.
De pueris dicit, Dux gen-
tes sunt in ventre tuo. Id*

18) *At expositionem illam postulat scopus apostoli, & totus ille sermo: sicut in nota mea fusè ostendi. Non igitur jure hac expositio negatur.*

19) *Imò etiam de personis singularibus, nempe de Esau & Jacob. Inspiciatur textus.*

20) *Non restringuntur: sed ex illis, tanquam signis, declarantur.*

21) *Ex falso falsum infers.*

22) *Imò expositionem esse, patet ex verbis, Sicut scriptum est.*

23) *Impudens commentum: quod manifestè refellitur tum verbis illis, Sicut scriptum est: tum ipsa recitatione verborum Malachia.*

24) *Egregia verò argumentatio! Alibi: ergo etiã hic!*

25) *Ex falso falsum infers.*

26) *Hac expositio purè putum commentum est: cujus ne minimum quidem indicium in verbis apostoli reperitur.*

27) *Petitio principii.*

28) *Quasi verò ego istud faciam! Falsa criminatio. Ego non dico in mea nota, sequentia illa verba qua recito, referenda esse ad Jacobum & Esavum: sed dico, ex eorum collatione percipi sermonem in illis verbis, Jacob dilexi &c. esse de dilectione qua Deus Jacobum dilexit ad salutem, &c.*

29. 30) *At questio hic non est, de quibus verba illa à me recitata, accipienda sint. sed questio est, An ex eorum collatione cum dicto*

illo, Jacob dilexi, Esau odio habui, percipiatur sermonem ibi esse de dilectione qua Deus Jacobum dilexit ad salutem, itemq; de odio quo Esavum odio habuit ad interitum. Deinde istud effugium nihil ad rem facit: ut patebit consideranti. 31) Hac meta ἀειλογία est, & principii petitio.

(18) jure negatur. Nam præterquam quòd Deus apud Malachiam non de pueris, aut (19) personis singularibus, sed de duobus populis, expressè loquitur: etiam amor ipse, & odium ejus, ad temporalia quædam utriusque affectionis effecta non obscure ibidem (20) restringuntur: (21) atque ita utrumque affectum figuratè ac typicè hîc intelligi debere satis innuitur. Ne jam dicam, in verbis Apostoli non tam exegesis, sive (22) expositionem, quam exergasia, sive expolitionem; adeoq; potius (23) allusionem quandam ad locum Malachia, quàm directam ejus citationem, revera contineri. Sæpe enim (24) alibi hæc verba, *sicut scriptum est &c.* ab eodem Apostolo, etiam in hac ipsa Epistola, cap. 3. & 4. & 8. & 9. & 11. &c. ita usurpata inveniuntur, ut non tam exegeticè quàm exergasticè, & allusivè potius, quàm allegativè, posita esse satis superq; appareat. (25) Itaque plenus hujus allusionis, seu mavis allegationis, sensus est: Deum (26) impios Edumæos, seu Esauitas, olim exemplariter puniendo; cōtrâque Israëlitis suis ex gratia benefaciendo &c. palàm ostendisse, se improbos quidem & incredulos justè semper odisse, adeoq; æterno exitio jam olim meritò devovisse, putasi tales illi permanserint: contrâ verò pios, & credentes (quales sine gratia Dei nulli sunt) ad salutem in Christo gratis elegisse.

3. Ad continuationem porrò sermonis Apostolici quod attinet, (quæ altera tua ratio est) ea certè non ad (27) typos suprâ dictos, (quæ quidem tales sunt) sed ad contrarios populos, seu spirituales posteros, in typis illis potissimùm adumbratos, (hoc est, ad credentes, & incredulos) tota (28) referri debet: sicut ex ipsis Apostoli verbis, quæ prolixè hîc citasti, aperte constare potest. Nam quidquid hîc de *vasis misericordiae*, ad gloriam preparatis, deq; populo jam dilecto, qui olim dilectus non fuerat, denique de *servandis reliquiis*, deq; *filiis Dei viventis &c.* Apostolus adducit: id totum (29) de piis ac credentibus (& quidem de his omnibus, & solis) accipiendum esse, tum ex propriis ipsorum epithetis, quæ hîc exprimuntur, tum ex ipsis locorum, Exod. 33. Ose. 1. Esa. 10. Jerem. 18. &c. unde ista citantur, compluribus circumstantiis satis apparet: idq; unicuique, animum non nihil advertenti, per se manifestum esse crediderim. Similiter quidquid de *induratione*, deq; *vasis iræ*, ad *interitum coagmentatis &c.* Exod. 9. Jerem. 18. 2. Tim. 2. 2. Pct. 2. &c. ab eodem Apostolo hîc affertur: id totum ad solos (30) incredulos & impios (quatenus, & quamdiu tales sunt) restringendum esse, ex iisdem rationibus ac circumstantiis, alibi plenius expositis, evidenter apparet. (31) Distinctio igitur, sive diversitas, aut in-

æqualitas

æqualitas quædam, & quidem à libera Dei potestate præcipuè promanans, utrinque ab Apostolo urgetur: tum in pueris illis, tanquam *typis*: tum in contrariis populis, tanquam per typos *adumbratis*: sed quæ tamen aliter in *typis*, quæ tales sunt; aliter in *antitypis*, seu populis præfiguratis, intelligi debeat: illic nempe *typicè*, ac *figuratè*; hîc autem *mysticè*, seu *propriè* ac *perfectè*, ac juxta spirituales sensum verè demum completè.

4. (32) Itaque hinc jam efficere non potes, Apostolum ex loco *Malachie* inferre voluisse, ex duobus illis pueris, nudè spectatis, ac nondum natis, alterum ad salutem, alterum ad exitium æternum (absolutè præsertim, & irrevocabiliter) jam olim à Deo destinatum fuisse: præsertim quum nonnulli Doctores, etiam ex nostris Reformatis, ut *O Ecolampadius*, *Mollerus*, &c. in comment. ad *Mal. I. &c.* (qui & ipsi locum hunc satis diligenter considerarunt) non modò simpliciter (33) asserant, sed admodum etiam probabiliter ex Scriptura (34) colligant, *Esau* ipsum, licet ad tempus profanus fuerit, tamen verè tandem resipuisse, & non minùs quàm *Jacobum*, ex gratia Dei per fidem verè servatum fuisse. Quod certè cum absoluta & irrevocabili ejusdem ad æternam mortem destinatione, quam tu per odium illud intelligis, consistere nullo modo potest. Plura de his vide, (35) si placet, apud *D. Arminium*, & *D. Hunnium*, in *Analyfi hujus loci*.

32) *Ex falso falsum infero, more tuo.*

33.34) *At assertio illa, & collectio, adversatur scopo apostoli: ut patebit consideranti.*

35) *Non placet: neque opus est: neque vacat.*

SECTIO CVI. & CVII. & CVIII.

De gradibus quibusdam divinæ philanthropiæ: sive an, & quatenus, Deus omnes homines ad salutem amet, ac servare studeat.

P *Ag. 430. §. ad thesin 10.* varios gradus recenset amoris Dei erga homines: & ita indefinitè loquitur, ut appareat, eum intelligere homines in universum 1. omnes. Quum tamen pleriq; illorum 2. graduum non ad omnes pertineant: videlicet, quòd Deus hominibus misit filium redemptorem: quòd eundem dedit eis Doctorem, seu Prophetam: quòd eundem pro iis in mortem exposuit: quòd eundem bono ipsorum ad dextram majestatis suæ evexit: quòd eidem potestatem dedit in æternum illos servandi: quòd hanc gratiam eis annunciari, & efficaciter exhiberi curat &c.

Ibidem pro æquipollentibus usurpantur hæc duo: gratiam efficaciter exhibere, & re ipsa offerre.

At ista multum differunt. Gratia enim in Evangelio 3. offertur re- ipsa tam reprobis, quam electis: at solis electis exhibetur efficaciter.

Ibidem dicit: Deus, quantum in se est, servare nos unice *studet*. Intel- ligit autem illud simpliciter, de omnibus hominibus.

At si Deus, quantum in se est, *studet* servare omnes: utique servat om- nes: quum sit omnipotens: 4. ac proinde efficiat, quidquid efficere *studet*. Non autem servat omnes. Ergo nec *studet* servare omnes. Et cer- tē si *studuisset* olim servare gentes, non *fuisset* eas suis ipsarum viis in- cedere, Act. 14. v. 16.

RESPONSIO VORSTII.

NOTÆ PISCATORIS.

1) Imò omnes in universum homines hic à te intelligi, manifestum est ex coha- rentia sententiarum. nam proponis tres gradus divina Philanthropia, his verbis:

1. Creavit Deus homines &c. 2. Eisdem jam la- psum iterum erexit &c. 3. Tandem misit iis filiū &c. Tum addis, Et hic gradus postremus iterum multas in se partes conti- net: videl. i. quòd Deus fi- lium suum dedit nobis doctorem &c.

2) Rectè hoc. Sed hoc ipso contradicis tibi ipse, ubi de OMNIBUS omnino homi- nibus affirmas, quòd Deus filium suum PRO IIS in mortem exposuerit, & re- liqua isti sententia affinia.

3) Rursum igitur dicis, illa divina amoris effecta ad OMNES in universum ho- mines extendenda esse: sed non simpliciter. Cur autē non explicas, quomodo ex- tendenda sint? Nempe hac

una est ex cautelis & effugiis tuis. 4) Hoc verò falsum est: quia Deus filium suum non dedit redemptorem gentibus illis quas olim *servit* suis ipsarum viis incedere, Act. 14. Et filius Dei venit ut daret animam suam redemptionis pretium PRO MULTIS, Matth 20 v. 28. 5) At non fuit annuntiata gentibus illis de quibus A- ct. 14. v. 16. 6) Si gratia Dei in Evangelio omnibus exhibetur EFFICACITER: sequitur, omnes per Evangelii annuntiationem fide donari. Etenim fidei donatio est illa ipsa exhibitionis efficacia. At istud non fit. 7) Falsa expo- sitio: qua pro equipollentibus habentur quae equipollentia non sunt.

I. Non fatis hinc assecutus esse videris mentem meam. Non enim simpliciter (1) omnes in universum homines, quocunque modo acceptos, in omnibus hisce partibus, seu gradibus, divinae φιλανθρωπίας à me intelligi (vel potius à Musculo, cujus ego verbis ac vestigiis hinc ut plurimum insi- sto) vel ista verba mea fatis docere te possunt: Tandem misit his filium suum Jesum Christum Redemptorem, ut omnes omnino credentes, per eum liberati à pec- catis, vitam habeant aeternam &c. Hinc enim fatis perspicuè trado, saltem liberationem à peccatis, & vitam aeternam, ad omnes & (2) solos cre- dentes, non autem ad omnes omnino homines, revera pertinere: nec proinde omnia haec divini amoris effecta (3) simpliciter ad omnes in universum homines extendenda esse. Hoc autem est, quod in summa de hoc argumento, unà cum dicto Musculo, aliisq; piis Dd. ex Dei verbo do- ceo: Deum hactenus omnes in universum homines sincerè amare, qua- tenus eos non modò ad imaginem suam initiò creavit: sed & deinde, in peccatum jam prolapsos, promissionibus suae gratiae in spem salutis ite- rum erexit: & tandem filium suum Redemptorem ipsis (4) generaliter ac gratis dedit, qui omnes omnino credentes (non tamen ex seipsis, sed per gratiam Spiritus S. credentes) re ipsa aeternum servaret &c. Porro ne quis exciperet, non omnes à Deo vocari, saltem non efficaciter; coque per Deum revera stare, ut tu ais, quòd minùs homines credant, & resipiscant: idcirco ad postremam hanc partem plenius exponendam addidi, gra- tiam Dei (puta totam, eoque gratiam quoque credendi, ac resipiscendi) (5) omnibus in Evangelio generatim annunciari, immò (6) efficaciter exhiberi, (7) seu re ipsa offerri &c. salvà tamen semper, tum veritate ac

justitia

justitia Dei, tum (8) libertate arbitrii nostri &c. Quibus verbis hoc præcipuè innuo: saltem (9) sufficientem ac necessariam Dei gratiam (10) sub N. T. vocatis omnibus offerri: qui si officium deinde facere velint, (pro- ut à (11) gratia jam præventi possunt) re ipsa sensuri sint, verè (12) efficax auxilium sibi minimè denegari, sed generatim morigeris omnibus ex Dei parte præstari &c. Hæc summa est. Jam quid in istis desideres, videamus.

am confertur. 10) *Deflectis à proposito. Nam proposuisti dicere de amore Dei erga OMNES in univèrsum homines.* 11) *Si per gratiam intelligis vocationem Dei efficacem, concedo quod dicis: si verò externam tantum, nego.* 12) *Quasi verò efficacia conversionis pendeat ab hominis officio & morigeratione! Imò homo officium facere & morigerum se erga Deum exhibere non potest, nisi ille ultrò efficaciam suam in ipso convertendo exseruerit.*

2. Initiò negas, plerosq; illorum graduum ad omnes homines pertinere: videlicet, quòd Deus hominibus miserit filium Redemptorem, proq; omnibus in mortem tradiderit, &c. Sed negationis tuæ nullam (13) affers rationem, quæ quidem ad rem verè pertineat: hoc est, quæ assertionem meam, rectè intellectam, sufficienter evertat. Saltem id negare non potes, omnes, quos attuli, gradus divini Amoris, ita generatim, seu mavis indefinitè, in S. Scriptura (14) proponi, ut à me propositi fuerunt. Difertè enim illic scriptum legimus, Deum sic dilexisse (15) mundum, ut filium suum unigenitum dederit &c. Joh. 3. &c. Item, constituisse filium lucem omnium (16) gentium, seu doctorem totius (17) mundi &c. Esa. 49. Item, voluisse eum mori pro (18) omnibus, ac fieri propitiationem pro peccatis (19) totius mundi &c. 1. Timoth. 2. 1. Johan. 2. Item, dedisse ipsi potestatem omnis carnis: ut omnibus, (20) sibi à Patre datis, (hoc est, (21) credentibus) vitam æternam daret &c. Johan. 6. & 17. denique (22) jussisse, hanc gratiam omnibus ubique hominibus prædicari, omnesq; ad eam seriò invitari &c. Matth. 28. Act. 17. &c. Qui igitur hæc omnia ita simpliciter asserunt, uti sonant, ii coram Deo (23) securi sunt: quia sub (24) præsidium S. Scripturæ tutò recipere sese possunt. Qui verò negant, aut mirabilibus (25) glossis obscurant, atque adulterant, ii nusquam inveniunt, ubi securè consistere queant. (26) Nihil enim tutius est, quàm verbo Dei, clarè per se ipsum exposito, simpliciter inhærere. Nihil contrà periculosius, quàm vel minimum illi de nostro addere, aut detrahère: maximè in rebus tanti precii ac momenti.

te: quia ista non prorsus æquipollent, quippe electi dati sunt Christo à patre antequam credunt. Vide Johan. 17. v. 20. 22) *Nempe in N. T. Sed quid hoc ad gentes illas quas olim sicut suis ipsarum vis incedere? Act. 14. v. 16.* 23) *Et quomodo potest esse securus (nempe securitate pia) qui scripturas à genuino sensu detorquet, aut frustra eas ad propositum suum probandum allegat? Ut hic abs te factum esse ostendi.* 24) *Scriptura nemini præbet præsidium, nisi in genuino sensu allegata.* 25) *An meæ glossa tales sint, judicet lector.* 26) *Pulchra & vera sententia: sed qua malè à te ad te applicatur.*

3. Carpis deinde illud, quòd pro æquipollentibus accipere videor hæc duo: gratiam Dei nobis in Evangelio efficaciter exhiberi, & re ipsa of-

8) *Quàm sollicitè passim cavet, ne quid decedat libero arbitrio tuo!*

9) *Et quid est hoc dicere, Sufficientem gratiã offerri? Certè ubi gratia in negotio salutis sufficiens est: ibi non solum offertur, sed etiam*

13) *Attuli jam ad n. 4. 5. 6.*

14) *Non est questio, quomodo proponantur: sed ad quos pertineant.*

15) *At hinc non sequitur, dilectionem illam ad OMNES HOMINES pertinere: quia mox restringitur ad credentes.*

16. 17) *At ista non æquipollent, Omnes gentes & Omnes homines: item, Totus mundus & Omnes homines.*

18) *At ibi non intelliguntur cuncti, sed omnis ordinis aliqui.*

19) *At ibi non intelliguntur omnes homines in mundo degentes: sed tantum omnes credentes per mundum dispersi.*

20) *Ergo non omnibus in univèrsum hominibus.*

21) *Falsa expositio ex parte*

27) Rursum strophæ Vorstiana: unde apparet, te non esse simplicem & apertum, ut qui non simpliciter, sed astute, loquaris.

28) At lector simplex ex verbis tuis intelligit aliud, nempe efficacem vocationem, quæ certè non idem est cum gratiæ oblatione.

29) At ista energia non exserit sese in omnibus quibus gratia evangelica offertur.

30.31.32) Nova & insolentes phrasæ.

33) Sanè energia Spiritus per se sufficit ad fidem nobis ingenerandam: sed illa non exserit se in omnibus quibus gratia Evangelica offertur.

34) Quasi verò energia seu operatio Spiritus S. ab homine possit impediri! Falsa hypothesis.

35) Verè hoc dicis: sed hoc ipso tibi contradicis, quum dicis, sufficientem Dei gratiam vocatis omnibus offerri.

36) Fluctuas. 37) Falsa hypothesis. 38) Si Deus omnibus vocatis sufficientem (ac proinde, te ipso affirmante, efficacem) credendi gratiam præbet: qui fit igitur, quòd non omnes vocati ad fidem adducuntur? An efficacia Spiritus sancti potest destitui suo effectu? 39) Vide num. 34.

40) Judicet lector.

41) At verba tua quæ oppugno, non sic loquuntur, sed longè impudenter sonant. Dicis enim, Deus, QUANTUM IN SE EST, servare nos UNICE studet. Si quantum in se est, & unice, ergo omni modo.

42) Petitio principii: & insuper contradictio. Si enim studet omnes servare quantum in se est: studet igitur absolute, ex mero scilicet beneplacito.

43) Rursum caves libero arbitrio tuo, tam chara scilicet amica tua.

44) Dubitatio hac tua ma-

ferri &c. At si verba mea, ibidem statim sequentia, rectè perpenderis: (27) non simpliciter, sed *κατὰ*, æquipollentiam hîc à me statui, continuo videbis. Nam per efficacem exhibitionem, nihil aliud hîc (28) intelligo, quàm realem seriamque gratiæ Evangelicæ oblationem, cum tali ac tanta Spiritus (29) S. energia conjunctam, qualis & quanta in ipso Novi Testamenti ministerio (quod non frustra ministerium Spiritus, immo Spiritus vivificus, appellatur 2. Corinth. 3.) (30) ex parte Dei (31) ordinariè (32) proponi solet: ac proinde quæ ad fidem efficaciter nobis ingenerandam (33) per se sufficiat, Esa. 5. Ezech. 12. Actor. 7. & 13. &c. (34) nisi nostra ipsorum culpa impediatur. Solet quidem interdum efficacia divinæ gratiæ, seu vocationis, ipsi nudæ sufficientiæ opponi: quando videlicet illa cum ipso operationis suæ externo eventu, seu finali effectu, copulatur. Interea minimè negandum est, semper etiam sufficienti gratiæ suam quandam internam efficaciam adesse: quippe (35) sine qua ne sufficiens quidem verè ac propriè dici posset. Sensus igitur meorum verborum est: Deum ex sua parte omnibus, per Evangelium vocatis, ((36) saltem (37) antecedente, ac primaria sua voluntate) omnem necessariam, ac sufficientem credendi gratiam seriò (38) præbere: Johan. 3. & 5. & 7. & 8. &c. per quam scilicet ipsi, (39) nisi per ipsos stet, verè ad fidem converti, ac tandem servari possint. De *Reprobis* autem, & *Electis*, quinam in Scriptura sic appellentur, infra mox plenius agemus.

4. Postremò & illud perstringis, quòd obiter dixi, Deum, quantum in se est, servare nos unice studere: nos, inquam, aliquo modo jam vocatos &c. Quòd dictum tu quasi gemino ariete hîc oppugnas: puta tum efficacis omnipotentis divinæ, tum particularis vocationis &c. Sed ego supra non uno loco utrumque illum sic (40) depuli, ut neuter quidquam amplius nocere mihi jam posse videatur. Non desinit enim Deus verè omnipotens esse, etiamsi non statim actu efficiat, quidquid (41) aliquo modo efficere vult, aut studet. Aliquo modo, inquam, hoc est, (42) non absolute, sed conditionaliter: sive ita, ut neque (43) libertas arbitrii nostri, neque ordo semel ab ipso sancitus, per studium illud suum evertatur, aut violetur: immo ita, ut conditio fidei &c. ab ipso præscripta, non necessariò & inevitabiliter, sed liberè prorsus ac contingenter, à nobis observetur. De particulari autem vocatione, ac speciatim de gentibus, jam olim sub V. T. quasi in cæcitate sua desertis, sive à Deo derelictis &c. duo quædam sæpius respondi. 1. hanc desertionem, (44) siquidem etiam suf-

am sufficiens, ac planè necessarium, resipiscendi auxilium excludat, non ad antecedentem, sed ad (45) consequentem, seu justè punientem, Dei voluntatem omnino pertinere: cujus scilicet impulsiva causa in (46) enormibus ipsarum gentium peccatis sita fuerit. 2. eandem desertionem, respectu *Judaeorum*, (47) comparativè sic accipi posse, ut sufficiens illud auxilium, quod dixi, per se (48) minimè excludat. Etsi enim (49) non tanta lux gentilib. tunc affulsit, quanta Judæis, (sive etsi non ita splendè ac copiosè (50) vocati illi fuerunt, ut isti) nō sequitur tamen, illos nihil omnino gratiæ ac lucis habuisse, aut (51) nulla ratione à Deo ad frugem vocatos fuisse: quippe quos, saltem ordinariè, tantam Dei notitiam habuisse constat, quanta ad ipsos verè coram Deo inexcusabiles reddendum sufficiebat. Vide Actor. 17. Rom. 1. & 2. item exempla (52) Jobi, (53) Jethro, (54) Ninevitarum &c.

In summa: (55) etsi Deus, pro liberrima sua potestate, inæqualiter homines ad se vocat: ita ut quosdam, in comparatione ad alios, planè suâ gratiâ destituere videatur: ordinariè tamen, ex antecedente voluntate sua, tantum lucis & gratiæ omnibus largitur, quantum ad fines optimos, sibi in humano genere propositos, necessarium esse novit: hoc est, quantum ad homines ipsos, vel paulatim convertendum, & tandem servandum, modò sibi ipsi non desint; vel, si vitio suo sibimet desint, justè puniendum, ac perdendum, abundè sufficere intelligit. Plura de his, si placet, vide infra Sect. 104. & suprâ passim.

SECTIO CIX.

De Electis, & Reprobis, quinam sint: Et speciatim, an, & quatenus, soli credentes in S. literis Electi dicantur.

I*Bidem lin. 5. cis finem: Electi in S. literis semper iidem sunt, qui verè credentes.*

NOTA PISCATORIS.

Contrarium verò, nempe pro electis haberi, & electos esse, 1. etiam nondum credentes, liquet 2. ex his dictis. Johan. 10. v. 16. *Alias etiam oves, (id est, electos) habeo, quæ non sunt ex hac caula: illas quoq; oportet me adducere: id est, per Evangelii prædicationem efficaciter vocare, id est, fide donare.* 3. Ergo tum nondum erant credentes. Johan. 11. v. 51. & 52. de Cajapha dicitur, quòd prophetaverit, fore, *ut Jesus pro gente illa moreretur: nec tantum pro illa gente, sed etiam ut filios Dei (id est, electos) dispersos cogeret in unum: nempe, per Evangelii prædicationem eos efficaciter vocan-*

aa

nifestè pugnat cum verbis apostoli, Sicut eas suis ipsarum viis incedere.

45) *Petitio principii.*

46) *Commentum: quod refellitur exemplo Corinthiorum 1. Cor. 6. v. 9. 10. 11.*

47. 48) *Inane effugium, cujus ne minimum quidem indicium in verbis Pauli apparet: imò quod manifestè cum illis pugnat.*

49. 50) *Hæc manifestè contradicunt verbis Pauli.*

51) *Discedis à questione. Questio hic nō est, an Deus se gentibus patefecerit per opera creationis: sed an eas vocaverit per verbum.*

52. 53) *Non est hic questio de paucis aliquib. personis, sed de totis gentibus.*

54) *Exemplum istud alienum est. nam Ninevitis nō legitur oblata fuisse gratia Evangelica.*

55) *Quæ deinceps dicit, meram tautologiam & æiologiam continent, absq; ulla probatione. Itaq; quæ facilitate à te affirmantur, eadem à me negantur.*

do, id est, fide donando. 4. Ergo illi Electi tum nondum erant credentes. Act. 18. v. 10. 11. Dominus hortatur Paulum, ut maneat in urbe Corintho, & docere pergat, hoc argumento, quia populus multus sibi sit in illa urbe: id est, quia multi ibi sint electi, 5. qui per Evangelii prædicationem ad fidem sint adducendi.

RESPONSIO VORSTII.

NOTÆ PISCATORIS.

1) At veras.

2) Imò ex verbo Dei.

3. 4) Exspecto probationem.

5) Neq; ego dico, illos pro electis haberi ALIQUATENUS: sed dico simpliciter, illos pro electis haberi.

6) Assertio mea est hæc, Pro electis haberi, & electos esse, etiam nondum credentes. Hanc assertionem divinis scriptura abundè firmavi. Sed quia tantopere urges ipsum vocabulum electorum, quasi in scriptura per illud semper significentur illi qui jam credunt: age asseram exëpla in contrarium. Marc. 13. ver. 20. Propter electos, quos elegit, abbreviavit dies illos. Hinc ita argumentor:

Quos Deus elegit, illi in scriptura dicuntur electi.

At omnes nondum credentes, suo autem tempore credituros, Deus elegit. Ergo omnes nondum credentes, suo autem tempore credituri, in scriptura dicuntur electi. Major probatur testimonio allegato. Minorem probo: Quia fides est proprium effectum electionis: unde nominatur fides electorum Dei, Tit. 1. v. 1. Huic addo locum Matth. 24. v. 24. Surgent pseudochristi & pseudoprophetae, & edent signa magna & miracula: ita ut seducant (si fieri possit) etiam electos. Hic certè vocabulum, electos, non potest restringi ad credentes: quum dubium nullum sit, quin illi pseudochristi & pseudoprophetae conati sint seducere Judæos obvios quosq; inter quos haud dubiè etiam erant aliqui electi nondum credentes. Tertium locum adjicio ex 2. Timoth. 2. v. 10, ubi Paulus ait, Omnia sustineo propter electos. Loquitur autem ibi de suis vinculis. Illa autem sustinebat non solum propter credentes, sed etiam propter credituros: ut percipitur ex ejus verbis Philip. 1. v. 12. & seqq. Quartum deniq; locum adjungo ex Apocal. 17. v. 14. Et qui cum eo (nempe agno) sunt vocati, & electi, & fideles. Hic si electi accipiuntur pro credentibus, existet in verbis apostoli Johannis à δολογία sive inepta tautologia: ut patet. 7) Contrarium modò ostendi ad n. 6. 8) Neq; recusavi: ut patet, ex modò dictis.

9) Non prorsus: quia continent voces aequipollentes.

1. Vide quæso, quot (1) glossas hîc nobis (2) de tuo afferas: quum verum interim scopum (3) non attingas: sed extra oleas, quod ajunt, satis improvidè (4) vagêris. Quæstio enim hîc non est: an qui nondum actu credunt, sed aliquando tamen verè credent, & in fide perseverabunt, etiam durante adhuc incredulitate, (5) aliquatenus pro Electis haberi, aut Electi dici possint. Id enim utrumq; ipse, rectè intellectum, ultrò confiteor. Sed hoc tantum quæritur: an Electi in S. literis semper iidem sint, qui credentes: sive an titulus Electorum in S. literis uspiam disertè ullis incredulis, aut impiis, quamdiu tales actu sunt, sive ullis etiam nondum credentibus, attribuatur. Vide Matth. 20. & 22. & 24. Luc. 18. Roman. 8. & 11. Coloss. 3. Apoc. 17. &c. Quod postremum ego quidem sic nego, ut per inductionem omnium S. Scripturæ locorum, in quibus Electi disertè nominantur, negationi meæ fidem plenissimam facere paratus sim. Neque tu ullum pro contraria (6) asseritione tua locum hîc attulisti: neque ullum afferre unquam poteris. Inspicè tantum Concordantias omnes & V. & N. Testamenti. Et electos (7) ubiq; pro piis & credentibus; contraque reprobos pro impiis & incredulis, usurpari deprehendes. Nempe, quoties de negotio salutis, aut damnationis, ut hîc quidem fit, agi constat. Et hæc quidem expedita est hujus quæstionis decidendæ ratio: quam honestè, ut ipse vides, (8) recusare nunquam poteris.

2. Quæ autem loca in contrarium hîc attulisti, ea duplici de causâ (9) prorsus aliena esse dico. Nam neque vox Electorum in iis uspiam compareret; sed vel ovium, vel filiorum, aut populi Dei &c. Neque de iis hominibus ibi-

bus ibidem sermo est, qui jam re ipsa, sive actu, aut sint, aut fuerint, oves, filii, &c. puta in specie sic dicti: sed qui suo tempore futuri demum sint; eoque tantum in decreto & præscientia Dei tales sint. At nostra quæstio est, de sola *electorum*, & *credentium*, reciprocatione, sive æquipollentia: & quidem quatenus utraque vox de ipso rei significatæ actu, & non de potentia sola, usurpatur: sive quatenus ambæ istæ voces realem, & actualem, (10) qualitatis utriusque significatæ præsentiam in subjectis suis declarant: denique quatenus utraque vox propriè, & non metonymicè, accipitur.

3. Ne jam dicam, alia quoque nonnulla in hisce annotationibus tuis errata latere. Etenim Johan. 10. non necesse est, ut per oves simpliciter intelligamus *Electos*, præsertim (11) strictè ac propriè dictos; (12) h. e. ad finem usque in vera fide perseverantes: quum nihil (13) vetet, omnes vocem Christi aliquatenus admittentes, & Verbum Dei cupidè audientes, sive quolibet modo (etiam ad tempus tantum) in ipsum Christum credentes, hinc intelligi. Nec magis necesse est, ut per verbum adducendi, (14) sola efficax illa vocatio, quam tu nobis describis, hoc loco accipiat: quum etiam inefficax vocatio hinc intelligi perquam commodè possit: modò hæc talis sit, ut externam saltem fidei (15) professionem in ipsis vocatis efficiat. Solent enim in Scripturis ii omnes indifferenter ad Christum adducti, seu vocati, immò *fideles*, interdum appellari, qui fidem Christi palàm profitentur: licet interim hypocritæ sint, Matth. 20. & 22. Johan. 12. &c.

ipsam mihi affingis. Sanè efficax vocatio, nempe interior illa operatio Spiritus S. non est sola: sed cum externa prædicatione evangelii conjuncta. Esse autem verbum adducendi intelligendum de vocatione efficaci: patet ex verbis sequentibus, Nam vocem meam audient: fietque unum ovile, & unus pastor. (15) At Christus ibi non loquitur de externa fidei professione, sed de interna animi agnitione: imò de agnitione qua ipse oves suas agnoscit, ibid. v. 14.

4. Idem ferè dico de loco Johan. 11. ubi *filii Dei* generatim dici videntur, qui alibi (16) *filii Regni* dicuntur, Matth. 8. &c. quicumque scilicet Deum in Christo Patrem suum esse pronitentur &c. Sin aliter tamen isti hinc accipiendi sunt, (quod quidem præcisè negare nolim) tum certum est, eos per (17) anticipationem quandam metonymicam, respectu præscientiæ Dei, sic appellari: non quòd jam tum filii Dei revera essent, (quia per fidem demum filii Dei efficiuntur, Johan. 1. & Galat. 3. &c.) sed quòd suo tempore demum tales futuri essent. Nam & alibi talis anticipatio passim in S. literis adhibetur, præsertim in negotio Electionis.

5. Denique in loco Actor. 18. non apparet, Dominum per *populum illum*, quem sibi Corinthi esse dicebat, *Electos* propriè dictos intellexisse: quum fieri possit, ut generatim omnes aliquo modo (18) *religiosos*, seu *probos*, & *veritatis studiosos*, illic intellexerit: qui videlicet irreligiosis, ac pro-

10) *Falsa hypothesis ex parte, videl. respectu vocabuli Electi: quippe quo non significatur aliqua qualitas in homine, sed adjunctum extrinsecus homini adhaerens. Electi enim dicuntur, qui à Deo electi sunt ad vitam æternam.*

11) *Alia falsa hypothesis: quasi electi de quibus hic sermo est, dicantur variis modis.*

12) *Quasi verò non sit hoc commune omnibus electis fide præditis?*

13) *Imò vetant pronuntianta Christi de ovibus suis Johan. 10. v. 28. Ego vitam æternam do eis: nec peribunt in æternum: neque rapiet eas quisquam è manu mea.*

14) *Istam vocem & rem*

16) *Imò loquitur de talibus filiis Dei qui tum non erant filii regni, id est, vocati externè ad regnum calorum.*

17) *Sed hoc non obstat quòd minùs electi verè sint electi etiam antequam fide donantur.*

18) *Purum putum commetum, & à stilo Scripturae prorsus alienum: quippe que per populum Dei intelligere solet aut multitudinem vocatorum externè, aut multitudinem electorum. Hic autem prior significatio lo-*

cum non habet. Ergo admittenda est posterior. Vide Rom 9. vers. 25. & cap. 11. v. 1. & 2.

19) *Contrarium probavi ad n. 6.*

fanis hominibus, seu prorsus impiis Evangelii contemtoribus, opponi solent. Tales enim ista phrasi commodè notari poterant: ut qui jam aliquatenus ad fidem in Christum præparati ac dispositi essent: eoque statim accedente Evangelicâ prædicatione, haud dubiè credituri, atque ita peculiaris Christi populus re ipsa futuri essent. Atque hoc sanè sensu etiam alibi distinctio fit inter probos, & improbos, sive inter homines Evangelicâ pace dignos, & indignos: licet utriusque adhuc à Christo alieni sint, Matth. 10. Act. 13. & c. Sed ut ista sint, (19) semper *Electi*, propriè dicti, nullos nisi verè pios, & credentes; contraque actu *reprobi* nullos nisi re ipsa impios, & incredulos, in S. literis declarant: sicut ex inductione supra dicta facilè cuivis constare potest.

SECTIO CX.

An, & quatenus, salutaris Dei gratia omnibus hominibus in N. T. offeratur.

P Ag. 431. *in principio*: Et vicissim, juxta gratiosam Evangelii doctrinam, omnibus ex æquo (præsertim sub Novo Testamento) gratiam Dei salutarem offerunt (S. literæ) in Christo.

NOTA PISCATORIS.

Contradictionem 1. implicare videntur istæ voces, *omnibus, & præsertim*. Deinde falsum est, 2. Deum omnibus ex æquo gratiam suam salutarem offerre: quia *præteritis ætatibus*, ante Christum natum, *sunt gentes incedere suis ipsarum viis*. Act. 14. v. 16. Et idem fecit 3. post Christum natum, erga gentes novi orbis, ad hæc usque tempora.

RESPONSIO VORSTII.

1. Rectè facis, quòd contradictionem hîc implicari, non præcisè asseveras; sed tantùm modestè, & quasi dubitanter, tibi sic *videri* asseris. Revera enim non vera, sed apparens, contradictio hîc est. Tollitur autem hæc ipsa quàm facilimè, per distinctionem eorum modorum, ac graduum, qui diversi sunt in diversis oblationis istius, de qua hîc agitur, seu speciebus, seu mavis generibus: idq; pro diversitate tum hominum, ac populorum, quos Deus ad se vocat; tum temporum, quibus illos vocat. Aliter enim *Judeos* olim vocavit; (1) aliter *gentiles*. Et rursus utrosq; aliter sub Vetere, aliter sub Novo Testamento vocare solet. Denique aliter ex (2) *antecedente* ac primaria voluntate sua, aliter ex (3) *consequente* ac secundaria, homines tum omnes, tum aliquos, ad fidem & salutem invitavit.

2. Obla-

NOTÆ PISCATORIS.

1) *Sed quinam sunt isti diversi modi vocationis? Verba tua expressè loquuntur de vocatione per gratiosam Evangelii doctrinam. At hanc vocationem Paulus de gentibus quæ præteritis ætatibus vixerunt, negat: dum affirmat, Deum sive illas suis ipsarum viis incedere, Act. 14. v. 16.*
2.3) *Falsa hypothesis.*

2. Oblatio igitur (4) aliqua divinæ gratiæ semper omnibus facta est: (5) nisi eis exceptis, qui seipfos eâ prorsus (6) indignos quasi extra ordinem fecerunt. Sed uberior tamen, & propinquior, oblatio Judæis facta est; parciore autem, & quasi remotior, gentibus. Et rursum clarior, & efficacior, sub Novo Testamento, obscurior autem, & minus efficax, sub Vetere. Denique liberalior ex (7) prima voluntate fuit, quàm ex (8) secunda &c. Ubi obiter etiam (9) restrictio illa in verbis meis annotari debet: *juxta gratiosam Evangelii doctrinam &c.* Quæ nimirum hoc vult, salutarem Dei gratiam non simpliciter omnibus omnino hominibus, (quovis speciali loco, & tempore degentibus; item quolibet modo se habentibus &c.) sed omnibus omnino vocatis, sive iis omnibus, ad quos aliquatenus Evangelii fama, aut salutis doctrina pervenit, ex parte Dei ferriò semper offerri: & quidem omnibus *ex æquo*, hoc est, sine ulla personarum acceptione, aut exclusione: (10) nisi quæ forte seipsas sua sponte, seu propria culpa, hinc excludunt. Atque huc sanè pertinent ista S. Scripturæ dicta, jam sæpius citata: (11) *Apparuit gratia Dei salutaris (12) omnibus hominibus &c.* Tit. 2. *Vult Deus (13) omnes homines salvos fieri &c.* 1. Timoth. 2. *Omnibus ubiq³ hominibus (14) jam denunciat (Deus) ut resipiscant &c.* Act. 17. (15) *Prædicare Evangelium omni creaturæ &c.* Matth. 28. *Sonus eorum exiit in omnem terram &c.* Rom. 10. (16) *Illuminat omnem hominem &c.* Nempe Christus, lux illa (17) mundi &c. Johan. 1. & 3. & 8. &c. (18) *Dedit in lucem gentium, ut salus mea sis usq³ ad extremum terræ &c.* Esa. 49. &c. *Non est Deus acceptor personarum: sed in omni gente, (19) quisquis ipsum timet &c. acceptus est ipsi &c.* Act. 10. &c. Hæc, & similia dicta, satis apertè probant, Deum (20) sub Novo Testamento, gratiam suam omnibus ubique sufficienter offerre.

teris? 12. 13) *Id est, omnis conditionis hominibus ut patet ex collatione precedentium. 14) Sed non omnium hominum in mundo. 15) At quomodo hinc concludes, salutarem Dei gratiam offerri omnibus ex æquo? 16) At sententia abs te proposita comprehendit etiam T. Vetus. Dicit enim, PRÆSERIM sub N. T.*

3. Exceptio tua prior, de gentibus sub Vetere Testamento &c. jam supra non semel (21) refutata fuit: ut quæ duplici, si non triplici, de causa planè (22) impertinens sit. Posterior etiam, de gentibus hodiernis in novo orbe &c. nihil roboris habet: idque propter triplicem rationem, superiùs quoque allatam. Nam neque certò constat, hasce gentes hucusque nunquam à Deo per Evangelium vocatas fuisse: tametsi jam (23) seculis aliquot hac in parte Deus ipsas deseruit; idque justis haud dubiè de causis, licet nobis hætenus ignotis. Neque securè asseri potest, etiam sub hac ipsa desertione nullam Dei (24) notitiam iis superesse: quæ videlicet excusationem ipsis coram Deo sufficienter adimat. Denique si maximè de

4) *Sed quam? Certè si loqueris de oblatione per doctrinam Evangelii, sicut proposita questio postulat: apertè contradicis Paulo in loco illo Actorum jam sæpiùs allegato.*

5) *At verba tua istam exceptionem nõ habent: quia potiùs eam excludunt, quatenus dicis, Omnibus EX ÆQUO gratiam Dei salutarem offerunt.*

6) *Nempe per enormia peccata: sicut declarasti sect. 108. Sed istam exceptionem ibi dilui ad num. 46.*

7. 8) *Falsa hypothesis.*

9) *Itane verò? Quis unquã putasset, per verba ista restringi vocem OMNIBUS? At manifestum est, illis verbis declarari verbum offerunt: ita ut indicetur modus oblationis. Sed tu ex quovis, pro acumine ingenii tui, potes quidvis elicere.*

10) *Vide num. 6.*

11. 14. 15) *Nempe in N. T. Sed quid hoc ad gentes quæ vixerunt tempore T. Veteris?*

16) *Nempe lumine rationis. 17) Sed non omnium hominum in mundo. 18. 19) At quomodo hinc concludes, salutarem Dei gratiam offerri omnibus ex æquo? 20) At sententia abs te proposita comprehendit etiam T. Vetus.*

21) *Et vicissim tua refutatio à me refutata fuit.*

22) *Sit judicium penes lectorem.*

23) *At hoc ipsum satis est ad infringendum pronuntiatum tuum universale, quòd gratia Dei salutaris offeratur OMNIBUS EX ÆQUO.*

24) *De hoc non est questio: sed questio est, an gratia*

Dei offeratur OMNIBUS
hominibus per Evangelium.
25) Falsa hypothesis.
26) At istam vocem Cal-
vinus ibidem sic declarat,
Omnes dico, quib. se per
Evangelium Deus pate-
facit. quæ verba continen-
ter adjicit illis ubi tu ser-
monem abruptisti. At quid
jam ista verba faciunt, ad
probandum pronuntiatum
illud tuum, quod gratia Dei
salutaris offeratur OMNI-
BUS ex æquo? Certè non æ-
quipollent ista duo: Omnes
ex æquo, & Omnes qui-
bus se per Evangelium
Deus patefacit.

utroq; constaret: neutrum tamen ad antecedentem, & absolutam Dei voluntatem; sed utrumq; ad (25) consequentem, & secundariam illam, quæ causam sui sufficientem in voluntariis hominum actibus invenire solet, omnino referendum esset: prout ista jam antè prolixius suis locis exposui. Vide in primis suprâ Sect. 8. & 19. & 26. & infra 106. Vide etiam insignem Calvinii sententiam, in Comment. ad cap. 2. Actor. v. 16. *Quisquis invocaverit &c.* ubi sic inter alia scribit: *Sine exceptione Deus (26) omnes ad se admittit: & hoc modo ad salutem invitatur &c.* Et mox: *Quando igitur nemo excluditur ab invocatione Dei, omnibus aperta est janua salutis. Nec aliud est, quod nos ab ingressu arceat, quàm propria infidelitas &c.* Plura talia apud eundem passim occurrunt: præsertim in præfat. in N. Testam.

SECTIO CXI.

*An Christus, etiam quæ homo est, unigenitus & proprius
Dei filius rectè vocetur.*

P Ag. 432. §. ad thesin. Quum Christus sit unigenitus, ac proprius, seu naturalis Dei filius: qualis scilicet præter ipsum nemo, vel in cælo, vel in terra est &c.

NOTA PISCATORIS.

Nota, Quomodo exponat voces illas, *unigenitus*, & *proprius*: ita scilicet, ut Filium Dei videatur referre 1. in numerum creaturarum. Quod etsi paulò post negat, tamen mox eò relabatur, dum sic ait: *Etsi enim Christus, quæ Deus est, inter creaturas haudquaquam est connumerandus: omnino tamen quæ homo est, & quæ mediator à Deo constitutus est, etiam huc referri debet. Hoc autem respectu 2. etiam unicus, & singularissimus Dei Filius appellari debet &c.*

RESPONSIO VORSTII.

NOTÆ PISCATORIS.

- 1) *At hoc non videbitur mirum illi, qui perpendet ista tua verba, Qualis scilicet PRÆTER IPSUM nemo vel in cælo vel in terra est.*
- 2) *Sed malè statuis.*
- 3) *Imò solummodo.*

I. Quum tu ipse disertè hîc fatearis, (quod ex verbis etiam meis alioqui valdè perspicuum est) me nominatim Christum, quæ Deus est, è rerum creaturarum numero eximere: (1) mirum profectò videri debet, te sine ulla distinctione, sive indefinite, mihi nihilominus objicere, quòd filium Dei videar in numerum creaturarum referre. Etsi enim voces illas, *unigenitus*, & *proprius*, ad Christum, etiam quæ Homo ac Mediator est, aliquatenus referri posse (2) statuo: non nego tamen, easdem ad eundem, quæ Deus est, & quidem hoc respectu (3) principaliter, referendas esse. Imò vel sola hæc vocula, *Etiam*, qua semel atque iterum hîc aperte usus sum, omnino contrarium evincit. Qui enim dicit, hos titulos Jesu Christo,

Christo,

Christo convenire, (4) *etiam* quà homo est: is non obscure significat, non tantum hoc uno respectu, sed & alio quodam, eoque longè excellentiore, eosdem ipsi convenire. Quod ipsum ex sequente hujus materiæ deductione, ac præsertim ex illa ejusdem parte, ubi titulum τὸ ἀγαπᾶται plenius declaro, multò adhuc manifestius evadit.

2. Porro Christum, *etiam* quà homo est, rectè *unigenitum*, ac *proprium*, Dei filium appellari, nemo orthodoxus, quod sciam, hæctenus (5) negavit. Immò complures id disertè (6) affirmarunt. Inter quos vide Calvinum in Comment. ad Luc. i. v. 35. *Locus hic, inquit, non modo personæ unitatem nobis commendat, sed simul ostendit, Christum, (7) quatenus humanam naturam induit, esse Dei filium &c.* Et (8) ratio certa hujus rei facilè dari potest: quæ & ipsa in verbo Dei satis evidenter expressa est: Quòd videlicet non duplex, aut geminus; sed singularis, & individuus, sive numero unicus, sit Dei filius, Christus Jesus, solus verè θεὸς ἀληθινός, sive Deus simul & homo verus, in una & eadem persona. Unde etiam, ipsum Altissimi filium, putà Jesum Christum, ex S. Virgine natum fuisse: nec Deum proprio filio percipisse; sed *unigenitum filium suum pro nobis in mortem dedisse &c.* apertè scriptum legimus. Luc. i. Rom. 8. Johan. 3. &c. (9) Quæ certè non secundum Deitatem, sed secundum humanitatem, Christo verè ac propriè conveniunt: quum Deitas, propriè loquendo, neque ex muliere nasci, neque verè pati, aut mori possit. Hoc autem loco, quem nunc indicas, (10) propositum mihi erat ostendere, in Christo homine, sive quà homo est, supremum divini erga Creaturas amoris gradum consistere. Quod quidem apertius ostendi non posse (11) credebam, quàm si titulos illos, *unigeniti, & proprii filii, item dilecti, sive τὸ ἀγαπᾶται, Christo etiam homini, sive etiam quà homo est, reverà competere (12) probarem: quippe qui summam (inter omnes quidem creaturas) ὁμοφιλίαν Dei in hoc singulari homine locum habere, perspicuè (13) demonstrant: prout consideranti manifestum esse potest.*

Deus simul & homo: ergo est filius Dei quà homo, seu quatenus homo. 9) At de his rebus non est questio. 10) Non est questio de scopo verborum tuorum, sed de verbis ipsis. Neq; continuò verba rectè se habent, si scopus eorum rectus est. 11. 12) At malè credebas: nec bene probasti. 13) At quomodo demonstrant, quum ei hoc respectu in Scriptura nusquam tribuantur? Certè non entis nullæ sunt actiones.

4) *At istud erroneum est.*
5. 6) *De hoc non est magnopere laborandum: sed considerandum, an istud dicatur convenienter verbo Dei, nec ne.*

7) *Istud ex verbis illius loci evinci non potest. Verba angeli ad Mariam virginem sunt hæc, Propterea etiam id quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Non dicit, Sanctus ille homo qui ex te nascetur, vocabitur filius Dei quatenus homo erit. Nec dicit, Filius Dei qui ex te nascetur, vocabitur filius Dei, quatenus induet humanam naturam. Sed simpliciter dicit, sanctum illud vocatum iri filium Dei: idque propterea quòd concipietur per singularem operationem Spiritus S. ac proinde nascetur ex virgine: quia nimirum de virgine fuit prædictum per Esaiam, quòd paritura sit filiù, cujus nomen vocatura sit Immanuel, id est, Deus nobiscum. Esa 7. v. 14.*

8) *At ista ratio nihil probat. Non enim sequitur: Filius Dei est unicus, estque*

SECTIO CXII. & CXIII.

Iterum de generali Dei φιλανθρωπία, seu communi gratiæ & salutis in Christo oblatione.

P Ag. 437. lin. tendit: de amore Dei erga homines dicit: Illum considerari etiam hac ratione, quà communis est toti generi humano; seu quatenus salutem offert hominibus generatim acceptis.

NOTA PISCATORIS.

Hoc pugnat cum experientia, 1. & cum dicto Pauli, Act. 14. v. 16. Ibidem in medio dicit, quòd Deus omnibus hominibus, generatim acceptis, 2. filium Servatorem miserit.

NOTA PISCATORIS.

Si Deus filium misit Servatorem omnibus, 3. utique filius servavit omnes. Nam ad quod missus est, id expedivit: quum & voluerit, & potuerit. Non autem servavit omnes, sed *solam*, 4. Ecclesiam. Ephes. 5. v. 23. & 25.

RESPONSIO VORSTII.

NOTÆ PISCATORIS.

1) *Judicet lector.*

2) *Nempe in N. T. At tua sententia loquuntur de toto genere humano: item, de omnibus hominibus, nullà additâ exceptione.*

4) *Id est, omnis ordinis homines. At quaestio est de omnib. omnino hominibus.*

5) *Quod igitur discrimen ponis inter istas voces, Generatim & Universaliter? Et quid sibi volunt ista verba, Non prorsus universaliter? Ergone universalia distinguis in Prorsus universalia & Non prorsus universalia? Nova & mira distinctio!*

6) *Ergone extremè impios homines excludis ex universo genere hominum? Putida contradictio! 7) An igitur re ipsa diversi sunt indefinitè & definitè omnes? V. g. Credentes servabuntur, & Omnes credentes servabuntur. 8) Falsa hypothesis. 9) Mira praestigia vanarum distinctionum.*

10) *Judicet lector.*

11) *At non dicit, Omnes homines generatim acceptos.*

12) *Hoc nusquam dicit Scriptura.*

13) *1. Tim. 2. 6. per omnes non intelliguntur omnes homines generatim accepti: sed omnis ordinis homines. Heb. 2. v. 9. per omnes intelliguntur omnes filii Dei.*

14) *Matth. 11. v. 28. non habetur sermo de omnibus hominibus generatim acceptis, sed speciatim de laborantibus & oneratis.* 15) *1. Timoth. 1. v. 15. dicitur quidem indefinitè, Christum venisse ut peccatores servaret: sed istud non intelligitur de omnib. hominibus generatim acceptis.*

1. Prius illud dictum meum, de *generali*, seu potius *communi* (prout ego hîc loquor) amore Dei erga totum genus humanum, quoad generalem salutis oblationem &c. neque cum experientia, neque cum dicto S. Pauli Act. 14. revera pugnare, jam sapius (1) ostensum est. Certè omnibus salutem in Christo generatim offerri, jam praesertim sub Novo Testamento, (de quo hîc propriè agitur) ipse Deus in verbo suo palàm testatur: *cum gratiam suam omnibus hominibus (2) apparuisse, seq. omnes ubiq. ad poenitentiam (3) vocare, & (4) omnes ad agnitionem veritatis venire velle &c. clarè profitetur.* Act. 17. v. 30. Tit. 2. 1. Timoth. 2. &c. Quod ipsum etiam generalem, seu communem, ipsius erga nos amorè abundè comprobat. Ne jam dicam, per homines *generatim acceptos*, (5) non prorsus universaliter omnes, & singulos, etiam extremè (6) impios, seu quocunque modo sese habentes; sed tantum communiter, sive (7) indefinitè omnes, (& quidem juxta (8) primariam, & antecedentem, Dei voluntatem (9) simpliciter consideratos) hoc loco intelligi debere: sicut ex ipsa illorum *trium* graduum, quos hîc in amore Dei erga homines enumero, distincta recensione satis superque apparet.

2. Posterius etiam dictum non semel haectenus ex Scriptura (10) probatum fuit: quippè clarè testante, idcirco Christum à Deo missum fuisse, ut (11) mundum servaret, & (12) generatim pro (13) omnibus mortem obiret: Joh. 3. & 6. 1. Timoth. 2. Heb. 2. (14) omnesq. ad gratiam Dei vocaret: immò ut peccatores indefinitè (15) omnes servaret, seu propitiatio fieret pro peccatis (16) totius

(16) totius mundi &c. Matth. II. I. Timoth. I. I. Johan. 2. & 4. &c. Quin & ipsa Catechesis Palatina quæst. 37. non dubitanter asserit, Christum pertulisse iram Dei adversus peccata (17) totius generis humani &c. Quod & Zwinglius, Bullingerus, Musculus, aliique passim (18) asserunt. Id verò sine dubio ita factum est ex amore Dei erga idem humanum genus universum.

16) Per totum mundum nõ intelliguntur ibi omnes homines generatim accepti: sed intelliguntur omnes credentes per totum mundum dispersi.

17) Intellige convenienter scriptura, ac nominatim dicto illi Johannis, Christus est propitiatio pro peccatis totius mundi.

18) Haud dubiè sensu conveniente scriptura: quem modò indicavi.

3. Contra hæc autem Spiritus S. clarissima testimonia nihil virium (19) habet instantia tua: quam à negatione eventus, ad negationem finis, seu consilii divini, (sed (20) conditionati) perperam hic concludis.

19) Imò habet: quum nihil fiat nisi ex decreto Dei

Non enim (21) semper ex eventu consilium Dei æstimandum est: quia non continuò re ipsa fit, quidquid Deus à nobis, aut in nobis, aliquo modo fieri (22) vellet. Neque statim Christus id omne in nobis efficit, quidquid absolutè loquendo efficere potest, & (23) aliquatenus efficere vult.

20) Nullum agnosco decretum Dei conditionatum.

21) Imò semper.

Expedit ille quidem id omne, ad quod, ex sua solius parte, expediendum missus à Deo fuit. Sed (24) alia ratio est eorum, quæ ipse sic in nobis efficere vult, ut simul à nobis liberè aliquid fieri postulet: sive ita, ut liberam assensionem, ac cooperationem nostram, simul requirat. Cujusmodi est fides, & conversio nostra, & denique tota salutis æternæ in nobis procuratio.

22) Apage cum commentitia ista tua velleitate: quæ ex Deo omnipotente hominem impotentem facit.

23) Quasi verò ego loquar de fictitia tali voluntate qua Christus aliquid velit

ALIQUATENUS. Verba

mea sunt, Ad quod missus est (Christus,) id expedit: quum & voluerit & potuerit. Quis non videt, me hic loqui de voluntate Christi plena. Certè enim non aliquatenus, sed plenè voluit Christus expedire id ad quod missus fuit.

24) Inane effugium: per quod non evertitur illud meum connexum, Si Deus filium suum misit servatorem omnibus: utiq; filius servavit omnes. Et frustra à nobis postularat fideri: nisi ipsemet illam in nobis efficeret.

4. (25) Actu quidem externo, seu quoad eventum, solam Ecclesiam suam Christus servat: ut habet locus à te citatus: in quo tamen vox, sola, non (28) reperitur. At (26) potestate interim, itemque gratiosa, sed (27) conditionata voluntate, omnes omnino vocatos servat: (29) quia scilicet omnes istos, ex sua parte, servare paratus est: (30) modò ne sua sponte obicem ponant ipsius gratiæ: resistendo scilicet Spiritui S. & securè peccatis indulgendo &c. Sic illuminat (31) Christus omnes homines, quantum in se est. Et tamen plerique re ipsa non illuminantur: quia tenebras potius diligunt, quàm lucem, Johan. I. 9. & 3. 19. & 8. 12. &c. Eodem sensu omnes ex sua parte (32) sanat, (33) liberat, (34) vivificat &c.

25. 26. 27) Mira strophæ inanium & falsarum distinctionum!

28) At ipsa expressio nominis Ecclesia tacitam antithesin innuit, quod perinde est ac si vox, sola, esset expressa. Secus fatendum erit, Spiritum S. ineptè loquutum esse. Quod absit.

29) Petito principii.

30) Falsa hypothesis Nam quem Christus servare vult, ei resistantiam illam adimit.

31) Falsum hoc est, si intelligatur de illuminatione fidei. nec probatur ex Joh.

quos quidem ad salutem vocat. Et tamen major pars in peccatis

& miseria sua manet: quia vocanti, & medicinam præ-

benti, non obtemperat: prout ista jam antè

sæpius exposui.

bb

han. I. v. 9. nam ibi sermo est de lumine rationis. Nec ex reliquis duobus locis: quia ista sententia ibi non exstat.

32. 33. 34) Falsa sunt hæc omnia: & contradictionem implicant.

S E C T I O C X I V .

De perseverantia Sanctorum: deq; potentia deficiendi, seu libero ipsorum arbitrio ad peccandum.

Ibid. sub finem, de perseverantia in fide loquens, ait: De futuro autem tempore (nisi nobis ipsi deesse velimus) similiter esse, quod optimè semper speremus &c.

. N O T A P I S C A T O R I S .

Videtur hîc innuere, in *nostris viribus* 1. esse positum, ut in fide perseveremus. Item *fieri posse*, 2. ut fidem amittamus.

R E S P O N S I O V O R S T I I .

1. Quod priore loco de *viribus nostris* innuere me dicis, in eo prorsus à mente mea aberras. Absit enim, ut nostram in fide perseverantiam, aut simile aliquod pium ac salutare opus (*Pelagium* scilicet imitatus) nostris ipsorum viribus adscribam, hoc est, iis, quas à natura, sive ex nobis ipsis, in nobis habemus. Nam si forte aliter accipis, hoc est, si *vires nostras* intelligis eas tantùm, quæ per gratiam Dei nobis communicatæ sunt: atq; ita nostræ dici possunt, quatenus jam nobis insunt: tum sententia quidem vera, & minimè absurda est: phrasis tamen nimis obscura, & periculosa censeretur. Nullæ enim sunt vires, propriè loquendo, nostræ, hoc est, vel à Natura nobis insitæ, vel nostro ipsorum Marte acquisitæ, aut citra gratiam Dei comparatæ, quibus hunc verè spirituales ac supernaturales effectum producere possimus: sed cælesti gratiæ Dei, seu spirituali J. Christi benedictioni, & quidem *soli*, salutaris hæc perseverantia tota in solidum adscribenda est: Philip. 1. & 2. & 1. Corinth. 1. & 1. Pet. 1. &c. quippe sine qua nihil hîc possumus: ut dicitur Johan. 15. Neque verò est, quòd verba illa mea te (1) fallant: *Nisi nobis ipsi deesse velimus &c.* Non enim hinc elici potest, me vires illas perseverandi nobis ipsis, aut naturæ nostræ, ullatenus adscribere: tametsi easdem in nobis ex Dei dono esse, (& sic quidem esse, ut sanctus earum usus à nobis non minùs omnitti, aut negligi, quàm exerceri, vel promoveri, aliquatenus possit) non malè hinc concluditur.

2. Atque hoc jam *alterum* illud est, quod *posteriore* loco in verbis meis indistinctè reprehendis: sed sine justa ratione. Potentia enim, seu inavis possibilitas absoluta, fidem sponte abjiciendi, aut à fide deficiendi, simpliciter & illimitatè loquendo, in ipsis fidelibus (2) negari non debet: nisi & perspicuis S. Scripturæ testimoniis, & sanæ rationi, contradicere velimus.

NOTÆ PISCATORIS.

1) *At certè verba ista tale quid præ se ferunt. Sed interim admitto declarationem à te allatam.*

2) *Necq; ego illam nego.*

velimus. Nam illa quidem fideles ad continuum metum, ac piam sollicitudinem, in ipso perseverantiae studio, passim cohortatur: Rom. 11. Phil. 2. 1. Corinth. 10. &c. Contraq; à defectione, item presumptione, ac securitate, serio dehortatur: Heb. 3. & 4. & 10. &c. immò etiam exempla quorundam, qui à pietate Christiana, veraque fide (3) defecerint, nobis inculcat &c. 1. Timoth. 1. 6. & 4. 2. Timoth. 4. & 2. Pet. 2. &c. ista verò perspicue docet, vanum & stolidum esse metum, superfluamq; curam, ac sollicitudinem, in iis vel cavendis, vel persequendis, quæ aliter, quàm re ipsa fiunt, fieri (4) nullo modo possunt &c. Distinctione igitur hic opus est, non modò inter defectionem ipsam, & deficienti potentiam; sed etiam inter potentiam non deficienti proximam, & remotam; sive mavis naturalem, ac supernaturalem: interque causas tum deficienti, tum cavendi, intrinsecas & extrinsecas; sive quæ vel à nobis ipsis, vel ab aliis creaturis extra nos existunt &c. Etsi enim credentes, quatenus & quamdiu tales, respectu constantis gratiæ, ac fidelitatis, à Deo promissæ, (qui suos nunquam prior deserit) contra Satanam, & mundum, perpetuò securi esse possunt: tamen (5) respectu sui ipsorum, hoc est, suæ fragilitatis, immò naturalis suæ libertatis, (quâ nimium multi abutuntur) item respectu ordinariæ Dei permissionis, quâ fit, ut plurimis gravissimisque tentationibus ipsi sæpe exponantur, omninò in hac vita semper habent, quod sollicitè caveant, & piè metuant. Hic igitur causæ metuendi sunt, quæ illic non sunt. Et hic, absolutè loquendo, deficere possunt, qui illic, *ἡ γὰρ τὴν* loquendo, non possunt. Atque hoc totum ab ipsius Dei ordinatione dependet: qui ut fideles suos, officium sedulò facientes, nunquam planè deserit; sed contra insultus Satanæ, aliorumque hostium, assiduè defendit: ita quoq; negligentes, & ingratos, ope sua (6) destituit: immò (7) defectores voluntarios prorsus abjicit, & abnegantes se vicissim abnegat: & tamen semper fidelis & constans ubique manet. Vide 2. Timoth. 2. Si nos ipsum (8) abnegaverimus, etiam ipse nos abnegabit &c. Cui consonat illud Davidis ad Salomonem filium, 1. Chron. 28. Si (9) dereliqueris Dominum, abjiciet te in perpetuum &c. Et illud Asariæ, 2. Chron. 15. Si (10) derelinquetis eum, derelinquet ipse vos &c. Vide item 1. Corinth. 9. Qui stare sibi videtur, (11) videat ne cadat. Roman. 11. Noli altum sapere, sed (12) time &c. Nam & tu exscinderis, (13) si non permanseris in fide &c. Phil. 2. Cum (14) timore & tremore operamini salutem vestram. Heb. 16. (15) Videte, ne in aliquo vestrum sit cor infidele, deficiens à Deo vivo. Et cap. 4. (16) Metuamus, ne desertà promissione &c. aliquis vestrum videatur frustratus. Et cap. 17. (17) Si quis se subduxerit, eum non probat anima mea &c. Sic Apoc. 2. Memento unde excideris, & (18) resipisce &c. Et cap. 3. Memento quomodo acceperis &c. & (19) re-

bb 2

sed in priore de remissione charitatis, in posteriore de remissione vigilantia in munere pastorali seu episcopali.

3) Hoc verò nego. Nam sicut ut dici solet, Non fuit amicus qui desit esse: ita pariter ratione verè dici potest, Non fuit fidelis qui desit esse. Consideretur hic quod dicit Johannes 1. Johan. 2. v. 19. Nec diversum probatur ex allegatis locis. Nam 1. Tim. 1. v. 5. & 6. non est sermo de iis qui vera fide fuerint pradi: sed de doctoribus qui à doctrina de vera fide aberrarunt, & ad vaniloquentiam deflexerunt. Similiter 1. Tim. 4. v. 1. sermo est de illis qui defecturi erant à sana doctrina & professione fidei. Idem apparet in loco 2. Pet. 2. 1.

4) At ego non scripsi, Nullo modo fieri posse ut fidem amittamus. nam et si id fieri non potest per decretum Dei: tamen fieri posset per imbecillitatem nostra na-

5) Assentior. (tura.

6) At verè credentes nunquam ita destituit ope sua, ut fidem prorsus amittant.

7) Nempe qui deficiunt à professione fidei: non autem qui amittunt veram fidem: quia tales nulli sunt. juxta dictum, 1. Job. 2. v. 19.

8) Abnegatio opponitur confessioni. Confiteri autè veram fidem potest qui illa non sit pradius.

9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17)

Ex omnibus istis locis nihil aliud concludi potest, quàm per hominis infirmitatem fieri posse ut amittat fidem.

Sed interim verum manet, per decretum Dei fieri id non posse.

18. 19) In duob istis locis nò est sermo de amissione fidei.

20) Concedo: nempe respectu naturalis infirmitatis.

21) At talis negatio reperitur etiam in scriptura. ut Matth. 24. v. 24. Ita ut seducant, si fieri posset, etiam electos. Ecce simpliciter negatur fieri posse, ut electi seducantur.

sipisce &c. Hæc, & alia sexcenta, clarè docent, etiam verè fideles, aliquo saltem modo, ac certo (20) respectu, fidem amittere, seu sponte à Christo deficere posse. Quod proinde simpliciter & indistinctè (21) negandum tibi non erat: præsertim quum talis negatio & per se absurda sit, & veræ pietati valde noxia: sicut ex consequentiis hinc nascentibus abunde patet.

SECTIO CXV.

An Deus aliqua fieri velit, quæ re ipsa non fiunt: Et num omnia futura simpliciter ad unam partem ab æterno præfiniverit.

P Ag. 439. In medio. At ratione hominum non ineptè sperare ea dicitur (Deus) quæ quidem ipse per se approbat, & à nobis fieri vellet; non tamen, ut infallibiliter ac necessariò fiant, simpliciter & absolutè decrevit.

Et paulò post, de pœnitentia coætaneorum *Noachi* loquens, dicit: Deum neutram disjuncti partem absolutè definivisse &c.

Item pag. 441. negat futura contingentia per absolutum aliquod Dei decretum ad alterutram partem determinata esse. Vide etiam pag. 441. sub finem.

NOTA PISCATORIS.

Istud, *vellet*, tribuit Deo 1. impotentiam. Perinde enim est, ac si diceretur: *Vellet* quidem Deus à nobis fieri, quæ nobis mandat: sed nõ 2. potest id efficere. Nam si & *vellet*, & *posset*, *efficeret* utique. Deinde 3. falsum est, Deum non decrevisse omnia simpliciter.

RESPONSIO VORSTII.

1. De *velleitate* Dei, seu potiùs optatione, ac desiderio, quidnam vera sit, & quomodo rectè intelligi debeat, jam supra suis locis abundè dictum fuit, Sect. 4. & 5. & 8. & 11. & 13. & 15. &c. Nunc illud solum obiter repetam: tantum abesse, ut talis aliqua *velleitas*, sive optativa voluntas, (rectè scilicet (1) intellecta) Deo impotentiam ullam attribuat, ut veram potiùs omnipotentiam, & summam perfectionem, (2) aliquatenus in ipso arguat: quippe quæ indicio sit, Deum pro diversa objectorum volitorum conditione, (3) diversos quoque volendi actus semper exercere posse: & singulis actibus suum convenientem modum, ac finem, sapienter assignare: tandemque omnes, in suo quemque genere, distinctè ad optatum eventum perducere solere. At si *velleitas*, aut desiderium aliquod,

NOTÆ PISCATORIS.

1.2) *Cautela Vorstiana.*

3) *At, isti diversi volendi actus quos Deus in tempore exercet, æterno ejus decreto præcisè definiti sunt.*

aliquod, in Deo nullo modo esse posset: (4) tum certè non omnis in se possibilis volendi actus à Deo exerceri posset: (5) eoq; Deus hac in parte verè impotens esset. Quod absit.

in se possibilis Deo: ut nimirum Deus ita dicat, Vellem hoc vel illud fieri, si possem efficere ut fieret. Hic volendi actus non est Deo possibilis: quia pugnat cum natura ejus omnipotente. In homine quidem actus ille volendi possibilis est: quia convenit natura ejus impotenti, vel certè non omnipotenti. 5) Istius quoq; connexi consequentiam nego. Non enim arguit aliquam in Deo impotentiam, quòd non potest velle eo modo qui adversatur ipsius omnipotentia: sicut eandem non arguit, quòd non potest mentiri & negare se ipsum: quia hac adversantur ipsius natura veraci.

2. Objectio tua, quæ & suprà non semel à me (6) refutata fuit, hoc potissimum vitio laborat, quòd neque inter potentiam Dei absolutam, & actualem; neque inter voluntatem ejus simplicem, & (7) conditionatam; item effectivam, & permissivam &c. ullum discrimen statuit. Ex qua confusione, mirum non est, (8) si asylogistia multiplex emergat. Sanè (9) si efficaciter simul & absolutè vellet Deus, ut sua præcepta necessariò ab omnibus servarentur; neque ulla ab ipso posita esset (10) conditio merè contingens, quæ (11) aliquatenus gratiæ, ac potentiæ ipsius actuali (12) obstaret: utique efficeret Deus, quod sic fieri vellet, & facere posset. At secus se res habet, ubi agitur de voluntate (13) inabsoluta, & proinde aliquando inefficaci; de quæ potentia actuali, ad certam hypothesein divinitus (14) adstricta: prout in nostro hoc casu fieri, ex ipso Dei verbo non semel antè (15) demonstravi. Esa. I. & 5. & 65. Ezech. 12. & 18. & 33. Matth. 23. Actor. 7. & 13. &c.

illa servare velint. At ubi verbum Dei de tali voluntate Dei testatur? 11) Cautela Vorstiana. 12) Quasi verò fieri possit ut quicquam obstet gratiæ & potentiæ Dei actuali? Scilicet voluntas hominis voluntate Dei potentior est? 13) Falsa hypothesis. 14) Quid autem ista trica sibi volunt? 15, 16) Judicet lector.

3. Deum porrò non omnia, quæcunq; decrevit, simpliciter olim decrevisse: hoc est, non omnia omnino futura, per absolutum, & efficax decretum, ad unam oppositorum partem ab æterno prædeterminasse, (sic enim illud intelligi debet) sæpe quoque à me superiùs (16) ostensum fuit. Si enim aliter esset, tum sanè omnia, quæcunque in mundo fiunt, inevitabili quadam ac præcisa necessitate (17) fierent: (18) eoq; nulla actionum nostrarum vera contingentia, immò nulla creati arbitrii libertas esset: & (19) porrò nec virtuti, nec vitio, nec præmiis, nec pœnis (justis quidem, & rationabilibus) ullus inter homines locus superesset: denique (20) omne & religionis, & justitiæ studium, planè frustraneum foret: immò, quod omnium pessimum est, (21) Deus ipse non modò hypocriseos, & tyrannidis, verè reus agi posset; sed & (22) omnium peccatorum verus, proprius & unicus, auctor re ipsa fieret &c. Quæ omnia

bb 3

effectum ratione proximæ causæ contingens: ratione autem remotæ causæ necessariū appelleretur. 19, 20, 21, 22) Omnia ista absurda consequuntur non ex mea illa assertione: sed ex consequente falso, quod tu falso ex illa hypothesis deduxisti. Atq; ita fit ut uno absurdo dato, cætera eveniant.

4) *Nego consequentiam istius connexi: quia nititur falsâ hypothesis: quasi scilicet vellei as sit actus volendi*

6) *Judicet lector.*

7) *Falsa hypothesis.*

8) *Sed cur asylogistiam illam non ostendis?*

9) *Falsa hypothesis: quasi Deus aliquid velit non efficaciter, nec absolutè.*

10) *At quæ est illa conditio? Sanè si constare sibi debeat instituta antihesis, illa referetur ad voluntatem Dei, hoc modo: Volo quidem ut præcepta mea ab omnibus serventur: sed non volo absolutè, verum cū hac conditione, si omnes*

17) *Hic pro absurdo habes quod revera absurdum nõ est. Et sanè tu ipse hoc pro absurdo nõ habuisti, quum in tractatu tuo de Deo pag. 262 scripsisti, Statuere nos debere, respectu primæ causæ, h. e. divini decreti, NECESSARIO tandem futura esse UNIVERSA.*

18) *Nego consequentiam. Id quod tu ipse quoq; fecisti loco allegato: ubi verbis modò recitatis cõtinenter subjunxisti hæc: Nihil enim impedit quò minus idem*

19, 20, 21, 22)

23) Imò ex falso consequente quod tu ex illa assertione falso deduxisti. ex (23) assertione contraria, quam tu hîc alibi que tueris, iudicio plerorumque sapientum tam necessariò consequuntur, quàm necessariò sequitur, orto sole diem esse. Tu quidem prius illud (24) axioma nostrum 24) Nempe Deum non decrevisse absolutè qua fieri à nobis vellet. falsum esse dicis: sed rationem tui dicti (25) nullam planè affers. Quod certè tantum Theologum, præsertim in controversia hac tam gravi, parum decet. (26) Ostende nobis, si potes, illius axiomatis falsitatem, vel ex 25) Imò attuli rationem hanc. Quòd istud Vellet Deo tribuat impotentiam. Quòd autem Deus omnia decreverit absolutè, patet ex eo, quòd si aliquid decrevisset sub conditione, voluntas ejus tam diu maneret in suspensò, donec conditio impleveretur. Id quod pugnat cum Dei omniscientia & omnipotentia. 26) Ostendi. 27) Acquiesce igitur. 28) Quasi verò ego tibi auctoritatem meam (nescio quam) obtrudam!

SECTIO CXVI.

De gratia Dei sufficiente: deq; libero hominis arbitrio ad bonum: An scilicet, & quatenus, in nondum conversis esse id possit.

Ibidem, de pœnitentia coætaneorum Noachi loquens, dicit: Hoc autem unicum tum definiebat, vel potiùs olim definiverat, (Deus) ut per gratiam sufficientem, quam ipse liberaliter daturus erat, (salvâ tamen manente ipsorum libertate) resipiscere possent, & porrò ipso actu resipiscerent: si modò ipsi huic gratiæ cooperari vellent, & sibi met ipsis deesse nollent.

NOTA PISCATORIS.

Si impœnitentes illi potuerunt 1. gratiæ Dei cooperari: sequitur, eosdem habuisse liberum arbitrium ad bonum. Id quod S. literis repugnat. Et si dedit illis Deus gratiam 2. sufficientem ad resipiscendum qui fit 3. quòd non resipuerunt?

RESPONSIO VORSTII.

I. Connexum tuum prius opus habet commodâ declaratione, hoc est, accurata distinctione, inter diversas liberi arbitrii ad bonum significatæ res. Nam alia est libertas naturæ, alia gratiæ, alia gloriæ. Et prima pro vario hominis statu ipsa quoque variat &c. Fateor igitur ipse, impœnitentes illos, quâ tales erant, nullum ex seipsis habuisse liberum arbitrium, efficax ad bonum; puta bonum verè salutare, seu spirituale. Atque hæc gratiosæ libertatis assertio, in talibus quidem hominibus, S. Scripturæ demum repugnat: quippe testanti, istos tales in peccatis esse mortuos, ac peccati

ac peccati fervos, Ephes. 2. Johan. 8. & 15. &c. ac proinde ad actiones salutares ex seipsis penitus ineptos &c. Sed neque hæc assertio ullatenus colligi potest ex illa sententia mea: ut quæ potentiam cooperandi, quam illis aliquam tribuo, non ipsorum naturæ, præsertim corruptæ; sed (1) soli prævenienti Dei gratiæ, disertè adscribat. Interea semper id afferendum puto, quod res est: omnes omnino homines (ac proinde etiam omnes impœnitentes) naturali arbitrii (2) libertate præditos esse: & porro per generale Dei auxilium, (3) saltem in rebus (4) externis, sive ad corporalem disciplinam pertinentibus, moralem aliquam obedientiam præstare, seu locomotivam animæ facultatem regere posse: denique omnes eos, qui à spirituali Dei gratia sufficienter afficiuntur, (hoc est, in mente illustrantur, in corde ad bonum excitantur &c.) posse per hanc ipsam Dei gratiam Deo operanti (5) voluntate pedissequa cooperari; atque ita ad hoc ipsum bonum spirituale sese (6) liberè convertere &c. Hoc si (7) putas S. literis adversari, necesse est, speciatim illud ipsum nobis exprimas: & deinde pugnam hanc è S. literis ostendas. Quod cum præstare serió conaberis, tum nihil revera efficere te posse senties.

3) Si ista voce hic uteris ex usu Latina lingua, pro eo quod aliàs dicitur, Ad minimum: tum apparet te hic fluctuare.
4) At hic est questio de rebus internis, videlicet de vera resipiscencia. 5) Nempe voluntate jam à Deo tracta & ad bonum spirituale volendum flexa. 6) Id est, voluntariè, non coactè. 7) Verba illa tua, sic intellecta ut declaravi, non puto sacris literis adversari.

2. Sanè quibusdam à Deo gratiam dari sufficientem ad resipiscendum, qui tamen re ipsa (8) non resipiscant: compluribus S. Scripturæ locis evidenter ostendi (9) potest: præsertim iis, ubi divinæ (10) optationis, aut (11) expectationis; item (12) obtestationis, aut (13) exprobrationis &c. aliqua mentio fit. Esa. 48. Psal. 81. Ezech. 33. 1. Pet. 3. 2. Pet. 3. Rom. 2. &c. Satis jam sit unicus ille locus, Esa. 5. Quid debui, inquit Deus, facere vinea mea, quod non fecerim? Cur expectavi, ut proferret uvæ, & protulit labruscas? &c. Certè horum nihil absque hypocrisi, simul & insipientia, dicere (14) potuisset Deus, si ne sufficientem quidem (15) bene agendi gratiam illis dedisset, immò nec dare voluisset. Similis est ille locus Apoc 3. Ego adsto ante ostium, & (16) pulso &c. Satis enim hinc patet, non omnes illos aperire, ad quorum ostia Christus pulsat. Et tamen stultum foret, eorum ostia pulsare, qui aperire nullo modo possent. Denique Ezech. 12. clarè testatur Deus, quosdam habere (17) oculos ad videndum, & (18) aures ad audiendum, qui tamen videre, & audire nolint &c.

15) Hic erras in expositione loci allegati: quippe qui non loquitur de data Judæis gratia bene agendi: sed de beneficiis externis. 16) Per illam pulsationem intelligitur hortatio ad resipiscenciam: ut patet tum ex verbis proximè præcedentibus, Zelato igitur, & resipisce: tum ex proximè sequentibus, Si quis audierit vocem meam, & aperuerit ostium &c. Atquæ hortatio illa non sufficit ad resipiscendum, sed insuper requiritur interior operatio Spiritus S. 17. 18) Per illos oculos & aures non potest intelligi sufficiens gratia ad resipiscendum quam Deus illis dederit, nam si hanc eis dedisset, resipiscenciam in ipsis effecisset.

NOTÆ PISCATORIS.

1) Imò verba tua diversum sonant. Dicit enim, Si modò ipsi huic gratiæ cooperari vellent. Ecce cooperationem coactaneorum Noachi in actu resipiscendi tribuis eorū voluntati: eamq; opponis operationi gratiæ, tanquam concausa: ut scilicet illa causa, gratia Dei & voluntas illorum, in resipiscencia efficienda concurrant. Quomodo igitur hic dicit, te cooperandi potentiam adscribere SOLI prævenienti Dei gratiæ?

2) Sed num ad volendum tam bonum quodlibet, quàm malum?

8) At hoc impossibile est. Etenim quum causa sufficientis ad effectum producendum adhibetur, effectus necessariò producitur.

9) An res ita se habeat, mox apparebit.

10. 11. 12. 13) Sed quid ista omnia ad probandum sententiam propositam?

14) Nego consequentiam. Nam Deus potuit jure ab illis postulare bonas actiones, etiam si tunc temporis nullam prorsus bene agendi gratiam eis dedisset, quia hanc dederat illis in prima creatione: quam ipsi propria culpa amiserant in primo parente Adamo.

15) Hic erras in expositione loci allegati: quippe qui non loquitur de data Judæis gratia bene agendi: sed de beneficiis externis. 16) Per illam pulsationem intelligitur hortatio ad resipiscenciam: ut patet tum ex verbis proximè præcedentibus, Zelato igitur, & resipisce: tum ex proximè sequentibus, Si quis audierit vocem meam, & aperuerit ostium &c. Atquæ hortatio illa non sufficit ad resipiscendum, sed insuper requiritur interior operatio Spiritus S. 17. 18) Per illos oculos & aures non potest intelligi sufficiens gratia ad resipiscendum quam Deus illis dederit, nam si hanc eis dedisset, resipiscenciam in ipsis effecisset.

19) *Exspecto probationem.*

20) *Quasi verò contumaciam hominis non possit vincere gratia Dei!*

21) *Quasi verò resipiscen-
tia seu conversio hominis
constet pluribus actibus, ac
non fiat in momento: ut pa-
tet in exemplo Judaeorum
conversorum concione Pe-*

*tri in die pentecostes: de
quibus dicitur, quòd com-
puncti fuerint corde, di-
xerintq;: Quid faciemus,
viri fratres? Act. 2. v. 37.*

*Aut quasi, si cõversio con-
stat pluribus actibus, Deus
ab instituto suo desistat, &
eos quos convertere vult,
agere desinat, antequam
illi fuerint conversi. Con-*

trarium percipitur ex verbis Pauli Phil. 1. v. 6. Et quidem ab illa sola. Deniq; necessariò. 23, 24) Hac dicuntur calumniosè. Trahit Deus hominem, quum eum ad Christum convertit, Johan. 6. v. 44. Id est, ex nolente volentem facit. 25) Imò irresistibiliter: siquidem Deo voluntatem hominis convertenti homo resistere non potest. 26) Falsum dicitis. 27) Scil. voluntate humana. Sed hac non sufficiebat ad convertendum illos. 28) Sed nec ultrò volentem. Secus non opus esset trahere. Sed quid hoc ipsum ad probandum quaestionem propositam?

3 Quod autem huic asertioni velut absurdum opponis, id absq; ullo negotio dissolvi (19) potest. Quæris, cur non resipuerint, si gratiam huc sufficientem habuerunt? Respondeo uno verbo, quia resipiscere (20) noluerunt: adeòq; quia sponte sua hanc ipsam Dei gratiam bene collocare neglexerunt, & quia jam acti agere (21) porrò ipsi detrectarunt. Etsi enim præveniens hæc gratia, ex sua parte, ad hominem convertendum sufficiens est: non tamen ipsa sola, citra liberum hominis (22) assensum, foris efficax est, hoc est, non sola seorsim conversionem ipsam perficit: multò minùs hominem ad sese convertendum violenter (23) rapit; nec quasi (24) lapidem, aut truncum, (25) irresistibiliter ad bonum impellit. Sic voluit Christus, (26) adhibita etiam sufficiente gratia, Judæos olim seriò ad se colligere. Sed quia ipsi noluerunt, ideo re ipsa collecti non fuerunt, Matth. 23. (27) Voluit eosdem verè servare; hucque omnia dicta, & facta sua, unicè referebat, ut ipsi servarentur. Sed quia ipsi venire noluerunt, idcirco servati re ipsa non fuerunt, Johan. 5. & c. Neminem enim (28) invitum, seu pertinaciter reluctantem, Deus aut convertere, aut servare, unquam voluit, aut unquam volet: prout alibi suprà copiosius ostensum fuit: & infrà per occasionem iterum ostendetur.

SECTIO CXVII.

*An, & quatenus, spes, sive exspectatio, Deo propriè
ac verè tribuatur.*

P Ag. 440. Esa. 5. Deus testatur, se quidem uvæ vinea sua exspectasse; sed tantum labruscas invenisse &c. Quasi dicat, aliud se sperasse, atque hoc sibi præter omnem spem accidisse.

NOTA PISCATORIS.

Quod hinc dicitur per 1. ἀνθρώπου πατρίαν, id accipit tanquam dictum 2. propriè.

RESPONSIO VORSTII.

NOTÆ PISCATORIS.

1. 2. 3) *Cautela Vorstiana.*

4) *Quid est vera spes, nisi propriè dicta? Qui autem propriè loquendo sperat, is sperat aut ex probabilibus conjecturis, aut ex certa promissione. At Deus neutro modo sperat. Ergo non sperat propriè loquendo.*

I. Nusquam (1) simpliciter hinc nego, dictum istud Dei per ἀνθρώπου πατρίαν (2) aliquam intelligendum esse: nec contra uspiam affirmo, (3) omnino propriè accipiendum esse: tametsi (4) veram spem, sive exspectatio-

spectatio-

At Deus neutro modo sperat. Ergo non sperat propriè loquendo.

spectationem boni operis, ab hominibus per Dei gratiam præstandi, Deo non malè attribui posse, hinc (5) colligam: idq; complurib. (6) aliis Scripturæ locis alibi confirmem. V. g. Luc. 13. Roman. 2. & 1. Pet. 3. &c. (7) Discrimen verò inter spem humanam, & divinam, alibi satis explicasse mihi videor: ubi defectus, sive infirmitates omnes, quæ illius propriæ sunt, ab ista planè separandas esse, pluribus argumentis ostendi. Inter alias autem illius infirmitates hæc una est, quòd homines plerumque impatienter, ac sæpe frustra, exspectent: quum Deus semper & (8) æquanimiter hîc attendat, & (9) intentum suum principale tandem assequatur: sive speratam justitiam re ipsa in piis procurando: sive impios ob insperatam injustitiam puniendo &c. Vide Sect. 4. & 8. & 11. & 27. &c. *Esais. Deinde ne in aliis quidem locis ita accipitur. 7) At per discrimen illud non evertitur definitio spei propriè dicta, quam recitavi ad num. 4. Quæ quidem definitio de Deo verè affirmari non potest. 8) At hoc ipsum quoq; de Deo per ἀνθρωποπείθειαν dicitur. 9) Purum putum commentum. Quid enim? Speratne Deus ab homine justitiam hoc intento seu sine atq; proposito, ut eam vel in illo procuret: vel si spe sua fallatur, hominem puniat? Unde quæso hanc sententiam probabis? Imò spes simpliciter fertur in rem speratam, eamq; adepta acquiescit, & desinit: nihil ulterius desiderans.*

2. Porrò his, aliisque infirmitatibus jam separatis, nihil omnino prohibet asserere, Deum verè, ac (10) suo modo propriè, pietatem atque obedientiam nostram sperare, sive exspectare: præsertim quum duo præcipua veræ spei requisita, seu mavis fundamenta, in Deo ipso reperiantur: puta, tum verum pietatis & obedientiæ nostræ (11) desiderium, quale certè non semel antea ex S. literis (12) ostendi: desiderium, inquam, planè necessarium: quippe non tantum in præcepto, sed etiam in ipso naturali Dei erga justitiam amore fundatum: tum necessariæ ac sufficientis gratiæ, in Evangelio nobis exhibitæ, certa infallibilisq; cognitio: per quam ipse pietatem, & obedientiam, à nobis feriò requisitam, non jam impossibilem, sed præstabilem nobis esse, perspicuè (13) intelligit. Secus enim irrationabilis foret obedientiæ nostræ (14) exspectatio; aut saltem Deo parum digna: si vel desiderium illud obedientiæ nostræ sincerum à Deo abesset: vel proba ista notitia sufficientiæ, ad actum obedientiæ præstandum necessariæ, eidem non adesset. Absit autem à Spiritu Sancto, ut Deo, sive propriè, sive tropicè, aliquid indignum, aut indecorum, aut denique irrationabile, unquam attribuat. In summa: Spes, sive exspectatio, non aliter Deo (15) propriè tribuitur, quàm (16) proprietates naturæ divinæ ferre potest, & libera ejusdem ordinatio postulat. Confer ea Scripturæ loca, quæ agunt de optatione, ac desiderio Dei: ut Deut. 5. Psal. 81. &c. item ea, quæ de activa Dei tentatione disserunt, qua ipse homines tentare, seu fidem ac pietatem illorum explorare solet: ut Genes. 22. Exod. 20. Deut. 8. & 13. item 1. Pet. 1. Jac. 1. &c. deniq; ea, quæ patientiam,

5) *At malè colligis: quia committis fallaciam homonymie, dum ex verbo sperandi quod apud Esaiã per metaphoram de Deo usurpatur, colligis, Deum sperare verè, id est, propriè loquendo.*

6) *At primùm non sequitur, Verbum sperandi de Deo dictum in aliis Scripturæ locis accipitur propriè: ergo etiam in hoc loco*

7) *At hoc ipsum quoq; de Deo per ἀνθρωποπείθειαν dicitur. 8) At hoc ipsum quoq; de Deo per ἀνθρωποπείθειαν dicitur. 9) Purum putum commentum. Quid enim? Speratne Deus ab homine justitiam hoc intento seu sine atq; proposito, ut eam vel in illo procuret: vel si spe sua fallatur, hominem puniat? Unde quæso hanc sententiam probabis? Imò spes simpliciter fertur in rem speratam, eamq; adepta acquiescit, & desinit: nihil ulterius desiderans.*

10) *Cautela & strophæ Vorstiana, id est, planè fictitia. Sûntne enim plures modi quibus aliquid dicitur propriè?*

11) *Nullum est in Deo propriè dictum desiderium: ut alibi ostendi.*

12) *Judicet lector.*

13) *At hinc non sequitur, Deum propriè loquendo sperare.*

14) *Nempe propriè dicta. Petitio principii.*

15) *Petitio principii.*

16) *Nempe ludis in vocabulo propriè.*

17) *Id est, propriè dictam, Nego.*

& longanimitatem Dei nobis hîc commendant: ut Roman. 2. & 9. & 1. Pet. 3. & c. Hæc enim omnia (17) veram expectationem, seu boni operis spem, sed omni defectu vacuum, non obscure in Deo arguunt.

SECTIO CXVIII.

Iterum de Electis, quinam sint. Et speciatim, An actualis Electio fidem precedat, an consequatur. Item, An, & quatenus, Electos aliquando Deus oderit.

P Ag. 446. in medio. Nam quòd Hieron. Zanchius ait, Electos nunquam esse Deo exosos: id verum duntaxat est de iis, qui jam re ipsa sunt Electi, h. e. actu ipso. Nam de iis, qui tandem futuri sunt Electi, quamdiu nondum credunt, aut conversi sunt, falsum esse videtur: nisi forte iis exceptis, quos Deus singulari quadam ratione, antequam nati sunt, ad fidem, & salutem, præ aliis eligere, hoc est, omnino huc perducere decrevit.

NOTA PISCATORIS.

S. Scriptura nusquam 1. distinguit *Electos*, in Electos actu, & potentiâ: sed quum de Electis loquitur, intelligit Electos actu. *Deinde per fidem* 2. nemo efficitur Electus: sed qui jam antè Electus est, suo tempore efficitur credens. *Tertio* Deus non *certos* aliquos ex numero Electorum, 3. sed Electos omnino omnes (saltem adultos) ad fidem perducere decrevit: ut percipitur ex verbis Apostoli Ephes. 1. v. 4. *Elegit nos in ipso, antequam jacerentur fundamenta mundi, ut simus sancti & c.* Et v. 5. *Prædestinavit nos eis ὑποθέσειαν.* Et Rom. 8. v. 30. *Quos prædestinavit, eos etiam vocavit.* scilicet efficaciter, id est, fide donavit. *Adhuc* confunduntur 4. hîc diversa, quatenus eligere, exponitur per perducere ad fidem. At electio & vocatio 5. differunt, ut causa & effectum. Nam Deus elegit nos ante jacta fundamenta mundi, Ephes. 1. v. 4. sed vocat nos, & ad fidem perducit, in tempore.

RESPONSIO VORSTII.

NOTÆ PISCATORIS.

1) *Ego actu electos voco eos qui à Deo electi sunt statim post lapsum primorum parentum, quum nondum essent nati, sed adhuc lateret in lumbis illorum. Et certè Jacobo nondum nato, sed adhuc in utero matris latenti, electionem tribuit Paulus Rom. 9. v. 11. Tu verò actu electos nominas eos qui jam sunt efficaciter vocati, seu fide donati: & negas illos ante fidem actu electos fuisse. Atque ita electionem cum vocatione efficace confundis.*

1. Si S. Scriptura (quod ego quidem agnosco) semper loquitur de actu Electis, quoties τῶν ἐκλεκτῶν, id est, *Electorum*, expressè meminit: tum certè homines nondum natos, aut saltem nondum existentes, isto titulo exornare non solet. Nam fieri non potest, ut (1) actu Electus sit, qui actu nondum existit: quando quidem non Entis nullæ sunt qualitates. Quo igitur jure, quæso, locum illum Ephes. 1. v. 4. hisce actu Electis aliquoties tute ipse accommodas? quum non ignores, in eo de Electione (2) im-

(2) improprie dicta, quippe ab aeterno facta, eoque hominum re ipsa nondum existentium, disertè agi? Fateor ego quidem, titulum ipsum, (de quo supra copiosius actum fuit) seu nomen *Electorum*, in Scriptura nullis, nisi actu Electis, disertè attribui. Sed hoc tamen nihil prohibet, quò minus interdum in disputationibus phrasas quasdam (3) ἀρχαίως liberè usurpemus; praesertim si conjugatae quaedam, aut analogae locutiones, in S. literis occurrant: ut certè in nostra hac materia fieri constat. Nam & verbum *Eligendi* de nondum existentibus usurpatur: Ephes. 1. & titulus *ovium*, item *filiorum Dei* &c. nondum vocatis interdum tribuitur. Joh. 10. & 11. &c. Saltem negari non potest, Scripturam quoque ipsam inter tempus praesens, & futurum, sive inter *Ens*, & non *Ens*, satis accuratè distinguere: ac proinde, si forte homines nondum existentes (quod tamen nusquam exsertè facit) *Electos* appellet, tum de potentia, non de actu Electis, intelligendam esse: quia secus ipsa & secum, & cum omni ratione, perspicuè pugnaret. Quod absit.

2. Si nemo, ut ais, per fidem efficitur Electus: tum (4) sequitur, neminem etiam à Deo per fidem adoptari, aut filium Dei effici, aut ab impiis re ipsa segregari, & in mysticum Christi corpus inferi &c. Nam haec omnia per Electionem illam (5) actualem, de qua nunc loquimur, in Scriptura clarè designantur. Et quomodo, quæso, re ipsa Electus, (6) sive è mundo selectus, & Deo in Christo dilectus, censerì potest, qui nondum re ipsa Christo per veram fidem insitus, aut Filius Dei effectus est &c? immò qui adhuc (7) inimicus Dei, & filius iræ est &c? Ne jam dicam, Scripturam ipsam satis clarè docere, nos per fidem demum actu & re ipsa eligi, (8) sive è mundo seligi, & in Dei familiam, seu peculium, verè assumi &c. Vide saltem 2. Thes. 2. *Elegit vos Deus* (9) *ab initio* &c. (10) *per fidem veritatis*. Jac. 2. *Nonne elegit Deus pauperes*, (11) *divites in fide*? Sic 1. Pet. 1. (12) *Electis secundum prænotionem Dei Patris, in sanctificatione Spiritus* &c. Ubi modus, & ratio Electionis, ex ipsa objecti qualitate, seu propria conditione, nempe fide ac sanctitate &c. perspicuè declaratur. Sic 1. Cor. 1. (13) *Elegit Deus stulti hujus mundi* &c. videlicet in Christo, ut ibidem re ipsa sequitur. At in Christo nemo est, nisi per fidem. Sic Matth. 22. *Pauci dicuntur Electi*: (14) *quia pauci habent vestem nuptialem*, hoc est, veram fidem,

à verbo *Elegit*: sed ab articulo τῶν, subintellecto post nomen οὐρανίου. 11) Ibi ante nomen τῶν, vel τῶν, id est, ut essent, vel ut fierent: sicut rectè supplevit D. Beza. Similis ellipsis reperitur Rom. 8. v. 29. 12) Id est, efficaciter vocatis: sicut Johan. 15. v. 19. Sed hic sermo est de electione qua facta est ab initio mundi. 13) Ibi quoque eligendi verbum accipitur pro efficace vocatione. 14) Ista nominis ratio videri quidem potest deduci posse ex textu, quia praecessit narratio de quodam ex vocatis, quòd eiectus sit propterea quòd non habet vestem nuptialem. Sed illa deductio non nititur connexioni necessaria: quia eadem verba cap. 20. v. 16. ejusdem evangelista subjiciuntur parabola de conductis in vineam, ubi nec mentio vestis nuptialis, nec alterius rei idem signifi-

2) Fateor, in loco allegato verbum *Elegit* accipi per metonymiam subjecti pro, *Eligere* decrevit. Sed id nõ obstat, quò minus electio illa, quam Deus ante facta mundi fundamenta decrevit, intelligatur de illis quos Deus elegit in lumbis primorum parentum, antequam ipsi actu existeret. 3) At tua ista phrasis non tantum est ἀρχαίως: sed etiam (ut ita loquar) ἀντιπροσφω: quia scriptura genuinum sensum corrumpit, quatenus per actu electos intelligit efficaciter vocatos.

4) Non sequitur, quia aliud est *Eligi* ad vitam aeternam, aliud *Adoptari* &c. Electio facta est statim à lapsu primorum parentum: adoptio fit quum quis efficaciter vocatur.

5) Petitio principii.

6) Confusio diversorum.

7) Respondeat tibi Paulus Rom. 11. v. 28. ubi de Judæis rejectis atque incredulis loquens, dicit: Itaque, quòd ad evangelium attinet, sunt inimici propter vos: quòd ad electionem autem, diliguntur propter patres.

8) Falsa expositio.

9) Nempe ab initio mundi, statim post lapsum primorum parentum.

10) Ista verba non pendent

CC 2

supplenda sunt τῶν, vel τῶν, id est, ut essent, vel ut fierent: sicut rectè supplevit D. Beza. Similis ellipsis reperitur Rom. 8. v. 29. 12) Id est, efficaciter vocatis: sicut Johan. 15. v. 19. Sed hic sermo est de electione qua facta est ab initio mundi. 13) Ibi quoque eligendi verbum accipitur pro efficace vocatione. 14) Ista nominis ratio videri quidem potest deduci posse ex textu, quia praecessit narratio de quodam ex vocatis, quòd eiectus sit propterea quòd non habet vestem nuptialem. Sed illa deductio non nititur connexioni necessaria: quia eadem verba cap. 20. v. 16. ejusdem evangelista subjiciuntur parabola de conductis in vineam, ubi nec mentio vestis nuptialis, nec alterius rei idem signifi-

cantis præcessit. Accuratè autem utrumq; locum consideranti apparebit dicti illius, Multi enim sunt vocati, pauci verò electi, hunc esse sensum, quòd per illud indicatur causa primaria unde fit ut non omnes qui vocantur externè, adipiscantur vitam aternam. Quia scilicet non omnes illi sunt à Deo ad vitam aternam à Deo electi, sed tantum pauci ex illis.

15) Illa quoq; expositio non est certa aut necessaria: quia fieri potest, atq; adeò prorsus probabile est, inter electos illos, propter quos dies illi fuerunt decurtandi, fuisse aliquos electos tum nondum credentes.

16) Scire velim, quib. verbis antithesis illa expressa sit. Ego quidem nullam ibi reperire potui.

17) At hinc non sequitur, electos effici per fidem.

18.19.20) Imò quia est proprium electorum donum: juxta illud, Fides non est omnium, 2. Thess. 3. v. 2.

21) Imò Deus dilexit Jacobum nondum natum, Rom. 9. v. 11. & 13. Et fidem effectum dilectionis Dei esse, docet Paulus Ephes. 2. v. 4. & 5. ubi dicit, Deus qui dives est misericordiâ, PROPTER multam dilectionem qua dilexit nos, etiam quum mortui essemus per lapsus, unâ vivificavit nos per Christum. Hac autem vivificatione continetur in primis donatio fidei. 22) Attamen sine fide, potest aliquis à Deo diligi: quia ex dilectione Dei fides oritur, sicut modo demonstravi. Neq; enim quicumq; diligitur, placet: licet quicumq; placet, diligatur. Infans sordidatus matri non placet, & tamen ab ea diligitur. Unde proverbium nostrum, Die lieb ist blind! Sie küßt manch rosig kind.

23) Contrarium demonstravi sect. 109. ad num. 6.

24.25) Scriptura de electis non sic loquitur: sed semper nominat ἐκλεκτός, i. e. electos: qua voce utiq; actus notatur.

26) Tu verba illa, Singularem quadam ratione, declaras per hac, Antequam nati sunt. Atqui Deus non aliquos tantum ex illis quos convertit, sed omnes illos, convertere decrevit antequam nati essent: quia decreta ejus omnia aterna sunt.

27.28.29) Ecce manifestè electionem cum vocatione confundis. Et verba illa,

Singularem ratione, hic aliter, quàm in libro tuo fecisti, declaras. 30) Ergo fateris, te nihil certi hic habere.

quæ per charitatem operatur. Et cap. 24. Propter Electos decurtantur dies illi &c. (15) hoc est, propter pios, & credentes: prout ex (16) antithesi ibidem expressa. hominum scilicet impiorum, planè percipitur. Sic Rom. 8. Quis accusabit Electos Dei? hoc est, credentes, ac Deum diligentes: sicut ex serie verborum constat. Sic 1. Pct. 2. Vos estis genus electum, gens sancta, regale sacerdotium &c. Quorum omnium nihil est sine (17) fide. Atque hoc sensu alibi electi, & Deo dilecti; item electi, vocati, & credentes, &c. tantum termini æquipollentes, ac reciproci, inter se conjunguntur: ut Coloss. 3. Apoc. 17. &c. Deniq; hinc dicitur fides Electorum Dei, Tit. 1. Nempe quia fides est propria Electorum (18) nota, & quasi congenita (19) qualitas, immo quasi specifica quædam (20) forma. Et adeò sine fide nemo censetur re ipsa electus, ut ne Deo (21) dilectus quidem esse possit, qui fide destituitur: quippe sine qua impossibile est aliquem Deo (22) placere. Heb. 11. In summa: (23) nullus est S. Scripturæ locus, in quo aliquis actu & re ipsa, sive absque tropo, electus vocetur, priusquam in Christum verè credat.

3. Fateor præterea, omnes adultos, qui re ipsa (24) eligendi, sive electi (25) futuri sunt, ad fidem à Deo tandem perducuntur. Sed hoc ipsum non obstat, quin Deus aliquos horum (26) singulari quadam ratione, idque præ aliis, omnino huc perducere decreverit, sicq; re ipsa tandem perducatur. Emphasis enim est in verbis illis meis, singulari ratione, item præ aliis, denique omnino &c. Nihil autem vetat, idem beneficium omnibus Electis aliquatenus contingere, quod tamen paucis quibusdam singulari ratione, & quasi extraordinario modo, contingat. Non enim omnes eodem ætatis tempore (27) vocantur: nec omnes eadem (28) Spiritus S. mensurâ donantur: nec omnes eodem (29) efficaciarum gradu trahuntur &c. Itaque non immeritò dixi, (30) forte quosdam inter Electos adeò maturè, adeoq; efficaciter, à Deo ad fidem vocari; itemq; adeò firmiter, adeoq; continenter, in cursu pietatis ab eodem custodiri; ut nunquam odio divino, ob peccata sua actualia, subjecti sint. Quod certè de omnibus o-

bus o-

bus omnino Electis, etiam priusquam ad fidem vocati sint, sine temeritate dici non potest: sicut ex infra dicendis apertius constabit. Vide interim ipsam Exegesis in cap. 30.

4. Porrò in applicandis Scripturæ locis, hîc abs te citatis, etiam alicubi non leviter impingis. Nam Ephes. 1. v. 4. non satis observare mihi videris *tropum* in verbo eligendi: quod hîc non propriè ipsam Electionem; sed impropiè (31) decretum Electionis significat. Neq; Emphasin illam satis notas in verbis istis, *Elegit nos* (32) *in ipso*. Hinc enim constat, neminem censerè re ipsa Electum, qui sit *extra Christum*. Atqui omnis actu incredulus (positivè, inquam, talis) extra Christum statuendus est. Nemo igitur talis, re ipsa Electus est. Ibidem non satis plenè intelligere videris illa verba, *ut simus sancti*. Hæc enim de sanctitate hujus vitæ, sive de integritate operum atq; morum in hoc seculo, simpliciter (33) accipis: quum potius, juxta mentem Apostoli, (idq; ex collatione similis loci in eadem Epist. cap. 5.) de perfectâ naturæ Sanctitate, in futuro seculo, saltem (34) præcipuè, accipienda sint. Ibidem etiam v. 5. tacitè (35) confundis *prædestinationem nostri ad υιοθεσίαν*, cum actuali Electione: quum hæc tamen re ipsa sit (36) ipsa υιοθεσία, aut immediatè saltem ex (37) ea fluat, tanquã effectus continens ex sua causa. Præterquam quòd (38) duplex etiam υιοθεσία in S. literis exponitur: tum hujus, tum futuræ vitæ: sicut Rom. 8. v. 23. speciatim videre licet. Quarum posterior hîc quoque non ineptè, saltem potissimùm, intelligi potest. Deniq; Rom. 8. v. 30. non agit Apostolus de *Electio*, præsertim (39) actuali, & propriè dicta: immò (40) nec de *Prædestinatione* ad illam, tendente scilicet immediatè ad salutem: sed de ea tantùm, qua fideles prædestinati sunt ad conformitatem Christi, in cruce hîc toleranda &c. Saltem nihil in omnibus hisce locis occurrit, quod aliquem actu & re ipsa Electum esse (41) arguat, priusquam verè in Deum credat.

36) Non est. 37) Imò contrà υιοθεσία fluit ex electione: quia ex eadem fluit fides: qua idcirco vocatur fides electorum Dei, Tit. 1. v. 1. 38) Sed quid hoc ad rem? Quanquam hanc ipsam sententiam non rectè colligis ex loco Roman. 8. v. 23. Ibi enim per υιοθεσίαν metonymicè intelligitur ipsa hæreditas celestis ad quam adoptati sumus. 39) Imò agit de electione actuali, quam tu quidem sic nominas, id est, de vocatione efficace: ubi dicit, Quos prædestinavit, eos etiam vocavit. 40) Miror impudentiam tuam in negandis rebus manifestis: non secus ac si negares, solem lucere in meridie. Conformitatem cum Christo de qua hic loquitur Paulus, tu restringis ad crucem: at Paulus illam disertè exponit de gloria, dum continenter annectit, Ut is sit primogenitus inter multos fratres. Negas, apostolum ibi agere de prædestinatione ad vocationem efficacem, quam tu nominas electionem actualem: at apostolus disertè dicit, Quos prædestinavit, eos etiam vocavit. Dicis, prædestinationem illam non tendere ad salutem immediatè? Quid tum? Interim tamen tendit ad salutem mediatè, nempe mediante vocatione efficace & justificatione: sicut è serie sententiarum planè est. Non igitur restringit prædestinationem ad conformitatem cum Christo in cruce. 41) Imò arguit ipsum verbum prædestinandi: utpote quòd electionem sub se complectitur. unde etiam verbum eligendi pro verbo prædestinandi ponitur, Ephes. 1. v. 4.

5. Tandem non nego, etiam electionem, & vocationem aliquo modo

31) Concedo: sed interim nego, per electionem ibi significari vocationem. Nam de hac versu demum sequentem facit, ubi dicit: Prædestinavit nos eis υιοθεσίαν, in adoptionem: i. e. quos adoptaret in filios, nempe donando nos fide.

32) At sensus illorum verborum non est, Elegit nos tum demum quum jam fuimus in Christo, non autem amplius extra Christum. Sed sensus est, Elegit nos ut servaret nos per Christum. In quam sententiam D. Beza rectè hunc locum exponit.

33) At unde istud colligis? Quasi verò qui unum aliquod ex connexis affirmat, hoc ipso reliqua neget!

34) In hoc tibi assentior.

35) Imò tu manifestè confundis ipsam υιοθεσίαν cum ipsa electione: quam tu hic ineptè actualem nominas: quum ipso vocabulo electionis per sese actus notetur.

42) Imò prorsus: sed hinc non sequitur, verbum eligendi semper in hac significatione accipi.

43) Hic certè electio ut res à vocatione diversa commemoratur.

44) Quasi verò in sermone semper observetur ordo natura!

45) Ille tropus non obstat, quò minus ibi doceatur, quòd electio vocationem efficacem precedat. Sensus enim est, Decrevit nos eligere ad vitam aeternam per fidem in Christum nobis conferendam.

46) Nego consequentiam. nam & vocatio fit in tempore, & tamen fidem precedit. Sic & electio facta ab initio mundi, statim post lapsum, in tempore utique facta est: & tamen fidem electorū tum tempore tum ordine natura precedit.

47) At non semper.

48) Judicet lector.

differre: si præsertim hæc posterior inefficax sit. Nego tamen, sic eas differre, ut tua hoc loco fert sententia. Nam etsi vocatio aliqua, præsertim externa, semper actualem Electionem præcedit; efficax tamen vocatio, siue quæ cum effectu fidei conjuncta est, adeò cum actuali Electione co-hæret, ut interdum pro ipsa, tanquam res penè æquipollens, in S. literis accipiatur. V.g. 1. Corinth. 1. *Videte vocationem vestram &c. Non multi sapientes &c. Sed quæ stulta mundi sunt, elegit Deus &c.* Ubi series verborum & sententiarum, satis ostendit, vocationem & Electionem (42) ferè pro eodem accipi. Et sic ibidem cap. 2. *vocati*, non obscure pro *Electis* dicuntur. Quomodo etiam alibi vocatio, & Electio, tanquam vel ἰσοδυναμῶν, vel saltem arctè connexa, conjungi solent: præsertim 2. Pet. 1. *Firmam facite vocationem, & (43) Electionem vestram &c.* Ubi obiter etiam notandus est ordo inter hæc duo, ordini tuo contrarius. Apostolus enim vocationem Electioni (44) præmittit: quum tu contra illi hanc præire existimes &c. Saltem locus Ephes. 1. v. 4. huc à te citandus non erat: quippe in quo tu ipse tropum (45) aliàs agnoscis, latentem in verbo *Eligendi*. At nobis hîc sermo est de *Electio*, non tropicè, sed propriè dicta: hoc est, non de decreto eligendi, quod ultrò fateor ante secula factum esse: sed de actuali Electione, quæ re ipsa fit in tempore: quæque (46) proinde fidem non præcedit, sed ordine naturæ sequitur: quatenus actualem fideliū adoptionem, seu realem è mundo selectionem, propriè (47) declarat: prout hæctenus, per inductionem locorum Scripturæ, abundè (48) probatum esse credo.

SECTIO CXIX.

An, & quatenus, Electi interdum filii iræ, & contumaciæ, dici possint.

P Ag. eadem sub finem. Atque hinc est, quòd ante conversionem pii etiam dicuntur fuisse filii iræ, Ephes. 2. quippe filii contumaciæ, Ephes. 5.

NOTA PISCATORIS.

Hîc rursus confunduntur 1. diversa. Nam *filii iræ* dicuntur, qui rei sunt iræ Dei, propter peccatum: etiam si nunquam fuerint contumaces. Qua ratione etiam *infantes* filii iræ sunt. Atque ita reatus ille communis est *Electis*, & *Reprobis*. At *filii contumaciæ* 2. à Paulo nominantur *Reprobi*, in quos ira Dei venit, eò quòd sanam doctrinam non admittunt, sicut percipitur è peristasi textus.

RESPON-

RESPONSIO VORSTII.

1. Nulla hinc vera est diversorum confusio, si modò verba mea candidè accipiantur, uti par est. Equidem lubens agnosco, non omnes, iræ divinæ quocunq; modo reos, statim esse contumaces, & doctrinæ Evangelicæ rebelles. Atq; hoc generali sensu diversitatem inter hæc duo loca esse confiteor. At si unà mecum præsupponas, (quod etiam ex S. Textu constare potest) Apostolum priore loco non propriè de communi illo reatu loqui, qui etiam ad ipsos (1) infantes pertineat: sed de eo tantum, quo soli adulti, ob propria & actualia sua peccata, constricti tenentur, (inter quæ saltem (2) nonnulla sunt, ab animo contumaci profecta) tum aut nihil, aut parum, hinc interesse statim animadvertes. Sufficit autem mihi, te ipsum hinc fateri, etiam Electos ante conversionem re ipsa esse filios iræ. Unde id, quod contra Hieron. Zanchium istuc præcipuè disputo, non difficulter obtineri (3) potest: Nempe Electos etiam, per anticipationem quandam sic dictos, odio Dei aliquatenus interdum obnoxios esse: puta quatenus, & quamdiu, peccatis indulgent. Nam tales Deus odisse dicitur (4) Psal. 5. & (5) II. &c. Electos naturâ esse filios iræ: id est, reos ira Dei propter peccatum. nam fieri potest ut iudex reum non oderit. Et certè Deus electos, quantumvis odio dignos propter peccatum, tamen nunquam odit: quia decrevit eis peccatum remittere, atq; etiam remittit. 4. 5) Loca ista loquuntur de reprobis: ut planum est è peristasi textus. Ergo malè accommodantur ad electos.

2. In posteriore quoque loco fateor Apostolum loqui de reprobis: sed non iis, quos tu speciatim intelligere soles: qui videlicet absolutè ad æternum exitium, & proinde similiter ad ipsum peccatum, à Deo jam olim prædestinati sint, (quales certè, meo aliorumq; iudicio, in rerum natura (6) nulli sunt, nulli fuerunt, nulli erunt) sed de actu improbis, & Evangelio refragantibus: quorum (7) aliqui saltem, vel tandem à Deo sic efficaciter convertuntur, ut re ipsa credant, & salvi fiant. Quod cum fit, tum certè ex actu reprobis, actu Electi fiunt: hoc est, (8) ex Dei inimicis, ejusdem amici; ex filiis iræ, filii gratiæ; ex filiis tenebrarum, filii lucis; ex alienis, seu peregrinis, sanctorum concives, & Dei domestici; ex non dilectis, dilecti &c. Ephes. 2. & 5. Rom. 5. & 9. &c. Nam has quidem posteriores mutationes, ad unam omnes, durante hoc seculo, in (9) hominibus sæpe fieri, nunquam opinor negabis. (10) Cur igitur illam quoque primam fieri non posse credas, causam profectò nullam adhuc video. Saltem non solos reprobos, ita κατ' ἐξοχῆν dictos, (hoc est, in peccatis perseverantes, ac tandem merito suo pereuntes) sed quosdam etiam Electos, (per anticipationem quandam, quoad fidem postea sequentem, & perseverantiam finalem, sic dictos) ante conversionem suam verè contumaces, ideoq; ipsi Deo aliquatenus tunc exosos esse, non uno S. Scri-

NOTÆ PISCATORIS.

1) Quid igitur sibi vult additum vocabulum φρονι, naturâ? Erasmus, inquit, filii iræ naturâ. Quid hoc aliud est, quam inde à natiuitate atq; infantia?

2) Ergo fateris, non equipollere illa, vel certè non esse inter se consequentia, Filii iræ & Filii contumaciæ.

3) Sive obtineas, sive non obtineas: istud nihil pertinet ad meam notam. Sed puto tamen, te non obtenturum. Zanchius ait, Electos nunquam esse Deo exosos. Cum hac sententia non pugnat, si dicatur, Electos

6) At ego contrarium suis locis demonstravi.

7) Imò Apostolus ibi loquitur de talibus improbis in quos venit ira Dei: sicut ibidem expressè dicitur. Tales autem nunquam à Deo efficaciter convertuntur &c.

8) Inanis hinc garritus est: quia nititur falsâ hypothese.

9) At non in reprobis.

10) Quia illa fictitia est: quippe pugnans cum immutabilitate decretorum Dei.

- 11) Hoc concessō, illud tamē
manet, te confundere di-
versa, dum filios contu-
maciæ, Ephes. 5. & filios
iræ, Ephes. 2. pro unis eis-
demq; proponis. nam certè
infantes sunt filii iræ, id est,
rei iræ Dei propter peccatū:
in quos tamen contumacia
non cadit.
- 12) Id est, odio digni. At
non cōtinuè exoli, qua vo-
ce hic utitur Zanchius.
- 13) At operarii iniquitatis
in scriptura dicuntur qui
toti dediti sunt patrandis
sceleribus: non autem qui
simpliciter committunt
peccatum.
- pturæ loco probari (11) potest. Nam Rom. 5. dicuntur *ex inimicis amici Dei facti*. Et cap. 9. *ex non dilectis dilecti &c.* Similiter Ephes. 2. v. 2. & seqq. dicuntur *etiam ii, qui postea per Christum vivificati fuerunt, inter contumaces fuisse, sive unà cum istis in variis peccatis ambulasse &c.* Et Tit. 3. v. 3. dicuntur *iidem olim amentes, immorigeri, & (12) odiosi fuisse &c.* Deniq; generale Spiritus S. axioma est Psal. 5. *Odisti omnes operantes iniquitatem &c.* Quis autem nescit, etiam inter eos, qui sic tandem convertuntur, ut re ipsa salvi fiant, multos interdum esse, qui aliquamdiu veram iniquitatem operentur? præsertim quum Apostolus 1. Corinth. 6. v. 9. & seqq. clarè testetur, eorum nonnullos, qui postea per Christum *abluti, & justificati fuerunt, antea non modò idololatrias, sed & partim scortatores, adulteros, molles, pedicōnes, fures, ebriosos, convitiatores &c.* revera fuisse. Quod certè plus etiam est, quàm (13) simpliciter iniquitatem operari. Ita ut tutò concludere nobis liceat, Electos improprie dictos, h. e. nondum renatos, sive acceptos ante fidem & conversionem, non minùs quàm reprobos, iræ atque odio Dei, ob peccata sua, verè obnoxios esse: nec antè proprie ac re ipsa electos, aut Deo in Christo dilectos esse, quàm verè à peccatis resipiscant, & in Christum credant: deniq; aliquos saltem eorum ad tempus etiam contumaces, ac refractarios esse solere. Cogitabis igitur amplius.

SECTIO CXX. & CXXI. & CXXII.

Iterum de dolore, seu tristitia, deq; mutatione, ac metu Dei &c.

Pag. 448. dicit, Deum infligere pœnam *aliquatenus invitum*: h. e. cum quadam animi tristitia.

Et pag. 449. dicit: Genes. 6. doluit Deus de insperata hominum malitia. Sic pag. 450. lin. 2.

NOTA PISCATORIS.

Quæ dicuntur hîc per *ἀνθρωποπάθειαν*, i. accipit tanquam dicta proprie. Si enim Deus invitus aliquid faceret, sequeretur, non esse omnipotentem.

De mutatione propositi divini &c.

Pag. 451. lin. linq̄enda, de Deo loquens ait, *Videtur à proposito suo recessisse &c.*

NOTA PISCATORIS.

Si Deus à proposito suo 2. recedit, sequitur eum non esse perfecte sapientem, item non esse omnipotentem.

De metu

De metu, & suspitione Dei &c.

Ibid. sub finem: Deus suo modo aliquando metuit, h. e. meritò suspicatur, & prudenter conjicit &c.

NOTA PISCATORIS.

Hæc pugnant cum 3. omniscientia, & perfecta sapientia Dei.

RESPONSIO VORSTII.

I. In omnibus hisce censuris tuis video tropos quosdam, & figuras emphaticas, à me satis alioqui expressas, quasi datâ operâ tenebris involvi; aut saltem per incogitantiam omitti, ac quoquo modo dissimulari. Nam si phrasæ meæ candidè ubiq; accipiantur: & præsertim si tota verborum meorum *σωεῖχα* diligenter hîc attendatur: nihil hisce censuris opus fuisse, quilibet animadvertet. Primò enim non nego, *dolorem*, seu *tristitiam*, Deo per *ἀνθρωποπάθειαν* in Scripturis attribui: Gen. 6. Esa. 63. &c. Quin contra potius id ipsum, & hîc, & alibi, non obscurè affirmo: dum omnem omnino humanam infirmitatem, imperfectionem, ac defectiōnem, ab hisce, aliisq; (1) Dei affectibus, penitus segregandum esse doceo. Similiter neq; Deum verè ac propriè *invitum* aliquid facere dico: sed *aliquatenus* invitum, hoc est, (2) illibenter, ac cunctanter &c. ipsum punire, tantùm assero. Nempe, per illud adverbium, *aliquatenus*, explicare non nihil volens ea Scripturæ loca, quæ Deum *nec citò, nec diu* (3) *irasci*; item (4) *non libenter*, sive (5) *non ex animo*, homines punire; sed in puniendo velut (6) *alienum opus facere* &c. disertè testantur. Psal. 30. Thren. 3. Esa. 28. Quod enim ita facimus, ut non propenso, sed velut averso, & illubente animo faciamus, (sive ita, ut libentiùs ommitteremus, quàm faceremus) id sanè *aliquatenus* inviti facere (7) censemur. Quum igitur Deus, pro summa sua bonitate, ac *φιλανθρωπία*, libentiùs parcat, quàm puniat, (quippe *tardus ad* (8) *iram*; *multus autem* (9) *misericiordiâ*, & *facile super malo* (10) *pœnitens* &c. Exod. 34. Psal. 86. Jon. 4. &c.) certè non adeò absurdum videri debet, si & ipse *quodammodo* invitus, item cum quadam animi aversione, immò tristitiâ, (sed divina, *θεοπρεπώς* accepta, & (11) *impropriè dicta*) homines punire ac perdere dicatur. Itaq; jam nihil hîc apparet, quod cū vera Dei omnipotentia vel tantillum pugnet: nisi quis ipsam Dei *φιλανθρωπία*, quæque hinc fluit (12) *illibentem ingratamq;* per se hominum punitionem, cum vera Dei omnipotentia pugnare statuatur: aut figuratè ac *κατὰ π* dicta, contra mentem meam, propriè simpliciterq; accipiat.

2. Deinde non dico, Deum à proposito suo verè recessisse; præsertim ab integro proposito, & rectè ex mente ipsius Dei accepto. Sed (13) *videri* eum recessisse, duntaxat affirmo: idque propterea, ut (14) *loca*

NOTÆ PISCATORIS.

1) *Petitio principii.*

2, 3, 4, 5) *At hæc ipsa impropriè & per ἀνθρωποπάθειαν de Deo dicuntur.*

6) *Alienum opus Esa. 28. v. 21. non intelligitur opus alienum à natura Dei: natura enim Dei justa pœnā postulat: sed intelligitur opus terribile.*

7) *Sanè nos homines: sed istud non competit in naturam Dei: quia pugnat cum ejus omnipotentia.*

8, 9, 10) *Omnia ista per ἀνθρωποπάθειαν de Deo dicuntur.*

11) *Hoc ipsum est, quod volo.*

12) *Falsa hypothesis.*

13) *Sed cui videtur? Nonne tibi? Istud certè vox videtur ex communi loquendi usu innuit.*

14) *Sed iste tuus scopus non probat, tibi rectè videri, quòd Deus à proposito suo recesserit.*

ibidem citata, de efficaci *Mosis* intercessione, *Exod.* 32. *Num.* 14. & 16. &c. (per quam ira Dei, licet gravissima, sæpius sedata fuit) tantò plenius explicarem. Narrat enim S. historia, Deum non uno tempore *Mosi* inter alia dixisse, velle se populum *Israëlis*, quippe toties rebellem, subitò dele- re &c. Quod tamen per intercessionem *Mosis* aliquoties impeditum fuit. (15) Quis autem simpliciter negare aufit, id verè propositum Deo fuisse, quod ipse jamjam facere se velle clarè testabatur? Et tamen quum hoc ipsum minimè factum fuerit, annon aliquo modo dicere licebit, Deum ab illo proposito suo, non quidem verè recessisse, sed (16) *videri* tamen recessisse? Confer similia loca de *Eli*, *Saule*, *Achabo*, *Ezechia*, *Ninevitis*, &c. sæpius alibi citata. Porrò, cur ista potius, quàm illa phrasis, hïc usurpanda sit, saltem cur aptius ista usurpari possit, inter alias hæc ratio est: quòd propositum illud Dei, integrè pieneque acceptum, revera (17) conditionatum fuit, (licet conditionem ipsam Deus non expresse- rit) eoq; nec verè tunc in sese mutatum: quamvis altera ejusdem pars, per se seorsim accepta, nempe sententia illa comminatoria, minimè tunc impleta fuerit: atq; hoc sensu ipsum quoque propositum tunc immuta- tum fuisse *videri* (18) possit. Quare neque hïc quidquam occurrit, quod vel sapientiæ, vel omnipotentia Dei, ullo modo revera contrarium sit.

3. Quod præterea de metu Dei affertur, in eo quoque *Emphasis* illa limitativa perperam præteritur, quæ in meis illis verbis, (19) *suo modo*, satis exprimitur. Absit enim, ut Deum humano modo, seu nostro more, aut metuere, aut suspicari &c. hïc asseram. At (20) suo tamen, h. e. divino mo- do, hæc ipsum facere, quis præcisè negaverit? qui quidem S. Scripturæ, hoc est, Deo ipsi, fidem habere velit? Ipse enim Deus, loco *Deut.* 32. hïc citato, se aliquid (21) *metuere*, seu *vereri*, apertè dicit: nempe hostium fe- rociam, ex populi dissipatione orituram &c. Idemq; alibi quasi (22) du- bitanter, aut (23) conjecturaliter, de quibusdam eventis loquitur: *fortas- se hoc, vel illud futurum esse &c.* *Ezech.* 12. &c. Hoc igitur aliquo (24) modo verum esse oportet: nempe, non humano, aut creaturarum proprio; sed planè divino modo, seu naturæ divinæ congruo: eoq; ab omni vera in- firmitate penitus segregato. Itaque difertè hïc statim adjeci, *Deum non sic metuere, ut propriè formidet, aut trepidet, aut vires cujusquam expavescat &c.* Denique eatenus tantùm, & eodem sensu, *metum* Deo tribuendum esse, ibidem dixi: quatenus, & quo sensu, (25) *spes* eidem in Scriptura tribui solet: puta, sine ulla, vel minimâ, veræ imbecillitatis, aut imperfectionis, sive humanæ, sive cujuscunque alterius, admixtione. Porrò quia *suspicio*, & *conjectura*, de malo eventu alicujus actionis, sive nostræ, sive alienæ &c. ad naturam *metus*, in genere accepti, omnino pertinere videbatur: idcir- co (26) ad

15) Is qui in sacris literis ob- servavit, Deum cum san- ctis egisse & loquutum esse more humano.

16) Nempe primo intuitu. qua tamen opinio revera falsa est.

17) Falsum est, propositum Dei fuisse conditionatum. Interim non nega vero, de nuntiationem istam delati- onis populi cõjunctam fuis- se cum tacita hac conditio- ne, Nisi Moses intercederet.

18) Jam rectè loqueris, Vi- deri possit. At alium sen- sum habet, quum antea di- xisti, Videtur.

19. 20) Falsa hypothesis: quasi metus in Deum ca- dat ullo modo. Ita dicunt Ubiquitarii, Corpus Chri- sti ubiq; esse suo modo. quñ tamen ubiquitas nullo mo- do in corpus Christi cadat: quippe evertens naturam illius.

21. 22. 23) At per ἀσθενο- πείθειν.

24) Nempe aliquo modo lo- quendi.

25) At spes tribuitur Deo per ἀσθενοπείθειν.

co (26) ad illum pleniùs declarandum, hujus etiam utriusq; mentionem obiter inferui: sed talem ut satis ex re ipsa liqueat, illud emphaticum ad- ditamentum, (27) *suo modo*, etiam hîc *ἐπὶ τοῖς* repetendum esse. Verus igitur sensus est: Deum non nostro, sed (28) *suo modo*, (h. e. sine omni im- perfectione, ac planè *ἀξιοπρεπῶς*) mala eventa, quatenus ipse ea per se contingentia, seu respectu causarum suarum libera, esse voluit, inter- dum metuere, seu vereri: de quæ iisdem, ut talibus, eodem illo divino *suo modo* suspicari, ac prudenter conjicere &c. Tropus igitur hîc à me non excluditur; sed potiùs includitur, & pro occasione ubique urgetur: nec proinde quidquam, quod vel omniscientiæ, vel perfectæ sapientiæ Dei, reverâ repugnet, jure mihi exprobrari hîc potest. Quod si tamen justis (29) argumentis aliud efficere te posse putas, ea certè per hanc occasio- nem aliàs à te proferri velim: ut tota hæc materia pleniùs deinceps ad Dei gloriam illustretur. Interea certò statuere te velim, animo saltem & affectu alienissimum me esse ab iis sententiis, quæ Deo vel minimam infirmitatem, aut defectum propriè dictum, attribuunt: ac speciatim quæ vel potentiam, vel sapientiam ejus, ulla ratione labefactant.

26) Hic tuus scopus nõ ha- bet vim probandi tuam sententiam.

27.28) Vide num. 19, 20.

29) Argumentum unicum hic sufficit: nempe quòd metus, spes, suspicio, conje- ctura, res aliena sunt à na- tura Dei omnipotentis & omniscia.

SECTIO CX XIII.

Iterum de vasis iræ, seu Reprobis: de q; genuina sententia insignis loci Rom. 9. v. 22. &c.

P Ag. 455. lin. 6. de impœnitentibus loquens, dicit: Illi verò, quatenus, & quamdiu tales sunt, iræ Dei continuò subjecti sunt. Unde & *vasa iræ, apparatus ad interitum*, emphaticè appellantur Rom. 9.

NOTA PISCATORIS.

Falsum 1. est, Rom. 9. per *vasa iræ* intelligi impœnitentes quoslibet. Intelliguntur enim propriè Reprobi: qui dicuntur *vasa iræ*, non quia 2. continuò subjecti sunt iræ, quamdiu impœnitentes sunt: sed quia ap- parati 3. sunt ad interitum, ut Apostolus ipse declarat: hoc est, quia præ- destinati sunt ad hoc, ut Deus iram suam, post hanc vitam, in eos in æ- ternum exferat.

RESPONSIO VORSTII.

I. Non sufficit, te simpliciter dicere, (in his præsertim tam gravibus, sanctisq; controversiis) *Hoc falsum est, Hoc verum est &c.* Sed rationes di- ctis simul (1) addendæ sunt. Scis enim ipse, (2) ad dogma aliquod con- dd 2 postulas) addo nunc alteram, ex verbis immediatè præcedentibus. desumptam, nempe quia vult in illis ostendere iram, & notam facere potentiam suam, ibid. Addo & tertiam ex vi antithesis depromptam: quia scil. *vasa misericordis propterea vocat, quia preparavit ea ad gloriam, & ut notas faceret divitias gloriæ suæ erga illa, ibid. v. 23.* 2) Non opus fuit hac admonitione & declamatione,

NOTÆ PISCATORIS.

1) *Aperi oculos: & videbis, me rationem mei dicti ad- didisse, ubi dixi, Apostolum ipsum declarare, cur appel- laverit vasa iræ: quia scil. apparatus sunt ad interitum, v. 22. Huic rationi (quan- doquidem rationes plures*

addidit, ut ostendat, quod non vult in illis ostendere iram, & notam facere potentiam suam, ibid. v. 23. 2) Non opus fuit hac admonitione & declamatione,

3) *Aperi igitur aures ad ea qua modo dixi: & audies qua à me postulas.*

4) *Attuli tum antea in nota illa mea: tum nunc in nota presente ad n.1.*

5) *Imò vasa ira à Paulo nominantur, non quatenus impœnitentes & increduli sunt, sed quatenus à Deo creati sunt ad hoc ut Deus iram suam in illis exerceat.*

6) *Imò antequàm tales evadant: quippe jam inde à creatione ipsorum.*

7) *De hoc non est questio: sed questio est, an hoc respectu ita appellentur à Paulo Rom.9.v.22.*

8) *Non evincitur: quia appellationes quas hic congeris, diversum sensum habent.*

9) *Hoc nimirum, quòd nihil illorum idè valet quòd Creatum esse ad iram.*

10) *Hic prorsus aberras à questione. Neq; enim ego negavi, impœnitentes continuo subjectos esse ira Dei: sed negavi, hoc respectu à Paulo dici vasa ira.*

11) *Nego consequentiam: quia connexum nititur falsa hypothese, quasi scilicet impœnitentes illi qui suo tempore resipiscunt, fuerint*

vasa ira quamdiu manserunt impœnitentes. Hac hypothese committitur petitio principii. Et certè si ex vasis ira fierent vasa misericordia: fatendum esset, Deum excidere suo sine: quippe qui illos ad iram creavit. Unde porrò sequeretur, Deum non esse omnipotentem.

12) *Nempe quia reclamante conscientia id non audes.*

13) *Ineptè (ne dicam perversè) facis quòd mihi concedis id quòd nunquam affirmavi, imò cuius diversum affirmavi.*

scientiæ persuadendum, non satis esse, illud à te, aut quoquam alio Doctore, nudè vel affirmari, vel negari, nisi rebus necessariis id ipsum verum esse ostendatis. Regula enim fidei, est solum Dei Verbum: unde solidè probandum nobis est, quidquid fortè in hoc genere vel affirmamus, vel negamus. Audivi quidem hîc expositiones tuas, de *reprobis*, de *que vasis ira* &c. Sed solidas illarum rationes nondum (3) audio: quas tamen hîc audire potius velim, quàm expositiones ipsas. Illas igitur æquum est ut in posterum (4) afferas, si quas habes: aut melioribus aliorum rationibus humiliter ac libenter cedas. Certè quoslibet actu impœnitentes, & incredulos, (puta positivè sic dictos: hoc est, resipiscere ac credere nolentes, licet per Dei gratiam facere id possint: sive jam aliquatenus per verbum gratiæ vocatos, & aliquà Dei cognitione præditos: securè tamen in peccatis & infidelitate sua pergentes) hos omnes, inquam, (5) quatenus & (6) quamdiu tales sunt, *vasa ira Dei* (7) non malè appellari, ex omnibus iis Scripturæ locis abundè (8) evincitur, in quibus omnes in universum impii, sive impœnitentes, & increduli, (quatenus scilicet, & quamdiu tales sunt) non modò *filiu ira*, & *contumacia*, sed & *inimici Dei*, *Deiq; expertes* &c. apertè appellantur: Ephes.2. & 4. & 5. &c. Item, in quibus iidem Deo placere non posse, sed *ira* & odio ejusdem subjacere; siq; ita perrexerint, *iram* & *furorem ejusdem sibi thesaurizare* &c. dicuntur. Rom.2. & 5. & 8. Psal.5. & 11. &c. Johan.3. &c. Quod totum quid, quæso, (9) aliud est, aut esse potest, quàm esse *vasa ira*? scilicet ejusmodi *vasa*, in quæ Deus iram suam effundat? sive quæ condignis suppliciis à Deo subinde afficiantur? quæque tandem, nisi re ipsa in tempore mutantur, in æternam damnationem abjicienda sint?

2. Neque hîc refert, (10) quòd non omnes isti perpetuò in hac vita pœnas sensibiles experiantur; seu non *continuo* re ipsa puniantur, etiam quamdiu tales sunt. Satis enim est, iram & indignationem Dei continuo super hos omnes manere; & saltem subinde re ipsa suos effectus exserere: licet interea Deus suam patientiam diu multumq; admisceat &c. Multò minùs obstat, quòd non omnes, qui tales aliquamdiu fuerunt, *æternam* Dei iram olim experientur. Id enim propterea fiet, quia ipsi in tempore gratiæ resipuerunt: atq; (11) ita ex vasis iræ, quibus omnino pereundum fuisset, si talia mansissent, tandem vasa misericordiæ facti fuerunt.

Hac hypothese committitur petitio principii. Et certè si ex vasis ira fierent vasa misericordia: fatendum esset, Deum excidere suo sine: quippe qui illos ad iram creavit. Unde porrò sequeretur, Deum non esse omnipotentem.

3. Porrò quamvis de genuino hujus tituli sensu in loco Rom.9. v.22. &c. nimium pugnare tecum (12) nolim; adeoque non illibenter tibi (13) concedam, hîc singularia quædam *ira vasa*, κατ' ἐξοχήν ita dicta, h. e. reprobos

reprobos jam induratos, & ad finem usque impœnitentes, ab Apostolo describi: non possum tamen (14) cæteras hujus loci expositiones tuas (15) simpliciter admittere. Erras enim, meo judicio, dum aliquos verè impœnitentes, suprâ descriptos, è censu *reproborum* (τῶν ἀδοκίμων) simpliciter (16) eximis: quum juxta Scripturæ stilum, 1. Corinth. 9. 2. Cor. 13. Tit. 1. &c. omnes ejusmodi impœnitentes, quatenus & quamdiu tales sunt, hoc nomine intelligendi veniant. Similiter erras, dum reprobos iræ Dei *continuo* subjectos esse, generaliter & indistinctè (17) negas: quum tamen, juxta dictum Christi, *super omnes incredulos* (utpote verè filios iræ, & malum operantes &c.) *ira Dei maneat*, Johan. 3. v. 36. Ephes. 2. Rom. 2. &c. hoc est, continuo requiescat. Adhæc erras, dum *per vasa iræ, ad interitum apparatus*, ullos alios, quàm impœnitentes, & incredulos, sæpe jam dictos, ad Apostolo (18) intelligi significas: quum vel sola istorum hominum descriptio, ab Apostolo ibid. passim allata, cap. 9. v. 31. & 10. v. 16. & 11. v. 7. &c. (ne de (19) antithesi Electorum, hoc est, verè piorum, ac credentium, quidquam nunc dicam) contrarium perspicuè (20) demonstrat. Deniq; omnium gravissimè in eo erras, quòd *apparationem* istam *Reproborum ad interitum*, interpretaris esse divinam istorum (21) prædestinationem (absolutam, scil. & causas omnes antegredientem: qualem tu haud dubiè accipis) ad æternum exitium; immò ad hoc, ut Deus iram suam æternam in ipsos exserat. Sic enim innuis, reprobos istos (22) non se ipsos efficere vasa iræ, peccatis scil. iram Dei, & præsertim futuram illam, sibi attrahendo, (uti Scriptura passim (23) docet, Rom. 2. Eph. 5. &c.) sed contrà ad utramq; miseriam, puta tum ad æternū supplicium, peccatis ipsorum debitum, tum etiã ad causam hujus supplicii, puta ipsum peccatum, (hoc enim solū istius supplicii, sive iræ divinæ, causa est) absolutè jam olim, citraq; omnem suam culpam, & quidem efficaciter, & inevitabiliter, à Deo prædestinatos esse &c. Quæ opinio tua sanè plusquã (24) falsa & (25) erronea, eoq; prorsus (26) abjicienda est: ut quæ non modò Reprobos ab omni vera culpa coram Deo (27) absolvat: sed & generatim in omnibus hominibus serium pietatis studium (28) enervet: & deniq; ipsi Deo permulta absurda, præsertim variam iniquitatem, tyrannidem, & hypocrisin, re ipsa (29) tribuat: prout hæc omnia non semel antehac (30) demonstravi.

Et hætenus fuerunt Notæ tuæ ad Excerpta ex libro meo de Deo. Sequuntur deinceps aliæ, ad Excerpta quædam ex mea *Exegesi Apologetica*.

dd 3

cet, homines se ipsos facere vasa iræ. Neq; istud inferri potest ex eo, quòd peccatis iram sibi attrahunt. 24. 25. 26) Nego. 27. 28. 29) Nego, quicquam istorum ex sententia mea sequi. 30) Judicet lector.

14) Quasnam? Ego non nisi unam hic attuli.

15) Cautela Vorstiana. Ergo admittis eas secundum quid. Attamen non declaras, quatenus illas (quas dicis) expositiones meas admittas. Imò totus in eo es, ut erroneas illas esse ostendas: quippe singularum examini verbum istud ERRAS præmittens.

16) Nego. Nec tu id probas ex verbis meis. Et qui probares: quum hoc in nota mea nusquam dicatur?

17) Etiam istud falsò mihi tribuis.

18) Ego verò hic non erro: quia ex peristasi textus clarè perspicitur, vasa iræ ab Apostolo non appellari respectu impœnitentiæ, sed respectu creationis. Unde intelligitur, hoc nomine contineri etiam eos in quos impœnitentiæ nondum cedit: qualis erat Esau, dum adhuc utero materno inclusus esset, Rom. 9. v. 11.

19) Imò antithesis illius loci expositionem meam confirmat: sicut ostendi ad n. 1.

20) Age igitur fac syllogismum demonstrativum ex locis allegatis.

21) Apostolus dicit, vasa iræ apparatus (id est, creata) esse ad interitum. Hinc necessario sequitur, vasa illa ad eundem interitum à Deo esse prædestinata.

22) Et certè vasa non se ipsa faciunt, sed figulus.

23) Scriptura nusquam do-

S E C T I O C X X I V .

An homo ad fidem convertatur per vim Dei simpliciter irresistibilem.

P Ag. 106. §. Illud. negat, in conversione à Deo afferri homini vim quamdam simpliciter 1. irresistibilem.

N O T A P I S C A T O R I S .

Si in conversione homo Deo operanti resistere, 2. & operationem illius impedire potest: sequitur, Deum 3. non esse omnipotentem, & hominem Deo esse potentiorum.

R E S P O N S I O V O R S T I I .

N O T A P I S C A T O R I S .

1. 2) Si homo à Deo convertitur efficaciter: certè homini à Deo in conversione affertur vis irresistibilis. Qui enim fieri potest ut homo resistat Deo efficaciter operanti? Ergo manifestam hic contradictionem ponis.

3) Quasi verò contradictio possit haberi pro recta & regia via!

4) At ubi hanc viam præscribit verbum Dei?

5) At recta rationis amussis nulli contradictioni quadrat.

6) At etsi homo per naturam & vi liberi arbitrii posset Deo operanti resistere: tamen quum Deus efficaciter operatur, resistere jam non potest: quia Deus efficaciter flectit ejus voluntatem.

I. Nescio sanè, quid veriùs, simulq; moderatiùs, in hoc negotio à me dici potuerit, quàm quod disertis verbis hìc dixi: nempe, hominem à Deo quidem ad fidem & pietatem (1) efficaciter converti, (idq; ex pura, & prorsus indebita, Dei gratia: immò etiam vi solius divinæ gratiæ &c. prout in loco citato, & passim alibi, satis superq; declaro) (2) non tamen ita, ut vis quædam illi simpliciter irresistibilis à Deo afferatur &c. Hæc enim sententia verè τὴν μέσων τέμνει, quod ajunt, h. e. medium tenet i trinq; reductum: quia (3) rectam & regiam viam inter utrumq; præcipitium (puta tum Pelagianum, seu Pharisaicum, tum Manichaicum, seu Stoicum potius, ac verè fanaticum, conversionis modum) juxta verbi divini (4) præscriptum, (5) rectaq; rationis amussim, breviter ob oculos proponit: atque ita gratiæ divinæ necessitatem, summamq; dignitatem, & efficacitatem, in toto conversionis negotio, ex una parte sufficienter nobis explicat; ut simul ex altera parte (6) naturalem hominis libertatem (à gratia Dei non destruendam, sed perficiendam) unà cum æquissima sapientissimaq; mediocum & graduum τὰ ἕξ, divinitus olim hìc instituta, prorsus illaeram conservet. Quo ipso & totam salvificæ conversionis gloriam Deo in solidum transcribit: & omnem negligentia, ac contumaciæ, sive impœnitentiæ, culpam soli homini (quippe à sufficiente Dei gratia jam prævento) justè imputat: eademq; operâ hortationum, suasionum, reprehensionum, exprobrationum &c. totius deniq; S. ministerii, ac publici, privatiq; in Religione studii, usum & efficaciam magnificè commendat: contraq; omnes diffidentia, ac desperationis, item socordia, securitatis, ac præsumptionis irreligiôsæ, nervos incidit: deniq; uno verbo, virtutes per se inserit, & vitia extirpat; atque ita non modò Dei gloriam, sed & publicum generis humani bonum, tum præsens, tum futurum,

futurum, valde promovet. Quæ omnia (si verum ingenuè dicendum est) in opposita sententia, quam tibi placere video, planè (7) contrà se habēt. Hæc enim 1. ipsam Dei gratiam, quam videri vult maximè amplificare, non leviter (8) obscurat: dum vim (9) prorsus irresistibilem, à genio illius alienam, eidem invitæ attribuit, aut potius pro eadē substituit. 2. Naturalem arbitrii nostri libertatem tantum non funditus (10) evertit: dum potentiam bono resistendi, & quidem in actione interna, & merè voluntaria, eidem (11) adimit. 3. Conversionis verum ordinem, & modum, seu potius rationem formalem, non parum (12) deformat: dum eam ex voluntaria, sive libera, & evitabili, re ipsa involuntariam, seu potius inevitabilem, & quasi violentam, re ipsa (13) efficit. 4. Immò Deum aliquatenus impœnitentiæ causam esse (14) affirmat: (15) dum tacitè insinuat, eum non pœnitentibus ne sufficiens quidem, ac necessarium, respiscendi auxilium largiri. 5. Saltem impœnitentes ipsos à vera impœnitentiæ culpa tantisper (16) absolvit, dum irresistibilem hanc Dei vim percipiant: (17) quippe sine qua nil nisi peccare illos posse docet. 6. Ad hæc usum piarum hortationum, suasionum &c. adeoque totius S. ministerii, admodum (18) extenuat; immò prorsus (19) enervat: (20) dum ista omnia, sine occulta illa & irresistibili vi divina, per se nihil ad conversionem facere contendit. 7. Unde porrò studium, ac serium conatum respiscendi, pieque vivendi, vehementer in hominibus † debilitat: sed alios quidem carnaliter securos, alios verò desperabundos, re ipsa (21) efficit: (22) quum nemo prudens de impossibilibus admodum sollicitus sit. 8. Præterea expressio Dei Verbo satis apertè (23) contradicit: quippe palàm testanti, Deum multorum pœnitentiam seriò (24) expetere, optare, exspectare &c. Esa. 5. & 48. &c. Matth. 21. & 23. ipsisq; auxilium huic rei sufficiens (25) donare, qui tamen gratiæ resistendo, effectum ejus salutarem impediunt. Luc. 7. Actor. 7. & 13. &c. 9. Denique ipsi conscientiæ, adeoque sanæ rationi, & sensui communi, (ne de generali Ecclesiæ, præfertim antiquæ, consensu nunc dicam) perspicuè (26) repugnat: ut quæ rem aliter se habere, attentis & præjudicio vacuis, facile persuadeant. *quod inevitabile est.* 14) Nego. 15) Nego consequentiam. quia Deus homini non est obstrictus ad auxilium tale ei largiendum. 16) Nego. 17) Nego consequentiam, propter causam modò dictam. 18. 19) Nego. 20) Nego consequentiam propter illam ipsam causam. † Nego: quia hæc sententia nititur falsâ hypothesi, quasi scil. homo ante conversionem tali studio atq; conatu præditus sit, aut esse possit. 21) Nego. 22) Nego consequentiam. 23) Nego. 24) Hæc dicuntur de Deo per ἀνθρώπου πόνον. 25) Istud verò verbum Dei nusquam testatur. Nec tu illud ex locis allegatis deducis: immò ne versiculos quidem indicas: ut certò constare possit, ubi istam sententiam tradi putes. 26) Nego. quia recta ratio dicit, agens infirmius agenti potentiori resistere non posse.

2. Jam verò absurda, quæ mihi objicis, nihil sunt. Nam neutrum verè sequitur: sed potius utrumq; contrarium. Et ratio est, (27) quia resistentia

Deum hominem conversurus, ei permittat illam resistentiam, quam à natura exercere possit.

7) Nego.

8) Nego.

9) Imò non prorsus: sed tantum respectu efficacis operationis Dei.

10) Nego.

11) Imò nō adimit ei potentiam naturalem resistendi bono: sed adimit ei potentiam illius usum atq; efficaciam contra efficaciam operantis Dei, seu contra efficacem operationem Dei. Tempore Abasi, regis Judæ, Reisin rex Syria, & Pekah rex Israël, habebant potentiam naturalem debellandi Hierosolymam: quod vel ex metu tum Abasi tum populi planum evadit: & tamen non potuerunt debellare eam, 2. Reg. 16. v. 5. Esa. 7. v. 1. Cur? Nempe quia Deus decreverat urbem potentia sua defendere, cui illi resistere non poterant.

12. 13) Nego. quia etsi voluntas humana voluntati Dei in conversione efficaciter operantis resistere non potest: tamen dum convertitur, non agit involuntariè, nec rapitur violenter: sed ex nolente redditur volens. Nec verò continuo violentum dicendum est,

27) Petitio principii. de hoc ipso quaritur, atq;

hominis irrogeniti non fit Deo prorsus invito, aut per absolutam potentiam resistente, sive efficaciter contra pugnante: sed liberè illam fieri permittente, & possibilitatem hanc jam olim ita ordinante. Non igitur opponitur ipsa resistantia hominis, à Deo ita permiffa, absolutæ Dei potentia: sed ethicæ, seu morali tantùm operationi Spiritus S. gratiosæ quidem, & (28) satis efficaci; sed quæ per liberam Dei voluntatem ad conditionem naturæ nostræ modificatur, h. e. divinitus ita temperatur, ut contumax peccator eidem (29) per se resistere possit, (30) si quidem omnino sic velit. (31) Itaque omnipotentia Dei per istam gratiæ resistibilitatem (ut sic loqui liceat) potiùs illustratur, quàm obscuratur. Hinc enim liquet, ad eò potentem, simul & sapientem, esse Deum, ut quasdam suarum actionum species ad naturam nostram, sive ad conditionem liberi arbitrii nostri, mirificè attemperare; hacque ratione (32) obedientiam, aut inobedientiam nostram, solertissimè explorare; deniq; viam quandam justæ (33) retributioni suæ, tum in præmiis, tum in pœnis erogandis, sapientissimè patefacere possit. Saltem impotentia Dei nulla in eo deprehendi potest, quod ipso (34) liberè permittente ac dirigente fit, quodque ipse ita fieri posse sciens prudens jam antè statuit: & quidem haud frustrà sic statuit, sed magni ac multiplicis boni causâ: sicut ex finali actionum nostrarum, etiam pessimarum, eventu tandem apparet.

28) Imò moralis operatio (qua nimirum posita est in suadendo & hortando) nō est satis efficax ad conversionem efficiendam: sed opus est interiore operatione Sp. S. videl. flexione voluntatis, quam Christus Joh. 6. tractum patris nominat.

29) Id est, naturâ suâ: si sibi ipse relinquatur. at in conversione, homo non relinquitur sibi, sed divinitus flectitur ad obsequium Deo præstandum.

30) Falsa hypothesis, quia quum Deus hominem vult convertere, & re ipsa convertit: tum homo non potest velle Deo resistere! 31) Ex falso falsum infero. 32) Quasi verò homo possit Deo obedientiam præstare vi liberi arbitrii sui! 33) Retributio illa nihilominus justa est, etiam si homo Deo in conversione resistere non possit: quia præmia tribuuntur conversis bona opera secundum Legem facientibus: pœna verò infligitur impænitentibus & legem Dei transgredientibus. 34) Petitio principii. Vide notas ad n. 27. & 30.

35) At de hoc est questio.

36) Quali? Externâne, an interna? Si intelligis externam: de ea hic non est questio. Si internam: certè illi resistere homo non potest.

37) Falsa hypothesis: quia conversio fit in momento. Quanquam etiam concessâ illâ hypothesis, obtinetur propositum. nam bonum opus quod Deus in homine incipit, etiam perficit, Philip. 1. v. 6.

38) Nempe gratia externa invitationis: at non gratia in: operationis efficacis Sp. S. de qua hic propriè sermo est. Ergo loca Scripturae allegata, nihil faciunt ad rem. 39) Nempe externè eos alloquenti per ecclesia doctores. (40) ver-

3. Declaratione tamen, fateor, hîc aliquâ opus est: ut phrasis ipsa, de resistibili gratia &c. tantò rectiùs intelligatur. Non enim sentimus, hominem peccatorem, (35) dum re ipsa jam planè convertitur, actu adhuc gratiæ divinæ resistere: aut simul sese convertere, & Deo rebellare posse. Quod sanè contradictorium foret: q. d. hominem simul ad Deum converti, & à Deo averti &c. Sed hoc tantùm volumus: hominem peccatorem à (36) tali operatione ac gratia Dei ordinariè præveniri, (h. e. illustrari, moveri, atque excitari &c.) cui ipse liberè deinceps, per ultroneum disensum, aut contemptum, verè obsistere queat: ita ut, dum conversio in ipso ex Dei parte (37) inchoatur, & procurari jam aliquatenus incipit, homo eidem ex sua parte obicem ponere, & quò minùs ipsa tota perficiatur, impedire possit: idque Deo ipso, juxta liberrimam ac sapientissimam ordinationem suam, ordinariè sic permittente. Atque hoc quidem sensu accipienda sunt illa, sæpius antè citata, semperq; in animo retinenda, sanè gravissima S. Scripturæ dicta, ubi quidam peccatores, jam à Deo vocati, & (38) aliqua gratia donati, tamen (39) Spiritui S. resistere, (40) ver-

(40) *verbumq;* gratia repudiare, & Deo (41) *vocanti respondere nolle; sed* (42) *voci ejus rebellare, adeoq;* (43) *consilium ejus adversus semetipsos irritum* *facere &c.* perspicuè dicuntur, Act. 7. & 13. & c. Prov. 1. Esa. 65. Ezech. 12. & 18. & c. Matth. 23. Johan. 5. Luc. 7. & c. Quæ omnia prorsus inania, & penè ridicula forent, si in hominibus istis potentia Deo rebellandi, aut gratiæ divinæ resistendi, nulla planè (44) *superesset: (45) sique illorum* conversio per vim quandam *prorsus irresistibilem* tota perageretur. Sed de his suprâ pluribus actum est. Unum hoc obiter abs te peto, ut locum Ezech. 12. v. 2. & seqq. seriò tecum expendas: & quam ipse doctrinam ibi annotaveris, accuratè consideres. Nam quod hîc negas, illic non obscure (46) *affirmas, & contrâ.* Tanta scil. est vis veritatis, ut etiam aliud agentes interdum eam testimonio nostro confirmemus.

re ad conversionem invitanti. 46) Imò tu manifestè falsum hic de me affirmas. Ego hic nego, hominem in conversione (id est, dum à Deo convertitur) posse Deo resistere. Istic autem non affirmo contrarium: sed hoc tantùm affirmo, homines rebelles verbum Dei ipsis propositum petulanter contemnere. Inspectur locus.

40) *Ergo manifesta mentio gratia externa.*

41) *Nempe per prophetas.*

42) *Rursum manifesta mentio gratia externa.*

43) *Id est, doctrinã & hortationes Johannis Baptiste: ut patet ex peristasi textus.*

44) *At istud à me non est scriptum.*

45) *Nego consequentiam. nam etsi Deo conversionem operanti resistere homo non potest: tamen potest resistere*

SECTIO CXXV.

An, & quatenus, Deus velit conversionem cujuslibet peccatoris.

P Ag. 108. num. 7. Verè namque Deus vult conversionem peccatoris cujuslibet, dum in hac vita degit; saltem cuicumq; viam salutis annunciari curat: quippe quod ipse juramento suo confirmavit, Ezech. 33.

NOTA PISCATORIS.

At Ezech. 33. non 1. dicitur, quòd Deus velit conversionem peccatoris *cujuslibet*: sed dicitur, *Non delector morte improbi; sed quum convertitur.* Deinde, si Deus vult conversionem peccatoris *cujuslibet*: tum sequitur, 2. *converti peccatorem quemlibet*: quia Deus potest efficere conversionem peccatoris *cujuslibet*. Nam quidquid Deus efficere & potest, & vult, id efficit. Tertiò, contradictio 3. est, cùm dicitur: Deus vult conversionem peccatoris *cujuslibet*: & Deus vult conversionem peccatoris *cujuslibet*, cui salutis viam annunciari curat. Quæ tamen *ambo* falsa sunt.

RESPONSIO VORSTIL.

1. De loco Ezech. 33. (1) suprâ Sect. 4. & 95. & c. satis copiosè disputatum est. Ubi perspicuè mihi videor probasse, non modò revera ibidem id ipsum dici, quod tu dici negas: sed & tuam ipsius versionem, licet novam, & aliquatenus insolentem, cum plerisq; aliis hæctenus ubiq; receptis versionibus, saltem quoad principalem sensum, re ipsa convenire.

NOTÆ PISCATORIS.

1) *Ergo lector ibi videat meas notas.*

Ita ut, te ipso etiam iudice, si non ipsum axioma meum, aliud saltem meo æquipollens, scriptum illic inveniatur. Fateor ego quidem, vocem universalem, *cujuslibet*, illic expressam non esse. Sed quum sententia Dei, quæ illic refertur, per se planè generalis, & indefinita sit, non nisi temere signum hoc generalitatis hîc (2) repudiari potest: præsertim quum & alibi passim similes indefinitæ phrasæ in S. literis occurrant: & maximè, quum ipsa materia, huic loco subjecta, ita per se comparata sit, ut generalitatem de quolibet peccatore, dum hîc degit, in sano sensu verificari possit. Sanè qui *omnes vocatos ad nuptias venire*, h. e. credere, & *ad pœnitentiam tendere*, (3) *omnesq; salvos fieri vult*: Matth. 22. 2. Pet. 3. 1. Timoth. 2. & c. idem etiam *cujuslibet* (4) vocati peccatoris conversionem velle non immeritò dicitur.

2) Nec verò à me repudiatur, si retineatur verbum delectandi. nam Deus delectatur quum convertitur peccator quilibet. Sed repudiatur à me, istud pronuntiati, Deus vult conversionem peccatoris cujuslibet.

3) Falsa expositio Scripturæ. Vox omnes 1. Tim. 2. non significat omnes vocatos: sed significat omnis ordinis homines, etiam nondum vocatos: ut patet ex peristasi textus: ubi jubet orare pro regibus & c. 4) Hic recedis à questione. Dixisti simpliciter, Deus vult conversionem peccatoris cujuslibet. Nunc vocem illam restringis ad vocatos. Adjecisti quidem hanc exceptionem, sed dubitanter: dicens, SALTEM cuicumq; viam salutis annunciari curat.

5) Non ego confundo, sed tu fingis, diversas voluntatis divina species; puta absolutam & conditionatam: i. e. semper efficacem & non semper efficacem.

6) Et quam tu hic vocas potentiam Dei limitatam?

7) Imò limitatio illa contradictionem infert: ut manifestè patebit duo ista axiomata tua consideranti.

8) Cautela & strophæ Vortiana.

9) Scilicet?

10) Nego.

11) Omnes hîc non significat singulos.

12) Hoc non dicitur in textu originali.

2. Exceptio etiam tua, quam subinde opponis, sæpe jam diluta fuit: Et præsertim imprudens (5) confusio diversarum voluntatis divinæ specierum, quæ in illa occultatur, aliquoties in lucem protracta. Unde cuivis constare potest, axioma illud tuum, quod identidem indistinctè inculcas: *Quidquid Deus efficere & potest, & vult; id re ipsa efficit*: hoc axioma, inquam, ut aliquo sensu verum est, ita alio quodam respectu falsum esse. Verum enim est, de voluntate Dei absoluta, & semper efficaci, qua scilicet ipse aliquid peremptoriè facere vult: quippe quæ & similem potentiam sibi conjunctam habet. Falsum verò, de voluntate conditionata, & permissiva, quâ nimirum à nobis aliquid liberè fieri, aut non fieri vult: deq; (6) potentia limitata, sive ad certam hypothesein velut adstricta.

3. Contradictio porrò nulla est, ubi axiomatis propositi generalitas aliqua tantum (7) limitatur: idque ex (8) concessione potius, quàm ex simplici assertione: ut videlicet adversarius eò fortius constringatur, & absurditas opinionis ipsius tantò clariùs intelligatur. Ut quidem hoc loco revera tibi (9) accidit: qui dum *ambo* illa falsa esse dicis, quæ ambo per se verissima sunt, errorem tuum in uno membro evidentiùs, quàm in altero, nobis ostendis. Leviùs enim erras, dum negas, Deum velle quemlibet peccatorem converti. At graviùs erras, dum subjungis, eundem ne quidem omnes illos converti velle, quibus salutis viam annunciari curat. At nos potius ipsi Deo credemus, utrobique planè contrarium (10) restanti: nempe, *velle se* (11) *omnes homines salvos fieri, & ad veritatis agnitionem venire*: 1. Timoth. 2. Contraq; (12) *nolle se mortem peccatoris*, (non huius, vel illius; sed cujuslibet: præsertim ad resipiscentiam & fidem vocati) *sed velle*

sed velle, (13) ut convertatur, & vivat: Ezech. 33. ac proinde velle se, gratiam hanc (14) omnibus annunciari, omnesq; ad eam capeffendam ubiq; invitari: Matth. 28. Actor. 17. denique se velle, ne quisquam nostrum pereat; sed ut omnes ad pœnitentiam tendant: 2. Pet. 3. eoque velle, ne quisquam, dum hodie dicitur, animum suum obduret; sed ut omnes auditum verbi cum fide contemperent, Heb. 3. & 4. &c. h. e. Evangelio obediant, atq; ita porro salvi fiant &c. Hæc vera, certa, & (15) clara sunt: eademq; ad veram Dei gloriam, item ad certum piorum solatium, & justum impiorum terrorem, simulq; ad omnium spem salutarem, per se comparata sunt. Quum contra tua illa non modò (16) intricata, perplexa, & obscura; sed & falsa, noxia, & perniciofa sint: quippe in Deum pariter & homines admodum injuriosa. Sic enim (17) veritas ipsa loqui nos cogit. Cui te proinde hanc $\pi\alpha\rho\rho\sigma\iota\alpha\upsilon$ ignoscere par est.

13) Neq; istud in textu originali dicitur.

14) Hæc dicta pertinent ad N. T. Non igitur possunt intelligi de hominib. omnino omnibus.

15) Sed nihil faciunt ad probandum tuum axioma, Quod Deus velit conversione peccatoris cujuslibet.

16) Judicet lector harum rerum intelligens.

17) Id est, opinio cerebri tui.

SECTIO CXXVI.

De loco Matth. 23. Quoties volui liberos tuos congregare &c.

Idem. Verè voluit Christus olim Judæos ad se colligere. Matth. 23.

NOTA PISCATORIS.

Nempe voluntate 1. humana, ut minister circumcisionis. Atqui hîc quæstio est de voluntate 2. divina.

RESPONSIO VORSTII.

I. Mirum est, te (1) *Calvino* hîc tam apertè contradicere: qui sermonem hunc totum propriè in æternam Christi Deitatem competere dicit. Comment. in Matth. 23. Sed desino mirari, dum video, quàm variè ac contortè locus iste ab illis explicari soleat, qui simplicem ac nativum ejus sensum semel repudiarunt. (2) Alii enim sic interpretantur, ut in Scribas tantùm quadret: ita scilicet: Volui filios tuos congregare: sed tu Jerusalem noluisti: h. e. vos Scribæ ac Pharisei liberos illos vestros impedivistis &c. Alii verò sic: Volui vos congregare, h. e. Habui me instar volentis: sed non verè volui &c. Alii tecum sic: Volui vos congregare &c. nempe voluntate humana, sed non divina &c. Alii denique ad distinctionem voluntatis signi, & beneplaciti, sive revelatæ, & arcanæ &c. subinde confugiunt; opinantes scilicet, illâ Christum congregare Judæos voluisse, istâ noluisse &c. Sic illi. Quasi verò in hac tanta (3) inconstantia certi aliquid esse possit, cui conscientia pia securè queat inniti. Aut quasi divina Christi voluntas humanæ hîc verè (4) contraria fuerit. Quasi denique

NOTÆ PISCATORIS.

1) Nihil mihi hîc negotii cum *Calvino*. Sed simpliciter scripturam propositam sum interpretatus. Tu verò malitiosè & sophisticè agis, qui me premere vis auctoritate doctoris orthodoxi.

2) Sed quid ista pertinent ad meam notam?

3) Aliud est inconstantia: aliud, diversorum diversa sententia. In diversis autè diversorum sententiis fieri utiq; potest ut una aliqua sit vera. Tu certè tuam pro vera habes, quæ & ipsa à cæteris diversa est.

4) De hoc non est quæstio: sed quæstio est, de utra Christi voluntate sermo sit in loco proposito.

- 5.6) Quasi verò istud absurdum ex mea expositione sequatur! Certè Christus voluntate humana voluit ut poculum passionis ab ipso transiret: at idem noluit voluntate divina. Sic voluntate humana Christus voluit convertere Judæos obvios quoslibet, ut fidelis propheta: at voluntate divina idem noluit.
- 7) Quasi verò voluntas divina impediri possit!
- 8) Ista omnia dicta sunt de vocatione externa per prophetas. At hinc non sequitur, Deum voluisse illos omnes convertere.
- 9) Loquitur de voluntate sua humana, tanquam fidelis propheta.
- 10) Quicquid Deus vult ut fiat, id etiam efficit ut fiat.
- 11) Quasi verò voluntas Dei pendeat à libertate nostri arbitrii!
- (5) simulanter, seu potiùs (6) hypocriticè, Christus hîc loquutus sit: aut circa idem objectum simul contrarias voluntates unquam habuerit &c. Absurda certè omnia.
2. Nihil igitur tutius est, quàm simpliciter statuere, totum Christum, Deum simul & hominem, & quidem seriò, ac sine omni hypocrisi, Judæos illos incredulos ad se colligere voluisse: licet eventus, sed solâ ipsorum culpâ, (7) impeditus fuerit &c. Certè enim nihil aliud re ipsa hîc dicit Christus, quàm quod ipse Deus alibi passim multoties inquit: videlicet, (8) se toto die manus suas expandisse ad populum rebellem, & contradicentem &c. Esa. 65. item, sæpius ad frugem eos vocasse, qui sequi renuebant, & consilium salutare respuebant &c. Jerem. 13. Ezech. 12. Prov. 1. &c. Quod quidem ipsum re ipsa idem est cum eo, quod hîc à Christo dicitur. Cui etiam simile est illud ejusdem Dei Esa. 5. Quid debui facere vineæ meæ, quod non fecerim? &c. Item illud ipsius Christi Johan. 5. Hæc dico, (9) ut vos salvi fiatis &c. Sed non vultis venire ad me, ut salvi fiatis &c. In summa: sive Deus ipse loquatur, sive Christus, ut Dei legatus, & circumcisionis minister: res ipsa semper eodè redit: huc nempe, ut sciamus, & Deum, & Christum, planè seriò (10) velle, ut omnes omnino vocati divinæ vocationi re ipsa pareant: licet hoc ipsum non aliter, quàm (11) salvâ arbitrii nostri libertate, salvoq; ordine, & modo, semel hîc divinitus sancito, efficere in nobis velint. Qua de re supra non semel actum fuit, jamque statim amplius ex professo agetur.

SECTIO CXXVII. & CXXVIII.

An Deus homines invitos, & in actuali rebellionè perseverantes, re ipsa ad se convertat.

Ibidem dicit: Non enim invitos, aut rebelles, quamdiu actu tales sunt, hoc est, in exercitio ipso rebellionis. 1. perseverant, aut convertere, aut salvare vult Deus.

NOTA PISCATORIS.

At Paulum, 2. Christianos persequentem, atque ita in exercitio rebellionis perseverantem, Deus convertit.

De carmine, huc citato.

Pag. 109. lin. 1. Invitum qui servat, idem facit occidenti.

NOTA PISCATORIS.

Versus iste 3. Horatii nihil ad rem facit.

R. E. S. P. O. N. E.

RESPONSIO VORSTII.

1. Nihil certè absurdius dici potest, quàm homines in actuali rebellionē (1) perseverantes ad Deum re ipsa converti. Contradictio enim hęc tacitè involvitur: q. d. homines verè pios effici, dum actu impii manent: aut simul ad Deum converti, & ab eodem averti &c. Nonne autem pigritia, immo malitia, hominum revera sic alitur, ac fovetur: dum credere (2) jubentur, se nihilominus à Deo conversum iri, licet in impietate sua perseverent: modò ad salutem prædestinati sint? Vide Sect 70. & 118.

2. De Pauli porrò conversione jam antea duplex allata est responsio: quam etiam hęc utramque obiter repeti volo. Nam primò, Exemplum hoc planè singulare fuit, & extraordinarium: ex quo proinde generalis ac perpetua regula (3) procudi non debet. Deinde non fuit Paulus re ipsa, seu perfectè plenèque conversus, dum in actu rebellionis perseveraret. Christianos quidem ille eò usq; persecutus fuerat: sed ex Zelo Dei, veritatem Evangelii adhuc ignorans. Statim verò atq; vocatus fuit, cœlesti gratiæ minimè rebellavit, sed contrà potius Christo vocanti promptissimè paruit: Sicut ex historia conversionis ipsius abundè liquet. Vide Auctor. 9. & 1. Timoth. 1.

3. (4) Horatii etiam versus ad rem nostram maximè facit: quippe communem hominum prudentiorum consensum (cujus ipse Deus haud dubiè auctor est) hac in parte clarissimè confirmans: dum planè contra naturam veræ salvationis (eòq; & conversionis) esse docet, invitum quenquam servare. Hoc enim non esset hominem servare: sed naturam hominis abolere: uti suprà plenius ostendi. Tantò autem veritas efficacius nobis persuadetur, quantò pluribus argumentis, in Natura simul & S. Scriptura fundatis, afferi solet. Deus namq; utriusq; lucis auctor est: tum naturalis, quam in ipsa creatione omnium hominum mentibus indidit: tum supernaturalis, quam in verbo suo postea nobis proposuit. Illam ex Horatio nunc obiter ostendo. Istam ex S. literis jam antè sæpius ostendi. Probatio igitur gemina, (5) eòq; certa & firma est.

ba illa Horatii ad propositum tuum nihil facere. 5) Quasi verò firmitudo probationis: & quidem tali qua altera earum sit fundata in iudicio humana rationis!

NOTÆ PISCATORIS.

1) Ego hoc tantum dictum volui, Paulum quū à Christo converteretur, nō ultro rebellare desisse, sed in ipsa rebellionē retractum ab illa fuisse.

2) Hac per calumniam mihi impingis.

3) Quasi verò ego talem regulam hinc procudam! Altera calumnia.

4) Versus ille Horatii existat in epistola de arte poetica, non procul à fine: ubi exponit, quid evenire soleat poeta vesano, i. e. vana gloria cupiditate laboranti, quiq; emendari recusat: & inter alia affirmat, illum ab omnib. in errore suo deseri: & meritò quidè: quia studium illud emendandi & servandi illi non solum non sit gratum, sed etiam molestum. Id quod enuntiat his verbis, Invitum qui servat, idem facit occidenti. Id est, Ei quem servare studet, videtur idem facere ac si vellet eum occidere. Hic est genuinus istorum verborum sensus: unde prudens lector facile iudicare poterit, expositionē tuam alienam esse: & veritate consistat in ipsius gemina-

SECTIO CXIX.

An, & quatenus, promissiones Evangelii universales sint.

P Ag. 114. in medio. Quis item inficiari ausit, Evangelii promissiones eatenus universales esse, quatenus omnibus spem vitæ faciunt, si qui-

dem verè credant? Vide Johan. 3. *ut omnis qui credit, non pereat &c.* Ex quo planum est, salutem æternam omnibus hominibus (puta, quibus Evangelium prædicatur) sub hac fidei & pietatis conditione verè ab æterno decretam, & clarè in verbo Dei promissam esse.

NOTA PISCATORIS.

Universalitas nō est $\pi\acute{\alpha}\delta\theta$, seu affectus, enunciati hypothetici, 1. sed categorici. Itaque sic dicendum: promissiones Evangelii universales esse, 2. respectu omnium credentium. Et hoc ipsum confirmat dictum Johan. 3. &c. Deinde 3. falsum est, salutem æternam cuiquam decretam esse sub conditione fidei & pietatis: quia decreta Dei à nulla pendent conditione; sed pendent *simpliciter* à beneplacito Dei. Quibus enim decrevit 4. Deus dare salutem æternam, eisdem etiam decrevit dare fidem, & pietatem, tanquam media ad salutem consequendam.

RESPONSIO VORSTII.

NOTA PISCATORIS.

1) *At, ista reductio fallax est, nihilq; logica constantia aut veritatis habet. V.g. Si credideris, servaberis. Hoc non potest certò reduci ad categoricum universale, nempe hoc, Omnis qui crediderit, servabitur. nam pari ratione valeret reductio in exemplo isto: Si afferes mihi (ajebat Saul Davidi) centum præputia Philistaorum, dabo tibi filiam meam. Hæc hypotheticum, non potest reduci ad istud categoricum, Quisquis attulerit Sauli centum præputia Philistaorum, ei dabit filiam.*

2) *Non statim verum est, quod hic vel ille Logicus tradidit. Et fateor, me ignorare, num qui istud tradiderint, certi affirmant & negant: duo verò posteriora, quæ hypothetica sunt, nihil certi affirmant aut negant, sed mentem in suspensio relinquunt. Ad hæc hypothetica illa enuntiata commentitia sunt: quorum nullum exemplum è S. Scriptura proferre poteris. 4) Quæ verò est ista audacia atq; petulantia in confundendis rebus diversis? Si enuntiata categorica inclusam habent conditionem: quid igitur interest inter enuntiatum categoricum & hypotheticum? 5) An non pudet te ita querere, quasi nihil interest duo intersit plurimum. Prius enuntiatum rem certam affirmat: & in S. Scriptura reperitur. Posterius nihil certi affirmat, nec reperitur in Scriptura. 6) Falsum dicis:*

1. Etsi universalitas, juxta plerosq; Logicos, non est proprium $\pi\acute{\alpha}\delta\theta$ enunciati hypothetici, directè scilicet, & per se, seu mavis immediatè: tamen indirectè, seu per accidens, ac mediatè, h. e. per (1) reductionem ad enuntiatum categoricum, eidem non ineptè attribui potest. Quod quidem adeò verum est, ut etiam quidam (2) Logici (tibi non ignoti, nisi fallor) distinctionem illam, in universale, & particulare, omni enuntiatum, tam hypothetico, quàm categorico, sive tam composito, quàm simplici, competere affirmant. Et fanè si rem ipsam spectes, aut nihil, aut parum (3) interest, sive quis ita dicat: Quisquis crediderit, servabitur: & contra, quisquis non crediderit, damnabitur: Sive ita: Omnes servabuntur, si quidem crediderint: & contra damnabuntur, si non crediderint &c. Sed quid quid de hac re statuendum sit, mihi jam satis est, promissiones Evangelicas categoricè simul & universaliter ita concipi posse, ut tamen alterà sui parte (4) conditione semper inclusam habeant. (5) Quid enim hoc aliud est, *Omnis qui credit, servabitur*: quàm illud, *Omnis homo servabitur, si quidem crediderit*? Et certè Spiritus S. (6) hæc enuntiata, tanquam æquipollentia, passim inter se permiscet. V.g. Rom. 9. *Quisquis crediderit in ipsum, non pudebit &c.* Et cap. 10. *Si credideris in corde tuo &c. servaberis: videlicet quisquis es, modò fidelis sis.*

2. Non

3) *Imò plurimum interest. nam duo priora enuntiata, quæ categorica sunt, aliquid certi affirmant & negant: duo verò posteriora, quæ hypothetica sunt, nihil certi affirmant aut negant, sed mentem in suspensio relinquunt. Ad hæc hypothetica illa enuntiata commentitia sunt: quorum nullum exemplum è S. Scriptura proferre poteris. 4) Quæ verò est ista audacia atq; petulantia in confundendis rebus diversis? Si enuntiata categorica inclusam habent conditionem: quid igitur interest inter enuntiatum categoricum & hypotheticum? 5) An non pudet te ita querere, quasi nihil interest duo intersit plurimum. Prius enuntiatum rem certam affirmat: & in S. Scriptura reperitur. Posterius nihil certi affirmat, nec reperitur in Scriptura. 6) Falsum dicis:*

quia posterius in Scriptura nusquam reperies. Nam illud Rom. 10. Si credideris, servaberis, non equipollet huic, Si omnis homo crediderit, servabitur.

2. Non est autem (7) simpliciter verum, promissiones tantum respectu credentium universales esse: nisi quatenus promissiones jam applicatas intelligis. Nam quatenus à Deo proponuntur, omnino ad (8) omnes vocatos pertinent. (9) Alioqui non peccarent, qui fidem illis non adhibent: si quidem nihil ad istos pertinerent. (10) Vobis, ait Apostolus, & liberis vestris, facta est promissio &c. Act. 2. Qui tamen non omnes crediderunt. (11) Tam latè igitur promissio ex parte Dei extendenda est, quàm latè se extendit præceptum credendi, ac resipiscendi &c. (12) quia præceptum hoc proponitur sub spe consequendi promissi. Atqui præceptum hoc generatim ad omnes vocatos pertinet. Ergo & promissio. Vide Matth. 3. & 10. & 28.

promissione evangelii, ad omnes credentes pertinente: sed de promissione illa effusionis donorum S. S. in principio prædicationis evangelii. 11) Nego. 12) Ratio ista nihil probat, quia spes illa non fit nisi credentibus.

3. Non pendent quidem decreta Dei (quod ipse fateor) à conditione aliqua, nobis præscripta, tanquam à causa efficiente, aut verè impulsiva: non tamen idcirco (13) præcisè negandum est, salutem nobis sub conditione fidei &c. decretam esse: aut decreta Dei (14) aliquo modo conditionata esse. Nam respectu (15) formæ, sive mavis ordinis, & modi formalis, quem ipsa in sese continent, aptissimè sic vocari possunt: quia forma & essentiam, & nomen, præcipuè (16) dare solet. Neq; sequitur, (17) idcirco non esse illa conditionata, quia simpliciter à Dei beneplacito pendent. Nihil enim prohibet, in ipso Dei beneplacito τὰ ξίη illam formalem ab æterno constitutam fuisse, quæ conditionem fidei necessariò includat. Quamquam tuum illud adverbium, simpliciter, hinc etiam alio modo (18) ambiguum est: quod proinde respectu quidem ipsius integri decreti, prout in propositione per se generatim accipitur, non illibenter admittimus: sed respectu specialis conclusionis, seu mavis applicationis ad singulares personas, nudè ac citra fidem Christi consideratas, admittere non possumus: ne falsa aut mutila conclusio hinc tandem existat: prout jam alibi supra uberiùs exposui. Vide Sect. 4. & 11. & 15. & 18. & 80. &c.

18) Quas verò tu ambiguitates verbis meis affingis? Certè quæ hic subjungis, mera tenebra ac trica sunt.

4. Decrevit quidem Deus iis dare fidem, & pietatem, quibus salutem æternam in Christo dare decrevit. Sed neutram tamen ipsis dare decrevit (19) absolutè, ac necessariò, seu prorsus inevitabiliter, puta, nec fidem, nec salutem. Quin utrobique factam tectam conservare decrevit, tum libertatem nostri arbitrii, semel olim nobis in creatione datam; tum æquissimam mediorum τὰ ξίη, semel pro hoc ipso salutis negotio in ver-

in creatione olim nobis data, amissa est per lapsum, quantum attinet ad bona spiritualia, quæ insuper hic garris, passim à me refutata sunt. Itaq; piget eadem toties repetere.

7) Imò simpliciter verum est.

8) Falsum hoc est, quia proponuntur sic, Qui crediderit, servabitur, non autem sic, Qui jussus fuerit credere, servabitur.

9) Falsa & fictitia causa. Vera autem causa est, quia illi non parent mandato credendi.

10) Dictum istud nihil ad rem, non enim loquitur de

13. 14. 15) At, quorsum isti gryphi? Conditionatum dicitur id quod à conditione dependet. Hinc figo pedem. Ista tua fictitia sunt.

16) Assumo, At forma conditionati est, pendere à conditione. Unde jam concluditur contra te, Pendere à conditione dare essentiam & nomen conditionato.

17) Nugæ. Nam aliud est, conditionatum esse: aliud, conditionem discernere. Deus servandis decrevit conditionem fidei: at non propterea decretum ejus conditionatum est.

19) Imò Deus absolutè, citra ullam conditionem, ex mero beneplacito suo, decrevit & fidem & salutem dare quibuscunq; eas dat. Non verò sub hac conditione, Si vi liberi arbitrii velis credere. Et vis lib. arb.

bo suo sancitam. Hæc autem $\tau\acute{\epsilon}\xi\varsigma$ inter alia illud postulat, ut nullis, nisi verè credentibus, (quum de adultis agitur) & quidem perseveranter credentibus, salus æterna detur: utque nullis invitis, aut actu reluctantibus, fides salvifica infundatur, aut instilletur: denique ut omnibus, per Evangelium vocatis, gratia sufficiens ad credendum, ex antecedente quidem Dei voluntate, liberaliter communicetur. Itaque *primarium* in hoc toto negotio decretum Dei est, quo credentibus omnibus, ac solis, salutem in Christo gratis dare decrevit. At *secundarium* est, quo generatim omnes, (præsertim sub N. T.) liberaliter ac gratis ad Christum vocare, iisque sufficiens credendi auxilium præbere constituit. Unde porrò fit, ut quotquot re ipsa servantur, ex pura Dei gratia, eaque gemina, per Christum ferventur. Quotquot autem pereunt, suâ tantum ipsorum culpâ peccant: nec quidquam de Deo, aut Christo, seu defectu gratiæ divinæ, conqueri jure possint.

S E C T I O C X X X . & C X X X I .

An non Deus omnes saltem vocatos servari velit: & quatenus voluntas servandi in Deo sit particularis.

I*bidem.* Satis nobis est, si obtineamus, Deum seriò velle, ut omnes, & singuli, quibus Evangelium prædicatur, in Christum credant, atque ita ferventur.

N O T A P I S C A T O R I S .

Si Deus hoc vult: quí fit ergo, 1. quòd non efficit? quum, nisi ipso efficiente, credere nemo possit.

Ibidem. Conditionalis igitur, simul & universalis, simulque verè seria; nunquam verò prorsus absoluta, nunquam omnino particularis, (videlicet, ex antecedente decreto, præcisè factò) nedum unquam simulata, hæc Dei voluntas est: Nempe, voluntas servandi homines.

N O T A P I S C A T O R I S .

Voluntatem servandi homines in Deo esse 2. particularem, hoc est, ad partem tantum generis humani, sive ad quosdam tantum homines, pertinere: idque ex antecedente decreto, præcisè factò, clarè docet Apostolus Rom. 8. v. 29. & 30. ubi ait: *Quos præcognovit, (id est, ab æterno decrevit servare) eosdem & prædestinavit, ut conformes fiant imagini filii sui &c.*

R E S P O N S I O V O R S T I I .

I. Quæstio hæc tua, quam priore loco proponis, jam aliquoties (1) soluta fuit.

NOTÆ PISCATORIS.

1) Scilicet!

luta fuit. Nempe, idcirco non efficit id Deus in omnibus, quia non omnes oblatam ab ipso gratiam, licet alioqui per se (2) sufficientem, cupidè ac reverenter (3) admittunt: sed multi, cupiditatibus suis addicti, eandem repudiant; tenebras amantes potiùs, quàm lucem &c. Johan. 3. v. 19. & 5. v. 44. &c. Deus autem hanc ipsam æquissimam τὰξιν ab æterno statuit, ut nec fides salvifica, nec consequenter salus æterna cuiquam (4) invito, aut donum Dei (5) repudianti, vel supinè (6) negligenti, re ipsa unquam donetur. Agit igitur Deus nobiscum, prorsus ut bonus ac peritus (7) medicus, qui omnes quidem ægrotos sanare & potest, & vult: hanc tamen cautionem adhibet, ut omnes medicinam admittant. Quod qui facere nolunt, ii sanari re ipsa non possunt.

2. Est quidem voluntas servandi homines in Deo (8) hætenus particularis, quatenus ipse neminem, nisi cum conditione fidei (quam non omnes, sed aliqui tantùm, implent) salvare decrevit. Sed eadem tamen voluntas alio respectu non malè *universalis* appellatur: quatenus per eam videlicet neminem, faltem ex omnibus omnino vocatis, (antecedente quidem, ac præciso aliquo decreto) ab æterna salute, aut à fide salvifica, Deus simpliciter excludit: quippe qui hætenus omnes salvos fieri vult, nec ullos perire &c. 1. Timoth. 2. 2. Pet. 3. Tu quidem hinc contrarium asseris. Sed quod asseris, non bene probas. (9) Nihil enim tale docet Apostolus, in loco hinc abs te citato: Rom. 8. Sed aliud planè diversum, immò ex parte contrarium: sicut inde à v. 28. & deinceps legenti, abundè manifestum evadit. Nam quos v. 29. *præcognitos à Deo* fuisse dicit, eos v. 28. titulo *diligentium Deum* insignit: & eosdem juxta *propositum ipsius Dei* vocatos esse asserit: ita videlicet, ut vocationi ipsius verè paruerint &c. Nam tales demum vocati proposito Dei verè respondent: & hos solos ipse servare sibi absolutè proposuit. Unde Apostolus etiam hos ipsos postea *Electos Dei* appellat; puta *actū Electos*, seu per fidem in Christum filios Dei effectos &c. Itaque sensus verborum Apostoli est: Deum omnes *Electos* (h. e. omnes verè credentes, quos solos in Christo jam olim præcognovit, seu pro suis agnovit, ac servare decrevit) ad hoc ipsum præordinasse, ut conformes imagini Christi fiant, puta in hoc seculo quoad passionem & crucem: quippe qui olim eidem quoq; conformes erunt in gloria cælesti &c. Sed tu alios semper *Electos* in animo habes: videlicet singulares quasdam & nudas personas, citra omnem moralem qualitatem spectatas, h. e. citra omnem peccati, simul & fidei, respectum consideratas: quas Deus absolutè primùm ad salutem, & deinde præcisè ad peccatum, tandemque similiter ad perseverantem fidem, ab æterno prædestinaverit &c. quales certè *Electi* nec sunt, nec fuerunt, nec unquam e-

ff

2) At falsum est, omnibus offerri gratiam sufficientem.
3) Quasi verò Deus non possit efficere ut admittat!

4. 5. 6) Quasi verò Deus obstacula illa non tollat in iis quibus fidem & salutem donare vult!

7) At maxima hic perspici- tur dissimilitudo, nam me- dicus terrenus nõ potest ef- ficere ut omnes medicinam admittant: at cælestis ille medicus id potest: & tamè id non efficit in omnibus.

8) Imò simpliciter & abso- lutè: ut patet ex loco alle- gato.

9) Impudens es, quippe ne- gans quod manifestissimè est. Verba Pauli sunt, Quos ἀγάγω, i. e. ab æterno de- crevit servare. Quis hinc sequi non videt illud, Ergo Deus ALIQUOS TAN- TUM decrevit servare. Unde porro sequitur & hoc, Voluntatem servandi ho- mines in Deo esse particu- larem. Quæ verò tu hic contrà disseris, sunt scopa dissoluta, indigna in quibus examinandis tempus tera- tur.

runt: uti nec ulli absolutè Reprobi, talibus Electis per omnia directè oppositi.

SECTIO CXXXII. & CXXXIII.

*Iterum de Electis, & Reprobis: quinam, & quales utriq; sint.
Deq; gradibus divinæ erga nos gratiæ.*

P Ag. 116. lin. 4. Reprobationem opponit Justificationi. Quæ tamen opponenda 1. est Electioni.

Ibidem ait: Deum solos *credentes* in gratiam recipere. At nisi Deus *Electos* in gratiam 2. reciperet, antequam illi credunt, non donaret iis fidem.

RESPONSIO VORSTII.

1. Agnosco sanè, in hac oppositione aliquam catachresin, sive impropriètatem, à me esse admittam: sed quæ tamen, per bene explicatam rerum propositarum æquipollentiam, facile excusari potest. Quum enim, juxta te ipsum, omnes justificati verè sint Electi, saltem (1) communiter sic dicti: nec ullum medium detur inter justificados, & non justificados: uti neq; inter actu electos, & reprobos: omnino (2) sequitur, à contrario sensu, omnes non justificados, quamdiu tales sunt, ad Reprobos, non ad Electorum, censum pertinere: Et per consequens, actualem reprobationem, hoc quidem sensu, ipsi justificationi non malè opponi. Sic enim passim in Scriptura actu *Electi*, (3) seu verè *fideles*, non tantum *Reprobis, & infidelibus*; sed etiam *hypocritis, idololâtris, aliisq;* id genus peccatoribus, sive injustis, & impiis &c. nondum scilicet re ipsa justificatis, opponi solent: videl. ob hanc ipsam *ισοδυναμιαν*, modò dictam. Vide supra Sect. 86. & 87. &c.

2. Niteris autem hîc hypothesei planè (4) falsâ: dum eos actu *Electos* vocas, qui nondum credunt: quum contra Scriptura S. nullos, nisi credentes, ac verè pios (& proinde jam re ipsa justificados &c.) Electorum titulo cohonestet. In præscientia quidem ac decreto Dei sic vocari possunt, qui aliquando verè credituri sunt, Johan. 17. 1. Corinth. 1. 1. Tim. 1. Sed eosdem quoq; justos, renatos, & credentes, hæctenus appellare posses. Actu autem *Electos* S. Scriptura nusquam appellat, nisi actu pios, & credentes. (5) Porrò licet Deus nos, etiam nondum credentes, aliquâ communi gratiâ præveniat: & fidei donum ultrò nobis offerat; immò fidem ipsam liberaliter ex sua parte donet: non tamen in eam specialem gratiam, de qua ego istic loquor, ullos actu incredulos recipere solet: videlicet in gratiam justificationis, seu reconciliationis, & adoptionis &c.

Distin-

NOTÆ PISCATORIS.

1) *Quid sibi vult istud Communiter? Fortasse est una ex cautelis tuis.*

2) *Non sequitur, quia termini non sunt reciproci. Omnes justificati sunt electi: enuntiatum verum est, sed non reciprocum. Itaq; hinc non sequitur, Ergo omnes non justificati, non sunt electi: & per consequens sunt reprobi. Sicut non sequitur, Quicumq; vigilat, vivit: ergo quicumq; non vigilat, mortuus est.*

3) *Falsa expositio, quia actu electi sunt etiam qui nondum sunt fideles.*

4) *Imò contraria tua assertio falsa est: sicut alibi ostendi.*

5) *Qua deinceps disseris, ad propositum nihil pertinent.*

Distinguenda igitur hęc est duplex, immò triplex, Dei gratia: nempe vocationis, justificationis, & salvationis: seu mavis conversionis, reconciliationis, & glorificationis. Quarum prima est causa secundæ, & secunda tertiæ: saltem quarum una præcedit, altera sequitur &c. sicut vel ex catena illa causarum salutis, quam Apostolus Rom. 8. proponit, apertè cognoscitur. Ita facilè res tota poterit intelligi. Sensus enim meorum verborum est: neminem ex adultis sine fide Deo sic placere posse, ut verè Deo reconcilietur, & coram ipso justificetur, utque re ipsa tandem ad salutem æternam perveniat. Quod quidem per se verissimum esse, ex S. literis abundè constat. Joh. 1. & 3. & 6. & 8. &c. Heb. 11. &c.

SECTIO CXXXIV. & CXXXV.
& CXXXVI. & CXXXVII.

Iterum de voluntate Dei consequente, & conditionata &c.

Ibidem, rursus Deo tribuit voluntatem consequentem.

Quem errorem 1. suprà refutavi, ad pag. 62. Tractat. de Deo.

Pag. 117. num. 3. dicit, quædam à Deo præfinita esse *conditionaliter*.

At decreta Dei à nulla 2. pendent conditione.

Ibidem dicit, quædam à Deo præfinita esse cum contingentia eventus.

At quidquid Deus præfinit, 3. id evenit necessariò: etiamsi per naturam aliter evenire posset.

Pag. 119. disputat, decreta Dei quædam 4. mutari: ut quæ sint hypothetica. Utrumque falsum est.

RESPONSIO VORSTII.

1. At ego (1) contrà credo, non errorem, sed exploratam veritatem esse, quod de voluntate Dei *consequente* istic à me dicitur: quatenus hæc ipsa quidem ad singulares personas, partim in Christo servandas, partim extra Christum damnandas, absolutè ac speciatim applicatur. Puto etiam, me suprà satis evidenter ostendisse, te non nisi principium tacitè petendo, aut aliam similem syllogistiam committendo, sententiam illam meam refellere potuisse. Sed nolim nunc actum agere. Videat Lector ea, quæ jam antè Sect. 8. & alibi, ex S. Scriptura, & naturali ratione, in hanc rem allata fuerunt.

2. Idem dico de *conditionatis* Dei decretis, sive præfinitionibus hypotheticis: quarum aliqua certè à Deo, etiam (2) cum contingentia futuri eventus, olim factæ sunt &c. Etsi enim decreta Dei non dependent

NOTÆ PISCATORIS.

1) *Judicet igitur inter nos intelligens harum rerum lector.*

2) *Obscurè loqueris.*

ff 2

3.4.5) *Commentitia hac sunt, nec exemplis scriptura demonstrari possunt.*

6) *Formalis ratio conditionati est, pendere à conditione. At nullum Dei decretum pendet à conditione.*

7) *Apage hanc glossam tuam: quippe qua statuitur falsa hypothesis, quasi plures sint modi decretorum divinorum.*

8) *Negocōsequentiam. Nihil enim impedit (sicut tu ipsemet in tractatu de Deo pag. 262. ais) quò minus idem effectum, ratione proxima causa contingens, ratione autem remota causa necessarium appelletur.*

9) *At ista oppositio tollitur consideratione diversi respectus.*

10) *Ad hoc modò respondi.*

11) *Imò refert, juxta tuam ipsius traditionem. Vide num. 8.*

12) *Nempere respectu decreti divini. At interim potest aliter agere respectu sua natura.*

13) *Imò & necessariò & contingenter. Vide num. 8.*

14) *At dicis, decretum Dei Aliquo modo & Aliquatenus mutabile dici posse.*

15.16.17.18) *Hac sunt mera commenta cerebri tui: quò nullum exemplū talis decreti divini è scriptura proferre possis. Affers tu quidè exempla duo: sed falsa: id est, que in scriptura non pponuntur ut exempla decretorum divinorum. Ea*

à conditione aliqua, per nos implenda, tanquam à causa antecedente, aut efficiente; habent tamen quædam eorum conditionem aliquam sibi (3) annexam, seu mavis (4) innexam, atque (5) implicitam: quæ proinde à ratione sua (6) formali, utpote potiore essentia parte, non malè hypothetica, seu conditionata, vocari possunt. Vide suprà Sect. 4. & 11. & 18. & 80. & c. Ubi distinctio hæc plenius explicata fuit, & rationibus non levibus confirmata.

3. Porro non modò falsum est, sed etiam ex parte contradictorium, quod iterum hîc ais: *quidquid Deus (quocumque (7) modo) olim præfiniverit, id necessariò evenire, etiamsi per naturam aliter evenire posset.* Falsum quidem est: (8) quia sic nulla foret arbitrii creati libertas: nulla etiam rerum contingentia, nisi verbalis tantum, & imaginaria. Etenim necessarium, & contingens, seu liberum, inter se directè atq; immediatè (9) opposita sunt: quum quidquid necessariò fit, id non fieri non possit, adeoq; non nisi uno modo fieri possit: contingens verò, seu liberum, ad utramque partem indifferens sit, eoque diversis modis fieri possit. (10) *Contradictorium verò est: quatenus idem simul necessarium, & contingens, seu liberum, esse statuis: quum tamen hæc duo immediatè, ac perpetuò, ut jam dictum est, inter se adversentur.* (11) *Nec quidquam refert, quòd contingentiam istam ex natura rerum (creata videlicet) limitativè hîc æstimas. Namq; hæc ipsa rerum creatarum natura, respectu quidem absoluti & immutabilis decreti divini, quod hîc semper urges, ad unam oppositorum partè jam ab æterno determinata est: ac proinde aliter, quàm agit, agere (12) non potest. Quod autem sic agit, ut aliter agere non possit, id necessariò, & (13) proinde non contingenter, aut liberè agit: Sicut ex ipsa rerum propositarum definitione perspicuè constat. Plura videat hac de re Lector apud D. Armin. in Exam. contra Perkins. pag. 135. & seqq. item apud Petr. Pomponat. de Fato & Prædest. lib. 1. c. 7. & lib. 5. c. 2. 3. 4. ubi doctè hæc omnia explicantur.*

4. Denique non (14) dico hîc uspiam, decreta Dei quædam revera mutari, videl. (15) integrè accepta, & (16) rectè intellecta. Quin illud ipsum potiùs apertè ibidem nego. Sed eventum duntaxat aliquem particularem, à causa secunda contingenter pendentem, aliquando mutari dico: cujus deinde respectu decretum Dei, (17) per partes seorsim acceptum, aliquatenus mutabile dici possit & c. Atque idcirco hîc Emphasin quandam latère, difertè in *parenthesi* ibidem annoto: quam & deinceps, in verbis mox sequentibus, ampliùs declaro. Et tandem iterum concludo, *integrum Dei decretum hîc nullo modo mutari: & quidem propterea, quia ipsum (18) hypotheticum sit: quippe quod nihil, nisi conditione existente, po-*

stente, ponere aut possit, aut debeat &c. Itaque tantum abest, ut decreta Dei idcirco quædam revera mutari asseram, quia ipsa hypothetica sint: ut contrà potius, ipsa nullo modo mutari, ex eadem hac causa satis firmiter concludam. Ex quo ipse videre jam potes, quàm longè hîc à veritate mea aberraveris. Vide suprâ, si placet, Sect. 4. & 12. & 15. & 18. & alibi passim.

sunt, continuatio dignitatis sacerdotalis in domo Eli, 1. Sam. 2. & continuatio dignitatis regia in domo Saulis, 1. Sam. 13. At neutro in loco dicitur, Deum continuationem illam decrevisse.

SECTIO CXXXVIII.

An omnia, quæcunq; in mundo fiunt, etiam peccata, ex absoluto & efficaci Dei decreto fiant.

P Ag. 120. circa medium. Saltem illud negari non potest, si omnia & singula, quæcunq; fiunt, per absolutum & efficacem, itemq; speciale Dei decretum, ita præfinita sint, ut inevitabili necessitate fiant; sive ut non fieri non possint: omnino hinc tandem consequi, etiam omnia omnino peccata Deo auctore, & promotore, perpetrari &c.

NOTA PISCATORIS.

In hoc connexo latet 1. *falsa* hypothesis: quatenus illis, qui dicunt, omnia fieri ex decreto Dei, tribuitur, quòd dicant, omnia fieri ex decreto Dei *efficaci*, id est, tali, quo Deus decreverit omnia, quæ fiunt, facere. *Eadem* falsa hypothesis pag. 124. lin. cumq; repetitur. Remoto igitur vocabulo, *efficax*, 2. connexum erit falsum. Nam etsi omnia, ac proinde etiam peccata, fiunt *per* decretum Dei absolutum, & speciale: inde tamen non sequitur, Deum esse auctorem peccatorum: quia Deus non decrevit peccata efficere, sed permittere. Et verò non tenetur illa impedire. Quoniam autem decrevit Deus peccata permittere, 3. ideo *neceffe* est, ut illa fiant: quia secus frustra 4. decrevisset Deus illa permittere, Deus autem nihil facit frustra.

RESPONSIO VORSTII.

1. Immò nulla omnino hîc est *falsa* hypothesis, vel te ipso teste: ut qui suprâ non semel manifestè dixeris, *Omnia ex (1) præciso Dei decreto necessario evenire*. Item, *Deum ipsa peccata (2) procurare: & omnino ea (3) fieri velle*. Item, *homines in universum omnes (4) ad peccatum destinasse &c.* Sect. 13. & 15. & 16. & 17. & 24. &c. Quæ certè non absolutum modò, ac speciale, sed & efficacem, Dei decretum hac in parte satis apertè (5) arguunt. Idem ex eo patet, quòd nullam tu consequentem, aut conditionatam, aut aliquatenus inefficacem, Dei voluntatem revera agnoscis: sed omnem prorsus absolutam, & antecedentem, & (6) efficacem, esse contendis. Quin idem

NOTÆ PISCATORIS.

1) *At hoc non idem valet, quòd, Ex decreto Dei efficace, id est, tali quo Deus decreverit omnia quæ fiunt, ipsemet efficere.*
 2) *At aliud est, peccata procurare: aliud, efficere.*
 3) *At hoc non idem valet, quòd, Ipsemet facere velle.*
 4) *At hinc non sequitur, quòd decreverit ipsemet*

ff 3

peccatum efficere, 5) Nego. 6) At non hoc sensu, quòd Deus quæcunq; vult fieri, ea ipsemet velit efficere.

ex aliis quoq; quorundam Doctorum nostrorum sententiis, quas studio brevitatis hic omitto, apertissime colligi potest. Immò verò id ipsum ex hac ipsa dissertatione tua non obscure colligitur. Si enim omnia, quæcunq; fiunt, etiam ipsa peccata, (prout hîc fateris) per absolutum & speciale Dei decretum fiunt: & sic quidem fiunt, ut respectu hujus decreti (prout suprâ dicebas) necessariò fiant; sive ita, ut à prædestinatione Dei dependeant, (quæ tua phrasis infrâ mox occurret) quis jam non clarè videat, veram (7) efficaciam, seu mavis efficientiam, in his talibus eventis ipsi decreto Dei per te ipsum manifestè attribui? Sed apparet, te nimiam verborum invidiam declinare voluisse: quum (8) rem ipsam interea, per verba significatam, satis apertè tuearis. Longè autem præstaret, te vel ingenuâ (9) *παρρησία* ubiq; in hac materia uti: vel potiùs ex absurdis hisce consequentibus occasionem petere deserendi illud ipsum dogma, unde hæc tot *ἀτοπία* necessariò (10) promanant.

2. Distinctio porrò *duplicis* divini decreti, quam deinde hîc subjicis, per se quidem omnino vera, & sancta est: sed quam tu verbis tantùm asseris, re ipsa (11) tollis. Immò verò nunquam eam sine (12) contradictione aliqua, aut nota (13) inconstantia, asserere poteris: quamdiu quidem opinionem illam, de absoluta Reprobatione, & ad peccatum destinatione &c. arctè retinebis. Alioqui per se (ut jam dixi) verissimum est, Deum non decrevisse peccata efficere; sed permittere, ac gubernare &c. Sed quomodo hoc, quæso, conciliabis cum eis, quæ jam modò ex te ipso citavi? nempe cum ais, *Deum destinasse homines ad peccata, item procurare peccata, & omnino velle, ut peccata fiant, idq; voluntate absoluta, antecedente, effici?* &c. Annon enim hæc efficientiam, sive effectiorem quandam Dei, quoad peccata, revera per se (14) denotant? & non solam eorundem permissionem? Certè aliud est, peccata permittere, sive non impedire, dum ab hominibus fiunt: idque ita facere ab æterno decrevisse: (15) aliud, homines ad peccata ipsa destinare: utq; homines peccent, omnino velle: immò in hominibus, vel per homines, ipsa peccata procurare: & sic quidem ista procurare, sicq; illos huc destinare, ut homines (16) necessariò peccent, utq; (17) aliter agere non possint &c. Qui discrimen hoc non videt, parum certè in hoc negotio videt. Quod ego de te vix credere auderem, nisi ipse, quid præjudicia possint, expertus hîc essem. Vide autem Fr. Jun. de peccato Adami quæst. 2. c. 3. & 4.

3. Cæterùm objectio, sive *argumentatio* tua, quam postremò hîc asfers, (pace tuâ dixerim) admodum sanè inconsequens, & inepta est. *Quia Deus, inquis, peccata permittere decrevit, ideo necesse est, ut illa fiant.* At nihil minùs, inquam ego, necesse est. Nunquam enim voluntas permittendi vera

7) *Falleris ex homonymia. Tibi decretum efficax idem significat, quod decretum efficiendi, quo scil. Deus decreverit ipse aliquid efficere. At mihi decretum efficax idem significat, quod decretum quod suo tempore effectum datur, sive Deus ipse id efficiat quod decrevit, sive creatura per ipsius gubernationem.*

8) *Sed non hanc quam tu verbis meis tribuis.*

9) *Judicet lector, an non hic æquè, atq; alibi, eâ usus sim.*

10) *Ut tibi quidè videtur.*

11. 12. 13) *Nego.*

14) *Denotant sanè illa effectiorem quandam Dei quoad peccata: sed non denotant effectiorem talè qua Deus ipse efficiat peccata, quatenus habent rationem peccatorum, seu quatenus sunt peccata. Sed denotant gubernationem Dei qua ut creator voluntates humanas flectit quocunq; voluerit.*

15) *Differunt illa quidem, sed non pugnant. nam ambo vera sunt.*

16. 17) *Nempe respectu decreti divini.*

vera (18) causa aut est, aut esse potest, rei permissæ, vel potiùs permittendæ. Tantum abest, ut illius vi necessariò res permissa existat. Illa namque in eo, cui permissio fit, nihil omnino novi per se causat, aut efficit: sed vires tantùm ac facultates, semel illi datas, ab aliena læsione tutas præstat, & liberum istarum exercitium eidem relinquit. Immo nihil prorsus extra ipsum permittentem efficit: nisi quòd actionem hujus impediendam cohibet, aut potiùs retinet, & quasi suspendit. Est enim ipsa per se tantùm decretum non impediendi, h. e. foris non agendi. Quomodo autem is, qui non agit, eo ipso quòd non agit, aliquid extra se causet? vel alteri necessitatem agendi afferat? Aut quomodo is, qui necessitatem hanc alteri affert, eo ipso nihil agere; sed alterius (19) tantùm actionem permittere, sive non impedire, sine contradictione dici possit? Cogitemus amplius.

4. Denique ratio necessitatis, quam subjungis, similiter inanis est. Nam secus, inquis, frustra decrevisset Deus peccata permittere. Quod absit. Immò non frustra, inquam ego: quia decretum illud permittendi (20) non eò sanè spectabat, ut peccata tandem certò ac re ipsa fierent: multò minùs eò, ut necessariò atq; inevitabiliter fierent: (quæ quidem duo tu perperam inde colligis) sed huc solum tendebat, ut peccata liberè, ac sine impedimento, ab hominibus (21) fieri possent, (22) siquidem homines arbitrio suo abuti, contraque Dei voluntatem peccare vellent. Verus, inquam, scopus & usus permissivi decreti non in ipsa peccati existentia, ne dum necessitate, sed in sola ejusdem possibilitate, seu facti libertate, consistit (23) debet. Hunc autem scopum hujus sui decreti, per solam creaturæ libertatis conservationem, revera Deus assequutus fuisset, etiamsi nullum unquam peccatum re ipsa extitisset. Porrò non frustra is decernit, qui verum decreti sui scopum assequitur. Sed nimirum tu alium huic decreto scopum assignas: videl. ut res permissa, seu potiùs permittenda, non modò auctori suo possibilis sit, seu liberè ab ipso fieri possit; sed etiam ut actu existat, & quidem necessariò existat: sive ut homines eam non modò præstare possint, absq; divino obstaculo, quoties ita placet; verum etiam ut certò, & infallibiliter, immò necessariò & inevitabiliter, eandem præstent. Qua quidem in parte dupliciter, uti jam vidimus, (24) principium petis: & simul aliquam tacitam (25) contradictionem involvis: ea videl. decreto permissivo hinc tribuens, quæ per naturam ipsi tribui non possunt: quippe quæ solius (26) efficacis, seu mavis effectivi, decreti omnino propria sunt: sicut ex antè dictis manifestum esse puto. Plura de permissione divina, si placet, apud Fr. Junium, in lib. de peccato Adami quæst. 2. cap. 2. item apud Fr. Suarez in Opusc. Theolog. de Concur. lib. 2.

18) *Etsi decretum permittendi non est causa efficiens ejus facti quod permittitur: tamen est causa efficiens ipsius permissionis. Ubi autem permissio est, ibi etiam est factum quod permittitur. Quomodo enim dici potest permitti illud quod non fit? Quippe hæc sunt relatæ, & proinde simul naturæ. Quum igitur Deus decreverit permittere peccata, necesse est ut illa fiant. Secus frustra decrevisset permittere.*

19) *At ego non dico, quòd Deus tantùm permittat ea quæ permittit: sed dico quòd illa ipsa etiam gubernet.*

20) *Immò eò spectabat: quia secus frustraneum fuisset: quum id quod re ipsa nõ fit, dici non possit permitti ut fiat.*

21. 22) *Quasi verò decreta Dei facta sint de rebus incertis!*

23) *Nego.*

24) *Nego.*

25) *Nego.*

26) *Non equipollent ista. nam omne quidem decretum Dei efficax est, quia certum sortitur eventum: at non omne Dei decretum effectivum est, h. e. decretum efficiendi, quo scilicet Deus decreverit ipse rem efficere.*

in hanc ipsam sententiam invenies, quæ opinioni tuæ velut è diametro repugnant.

S E C T I O C X X X I X.

Quomodo, & quando, peccatum in nobis revera expiatur.

P Ag. 133. in princip. dicit: Deum peccatores omnes constanter ac seriò punire velle: nisi peccata ipsorum per Christum Mediatorem, vera fide receptum, gratiosè expiantur.

N O T A P I S C A T O R I S.

Hoc perinde sonat, ac si peccata hominum tum demum expiantur, 1. quum fide Christum receperint. At Paulus dicit, *Christum pro nobis mortuum esse*, (hoc est, morte suâ peccata nostra expiâsse) *quum adhuc essemus peccatores*: hoc est, quum nondum 2. in Christum crederemus, Rom. 5. v. 8. Item, *Nos Deo reconciliatos esse*, (h. e. peccata nostra esse expiata) *per mortem filii, quum essemus inimici*, ibidem v. 10.

R E S P O N S I O V O R S T I I.

NOTA PISCATORIS.

1) Admitto explicationem.

I. (1) Homonymia hîc latet in phrasi illa generali, & indistincta, de peccatorum expiatione &c. Hæc enim *dupliciter* intelligi potest, immò debet: partim ut extra nos peragitur, h. e. respectu gratiæ Dei, & meriti Christi: seu gratiosæ destinationis, & oblationis, ex parte Dei; itemque meritorix impetrationis, vel acquisitionis, ex parte Christi: partim ut in nobis re ipsa perficitur, h. e. respectu realis perceptionis, & applicationis, seu fructuosæ possessionis, & usurpationis, ex parte nostra. *Priore* quidem modo fateor, expiationem illam jam olim per Christum factam fuisse, quum videlicet mortem pro nobis obiret &c. prout habetur in locis abs te citatis, Rom. 5. At *posteriore*, non item. De hoc autem posteriore solùm agitur in verbis meis: non de illo altero; juxta quem sanè fateri possemus factam esse expiationem peccatorum nostrorum, non modò antequam crederemus; sed etiam antequam mundus esset conditus: saltem priusquam nos nati essemus.

2. Adde, quòd respectu æternæ Dei præscientiæ, Christum Mediatorem verâ fide jam recepisse dici possunt, quicumque verè unquam in ipsum credituri sunt: licet iidem re ipsa nondum in ipsum credant. Quæ distinctio hîc certè à te repudiari jure non potest. Eademque, cum superiore conjuncta, non leviter hunc locum illustrare potest. Id enim præcipuè hîc agitur, ut ostendatur, Deum nemini adulto peccata re ipsa condonare decrevisse, nisi qui J. Christum verâ fide receperit &c. Act. 4. & 10. & 13.

& 10. & 13. &c. siquidem per hunc solum, vera fide receptum, peccata re ipsa expiantur. Fit quidem expiatio ista per Christum dupliciter: partim acquisitivè, ac meritoriè, extra nos; partim efficaciter, & applicativè, intra nos. At posteriore demum modo expiatio re ipsa in nobis peragitur: ita videl. ut nos eam efficaciter sentiamus, ac re ipsa possideamus: Sive ut ipsum fructum, & effectum, meritoria illius expiationis percipiamus: atque ita demum, per fidem in Christum re ipsa justificati, pacem cum Deo habeamus &c. Vide etiam, quæ suprâ de purificatione cordis, deq; pacificatione conscientia, per fidem in Christum, in eandem fere sententiam allata fuerunt. Sect. 88. Unde hæc materia non nihil saltem illustrari poterit.

S E C T I O C X L.

An, & quatenus, homo in conversione sui Deo cooperetur.

P Ag. 153. sub finem dicit: Deum nihil in Evangelio, tanquam ad salutem præcisè necessarium, à nobis exigere, quod non, ipso nos excitante, instigante, & perpetuò juvante, præstare tandem possimus; nisi nobis ipsi deesse velimus.

N O T A P I S C A T O R I S.

Hic statuit, hominem Deo in conversione 1. sui cooperari: ac proinde habere vires ad bonum: quippe qui, si sibi desit, id est, non cooperetur, 2. non etiam convertatur. At Paulus fidelibus Philippenfibus 3. dicebat: *Deus est is, qui efficit in vobis, & ut velitis, & ut efficiatis.* Phil. 2. 13.

R E S P O N S I O V O R S T I I.

I. (1) Non statuo certè, prout tu suspicari hic vidèris, hominem peccatorem ex semetipso, sive ex propria Naturæ facultate, in conversione sui Deo cooperari: aut vires aliquas, ad bonum spirituale vel incipiendum, vel perficiendum, à semetipso habere. Quin contrà potius indubitanter credo, (quod & suprâ Sect. 110. &c. non semel exposui) ejusmodi hominem, quippe peccati servum, immò in peccatis mortuum, Joh. 8. Eph. 2. &c. (quatenus & quamdiu talis manet) ad actiones salutares vel inchoandum, vel promovendum, ex sese penitus ineptum esse: adeoq; universam bene agendi facultatem soli gratiæ divinæ, in Christo nobis exhibitæ, in solidum adscribendam esse: quippe sine qua nec velle, nec perficere, quidquam boni possumus. Joh. 15. Phil. 1. & 2. &c. Interea hoc quoque statuo, eundem hominem, aliter consideratum, hoc est, à salutari Dei gratia jam aliquatenus *præventum* (puta in mente illustratum, in corde

N O T A E P I S C A T O R I S.

1) *At certè verba tua aliud præ se ferunt. Opponis enim inter sese Deum juvantem & hominem cooperantem.*

- 2) Homo in conversione sui non cooperatur Deo: sed solus Deus conversionem efficit juxta illud, *Convertite me, & convertar*, Jer. 37. v. 18.
- 3) Scilicet posteaquam jam conversus est: non autem in ipsa sui conversione.
- 4.5) Falsa hypothesis: quasi conversio homini fiat per partes & per gradus. At illa fit in momento: quum sit ipsa voluntatis mutatio.
- 6) Nempe jam conversus.
- 7) At ista actiones non sunt partes conversionis, sed effecta.
- 8) At una & eadem res, respectu unius ejusdemque actionis, non potest habere rationem & subjecti sive objecti, & instrumenti.
- 9.10) Falsa hypothesis: quasi conversio hominis fiat per partes.
- motum, inq; affectibus non nihil immutatum) Deo (2) in conversione sui verè cooperari: (3) jamq; vires aliquas, ad bonum spirituale perficiendum, revera habere: non quidem à seipso, aut sua ipsius Natura, (quæ Pelagiana, vel Papistica, synergia esset) sed ab illa ipsa præveniente Dei gratia, quæ bonum opus in nobis & inchoat, & promovet, tandemq; perficit. Sed tamè ita in nobis hæc omnia agit, ut non sola semper opus continuet, nec absq; nobis perficiat. Cooperatio igitur hæc nō ad (4) initium conversionis, aut qualemcunq; operis *διὰ θεοῦ*; sed ad (5) integrum ejusdem *ἐπιτέλεσμα*, prudenter referri debet. Nihil enim aliud hîc volo, quàm quod saniores omnes Theologi fatentur, hominem à gratia Dei actum, suo etiam ordine ac loco verè agere: nec tantum passivè à Deo converti, sed etiam activè ad Deum sese convertere: deniq; non modò virtutem Dei operantem in se sentire, sed eidem quoque liberè consentire: atq; ita non præviâ, sed pedissequâ, nō ducente, sed comitante voluntate, (ut Augustinus alicubi Epist. 106. non in scitè loquitur) unâ cum gratia Dei ad perficiendam sui conversionem concurrere. Non enim totum conversionis opus absolvitur, quin Deus simul & homo hîc aliquid operentur: non quidem ut causæ collaterales, sive eodem gradu juxta se invicem collocatæ; sed tamen ut subalterna, vel subordinatæ: quippe quarum una principalis est, altera ministra, sive instrumentalis. Virtus quidem bene agendi tota est à sola Dei gratia: & illâ mediante actio quoq; ipsa eidem gratiæ transcribi debet. Interim ipsa conversio activa proximè atq; immediatè ab homine proficiscitur. Is enim est, qui peccata sua propriè (6) agnoscit, confitetur, deplorat, veniam eorum petit, in Christum credit, vitam emendat &c. (quorum nihil certè in Deum, formaliter loquendo, cadere potest) tametsi idem hæc omnia, & singula, non à seipso, sed à gratiâ Dei actus, & impulsus, efficere solet. Hæc vera demum verborum meorum sententia est: sicut ex ipsa eorum occasione, ac continuatione, satis apparet.
2. Huic autem sententiæ non modò recta Ratio favet, sed & ipsa Scriptura, & purioris Ecclesiæ consensus. 1. Etenim Ratio clamat, (7) actiones istas sine hominis assensu, ac cooperatione, perfici nunquam posse. Item, hominem non modò passivum conversionis *subjectum* esse; sed & (8) *instrumentum* ejus activum, & quidem verè liberum: eoq; non prius à Deo re ipsa converti, quàm ipse operanti Deo resistere desinat, & voluntario assensu sese convertat. Denique, gratiam Dei fore mutilam, & inefficacem, si tantum passivum operationis suæ *sensum*, & non simul activum voluntatis *consensum*, ac cooperationem, in homine produceret: quia hoc pacto conversio tantum (9) inchoaretur, non autè (10) perficeretur.

ficeretur: sicut ex plena ejusdem definitione patet. 2. *S. Scriptura* verò talem ordinem, modumque, conversionis passim describit, qui liberam cooperationem hominis, jam à gratia sufficienter præventi, planè hinc necessariam esse, clarè demonstrat. Nam & usum voluntarium ac pium quorundam mediorum, à Deo præscriptorum, ante actualem conversionem in nobis exigit, puta piam verbi (11) auditionem, ac (12) meditationem &c. Act. 2. & 3. & 16. &c. Rom. 1. & 10. &c. Quod sine assensu, ac cooperatione nostra, fieri nequit. Et multos (13) sufficiente gratia instructos olim fuisse docet, qui tamen re ipsa conversi non fuerint: eò quòd oblata gratiæ restiterint; aut eandem securè neglexerint; denique cooperari eidem noluerint: Esa. 5. & 48. & 65. Ezech. 12. & 18. &c. Matth. 23. Joh. 5. Act. 7. & 13. &c. prout antea, non uno loco, prolixè fatis (14) ostendi; præsertim ex iis Spiritus S. dictis, ubi divinæ optationes, expectationes, exprobrationes, similesque patheticæ loquendi formulæ, nobis proponuntur. Sed præ cæteris maximè huc facit, quòd Deus in verbo suo ea penè omnia nobis facienda præcipit, quæ ipse ad conversionem nostri facturum se promittit. V.g. *Ut corda nostra circumcidamus*: quæ ipse alibi circumcisurum se pollicetur, Deut. 10. & 30. Jerem. 4. &c. *Ut nova corda nobis faciamus, animosque nostros ad justitiam ac pietatem inclinemus*: quod ipse interim facturum se sæpius spondit, Ezech. 18. & 36. Prov. 2. & 22. &c. *Ut leges Dei cordibus nostris inscribamur, sive insculpamus*: quod ipse alibi suum opus fore promittit, Prov. 3. & 7. &c. Jer. 31. *Ut à morte, vel somno, peccatorum resurgamus, inque nova vita ambulemus, seu novum hominem induamus, item ostium cordis aperiamus, denique nos toto animo ad Deum convertamus &c.* Ephes. 4. & 5. Rom. 6. & 12. Apoc. 3. Joël 2. &c. Quæ omnia ipse passim per verbum & spiritum suum in nobis effecturum se recepit. Hinc enim liquet, homines ista omnia, non quidem à seipsis, vi solius præcepti, & nudæ doctrinæ, (quod Pelagianum foret) sed tamen virtute gratiæ divinæ, sufficienter ipsos prævenientis, aliquatenus præstare posse: (15) nec antè re ipsa converti, quàm eidem gratiæ liberè cooperentur, & actiones à Deo imperatas (saltem internas, & conversioni essentielles) per eandem Dei gratiam libenter exerceant &c. Plura id genus alia brevitate studio hinc omitto. 3. De consensu porrò veteris Ecclesiæ nemo hinc dubitare potest, qui non nihil in lectione Patrum versatus est. Nam ad eò synergiam hominis, à Deo jam vocati, & excitati, isti urgere solent, ut etiam modum subinde excedere videantur: prout à nostris passim annotatum videmus. De Neotericis Ecclesiis, ex verbo Dei Reformatis, idem videre licet in Harmonia confessionum: præsertim in confess. August. Art. 18. & Helvet. Post. cap. 9. &c. Denique fatentur omnes Ecclesiæ Dd.

11. 12) *At ista non sunt partes conversionis: sed causa sine quibus non.*

13) *Imò ubi sufficiens gratia est ad conversionem, ibi conversio necessariò efficitur. Nec in locis allegatis affirmatur, illos de quibus ibi sermo est, sufficiente gratia fuisse instructos.*

14) *Et ego vicissim ostendi: ubi est sufficiens gratia, ibi necessariò efficitur conversio.*

15) *Imò non antè cooperantur gratia Dei, quàm ex gratia fuerint conversi.*

re ipsa, in quotidiana S. Ministerii praxi, hominem à Deo præventum, & efficaciter actum, eidem cooperari & posse, & debere: quatenus ad hoc ipsum faciendum auditores suos variis argumentis incitare solent. Quis enim est, qui frustra & temere illos hoc facere non videat, si cooperationem illam, quam dixi, aut impossibilem, aut non necessariam esse, crederent? Ita ut tacitum, simul & expressum, Ecclesiæ consensum impugnet; adeoq; totum ferè S. ministerii usum apud irrogenitos, sive (16) nondum plenè conversos, re ipsa aboleat, qui synergiam hanc, ita modificatam, præcisè negare, vel oppugnare, in animum induxerit.

3. Neq; verò huic sententiæ contradicit, sed apertè potiùs astipulatur, Apostolus in loco Phil. 2. Dum enim ait, *Deum in nobis operari & velle, & perficere &c.* non significat, Deum hæc ambo in nobis aut invitis, aut prorsus ociosis, efficere; aut seorsim hæc in nobis per se (17) solum operari, absq; omni voluntario (18) assensu, ac cooperatione nostra; aut denique per (19) vim irresistibilem nobis ista infundere &c. Sed rem quidem utramque, quam Deus in nobis operatur, ita exprimit, ut interim modum à me suprà positum non neget: neque contrarium aliquem modum asserat. Quin potiùs & hortatio ipsius, de salute cum timore ac tremore procuranda &c. & ratio hortationi statim subiecta, clarè demonstrant, talem ab ipso gratiæ divinæ operationem in nobis agnosci, qualem ego cum plerisq; Dd. agnosco: h. e. quæ initio quidem sensum merè passivum in nobis efficiat; mentem scilicet illustrando, ad cor pulsando &c. in progressu verò liberum consensum, & similem voluntatis nostræ cooperationem, omnino requirat: sicut ex ipsa loci analysi manifestum esse credo. Id enim agit Apostolus, ut Philippenses, jam antè ad fidem Christi conversos, in cursu veræ pietatis confirmet, inq; sancto & salutari Dei metu retineat: argumento inter alia sumto à promissione divinæ gratiæ: quam ipsi non minùs, absente jam Apostolo, sensuri essent, (modò sibi ipsi non deessent) quàm antea, illo ipso præsentè, & Evangelium ministrante, efficaciter sensissent. Atqui nulla hujus hortationis utilitas, aut energia foret, si Philippenses huic divinæ gratiæ (20) cooperari aut non potuissent, aut necesse non habuissent. Nec ulla timoris, ac tremoris, quem Apostolus ipsis inculcat, vel necessitas, vel etiam probabilis ratio, dari posset, si Deus solus, hoc est, seorsim absq; nobis, & irresistibili quadam virtute, non tantùm initium conversionis, sed & progressum ejusdem, & continuum cursum (prout tua (21) fert sententia) in nobis operaretur. Quin potiùs, sublata illâ, quam ego cum plerisq; Christianis Dd. hîc statuo, cooperandi potentiâ, immò & necessitate, continuo tollitur universa talium hortationum efficacia, simulq; vera metuendi, vel salutem

16) Falsa hypothesis: quasi conversio fiat per partes.

17) At manifestum est, hic esse tacitam antithesin. Deus est is, qui efficit in vobis &c. q. d. Non autem vos ipsi estis illi qui hæc efficiatis.

18) At hunc ipsum assensum Deus in homine efficit.

19) Certè Deo operanti & convertenti hominem, homo resistere non potest.

20) Sanè jam conversi, poterunt cooperari.

21) Hoc mihi falsò attribuis.

salutem

salutem cum pio metu procurandi, necessitas. Quid enim ineptius ista hortatione foret, si quis ita dicat: Sollicitè nobis, cumq; pio timore, salutem procurandam esse, quia Deus solus, absq; nobis, sive absq; omni cura & studio nostro, & quidem irresistibili quadam vi, non in principio tantum, sed etiam in toto progressu, eam sit operaturus? Annon hæc ratio hortationem ipsam verè enervaret? & contrariam potius securitatem, ac desidiam, Apostolo tantopere exosam, nobis ingeneraret? Vides igitur, tantum abesse, ut locus iste sententiæ meæ adversetur, ut eandem potius egregiè confirmet: si modò ipse ex Apostoli scopo, & cæteris circumstantiis, dextrè accipiatur. Atq; hæc de synergia ista, verè Christiana, jam tandem sufficient.

S E C T I O C X L I.

De vero scopo Apostoli in cap. 9. Epistolæ ad Romanos.

P Ag. 69. falsum affingit 1. scopum disputationi Pauli Rom. 9. Verus autem scopus est, occurrere scandalo, quod tum oriebatur ex incredulitate Judæorum. Hoc facit, dum ostendit, 2. incredulitatem illorum pendere à prædestinatione Dei.

R E S P O N S I O V O R S T I I.

1. Initiò nimis hîc durè loqueris, clarissime vir, dum me falsum Apostolo scopum (1) affingere dicis. Fingit enim, propriè loquendo, (præsertim in his talibus) qui præter mentem suam loquitur. Et falsum aliquid alteri affingit, qui mentem ejus sciens prudens pervertit, aut verba ejus aliter accipit, quàm ipsum hæc accipi velle certò noverit. Atqui horum nihil ego hîc facio, (Deus testis est) sed simpliciter eum Apostoli scopum esse dico, quem in veritate esse credo: h. e. quem ex totius Apostolici contextus *σωτηρία*, (neque semel, neque segniter, à me expensa) verum illius scopum esse, planè persuasus sum. Saltem igitur civilius, ac paulò leniùs, hîc tibi loquendum erat. Quid enim, obsecro, in verbis meis occurrit, unde fictionem illam meam, quam dicis, vel in speciem demonstrare possis? Dico illic, Apostolum potissimum in eo esse, ut *justitiam & salutem æternam, non ex hominis volentis, aut currentis, arbitrio; neq; ex imaginaria operum nostrorum dignitate, ac merito; nedum ex carnali aliqua generis, quamvis sanctissimi, cognatione, aut simili aliqua carnis prerogativa, (quibus rebus Judæi tum maximè nitebantur) sed ex pura Dei, per Christum miserentis, & doniq; in Evangelio declarata, simpliciter pendere ostendat &c.* Atque hoc de precipuo Apostoli scopo intelligi volo. A quo tamen alterum minus principalem non excludo: quippe de quo statim hæc verba subjicio: Ut autem ea-

NOTÆ PISCATORIS.

1) Quum dixi, te falsum affingere scopum disputationi Pauli Rom. 9. hoc tantum dictum volui: scopum quem tu disputationi illi attribuis, falsum atq; fictivum esse: sive tu illum pro vero habeas, sive non. Scopum autem illum esse falsum, probo ex eo, quia verus est is demum quem ego indicavi. Cujus scopi veritatem clarè demonstravi in mea analysi illius epistolæ, in argumento illius capituli: ubi studiosus lector poterit videre.

dem opera varias Judaeorum objectiones &c. efficacius refellat: idcirco liberrimam Dei potestatem, tum in ira, & potentia, adversus incredulos exercenda, tum in gratia erga credentes ostendenda, citra omnem prorsus injustitiam dominari demonstrat &c. An hoc est falsum Apostolo scopum hinc affingere? Annon potius universum caput, absq; praedjudicio perlectum, apertissime clamat, Apostolum revera id ipsum tantum agere, quod jam modò dixi? id verò, quod tibi contra placere significas, ab ejusdem proposito alienissimum esse? Nam si principalem hujus capituli scopum spectemus, is sane idem est, qui totius Epistolae: sicut inde à *ψ. 6.* & deinceps legenti, & speciatim conclusionem hujus capituli *ψ. 30.* &c. perpendenti, manifestum esse potest. Atqui hunc ipsum scopum prior illa verborum meorum pars disertè satis exprimit. Sin accessorium alterum consideremus, qui velut incidenter, ex occasione Judaicarum responsionum, Apostolo hinc propositus fuit, is certè *ψ. 14.* & seqq. ita luculenter exponitur, ut nullo colore negari possit: quippe quem ipse Apostolus, objectiones illas carnis accuratè refellendo, & assequi studuit, & re ipsa assecutus fuit. Atqui hunc posterior verborum meorum pars non obscurè declarat. Itaq; denuò scire velim, qua tandem ratione, aut rationis specie, fictionem illam, quam mihi tribuis, probare te posse arbitraris.

2) Rationes illas videre poterit lector in loco modò indicato.

3) Nego, quia Apostolo ibi res est cum piis: at illi acquiescunt in voluntate Dei ipsis patefacta, tanquam justa & sancta.

4) Nequaquam. Non magis quàm Judam à proditoris culpa absolvit, quòd prodidit Christum definito consilio & decreto Dei, Act. 2. v. 23.

5) At non sequitur, Deus est author incredulitatis Judaeorum: ergo est illius author unicuique. Deinde nec hoc sequitur: Deus est author illius incredulitatis: igitur est illius author quatenus illa habet rationem peccati. Est enim illius author, quatenus habet rationem poenae.

2. Deinde non satis certè habere debebas, sententiam tuam, de alio quodam Apostoli scopo &c. nobis simpliciter ac nudè hinc exponere: Sed (2) rationibus eandem confirmare te oportebat. Scimus quidem, Apostolum hinc occurrere scandalo, ex Judaeorum incredulitate tunc oborto. Sed eo modo ipsum huic scandalo occurrere, quem tu obiter hinc explicas, id verò credibile non est. Quin ita scandalum potius (3) auxisset Apostolus, quàm minuisset, si Judaeorum incredulitatem à Dei praedestinatione pendere dixisset: h. e. si Judaeos illos ad incredulitatem non minùs, quàm ad aeternum exitium (ut tua habet opinio) praecisè & absolutè olim à Deo praedestinos esse &c. quoquo modo docuisset. Nam quid re ipsa hoc aliud fuisset, quàm Judaeos quidem à vera incredulitatis culpa prorsus (4) absolvere: Deum verò tum incredulitatis, tum omnium ex ea sequentium scandalorum, & verum, & (5) unicum auctorem constituere? Negabis tu, fat scio, hoc posterius ex illo priore consequi. At quid prodest, verbis illud ipsum negare, quod re ipsa palàm asseras? Quomodo enim, quaeso, incredulitas ista, juxta sensum tuum, pendet à praedestinatione Dei? Annon ut effectum à sua vera causa? Alium certè modum, si quidem constare tibi velis, afferre nunquam poteris. Immò hunc modum ipse jam alibi sapius expressisti. Etenim in *Disputat.* tua contra Schaafm. palàm scribis, principem incredulitatis causam esse Reprobationem: sicut

sicut princeps fidei causa sit Electio. pag. 86. Item, Incredulos reprobos huc constitutos esse à Deo, ut ad sermonem offendant, pag. 40. h. e. te interprete, ne credant &c. Et alibi tueris hasce theses D. Ravenspergeri: Decretum Reprobationis esse causam incredulitatis: irem, Deum impedire reprobos, ne credant, sicq; causam incredulitatis ipsorum esse &c. pag. 69. & 72. in Disputat. H. Ravensp. Hem (6) sententias! Qui igitur hanc dependentiam effectivam (ut sic vocemus) inter incredulitatem, & Reprobationem, clarè agnoscit, an non idem Deum incredulitatis (7) auctorem re ipsa constituit? præsertim si ipse agnoscat, (prout tu facis contr. Schaafm.) causam causa inferioris etiam esse causam effecti communis? Nam si Reprobatio est causa incredulitatis, (ut ais) certè Deus, qui illius causa est, etiam hujus causa erit, ex sententia tua. Argumentum hoc prorsus irrefutabile est. Porrò quisquis hoc ipsum ita statuit, ut dictum est, annon is summâ contumeliâ Deum (8) afficit? & annon incredulos ab omni vera incredulitatis culpa (9) liberat? sicq; tandem veram pietatem, ac Religionem omnem, consequenter (10) evertit? Cogitabis igitur de his absurdis amplius: quia digna cogitatu sunt quàm maximè.

Faxit autem ipse Deus, ut (11) blasphemias istas, aliasq; omnes, non verbis tantùm detestemur, sed & re ipsa prorsus aversemur: contraq; in salutari D. N. J. Christi cognitione, veræq; pietatis indefesso studio, quotidie magis magisq; proficiamus: idq; ad Dei, Christiq; ipsius gloriam, & salutem animarum nostrarum æternam, Amen.

6) Nempe iudicio rationis humana absurdas: at interim veras: ut qua fundata sint in testimonio verbi Dei.

7) Vide num. 5.

8) Nego. quia sic fatendum esset, Spiritum S. afficere Deum cõtumelia, dum hoc de illo tradit in scripturis.

9) Nequaquam. Vide n. 4.

10) Minimè. quin potius eam stabilit, dum humiliter acquiescit in doctrina verbi Dei, ut illa iudicii rationis humana offendat.

11) Ita tamen ut retineamus doctrinam veram, unde tu blasphemias istas falsò deducis.


EPILOGUS.

ATque hæc quidem Dominus Deus hucusque dedit, quæ tecum, Vir Clarissime ac Reverende, super Notis tuis amicè conferrem. Eventum dabit idem ille neutri pœnitendum, si modò nos officium porrò fecerimus: h. e. cœlestem Veritatem ex solo ipsius Verbo, diligenter secum collato, tum discere, tum docere, piè perrexerimus: eoq; fine Amicam hanc Collationem, in ipsius nomine inceptam, religioso ac simplici studio, professioni scilicet nostræ congruente, deinceps absolverimus. Ego conatum hîc quidem ostendi. Et sanè in ista Collatione puto me sic tecum egisse, uti mecum agi vellem: h. e. candidè, placidè, modestè. Nam servare hîc studui sanctissimum D. N. J. Christi præceptum, quo facere aliis ea jubemur, quæ nobis fieri ab aliis cuperemus. Matth. 7. Veritatem quidem ingenuè, uti par erat, ubique inquisivi: & eandem, jam meo iudicio inventam, studiosè defendi: eaq; occasione dictis tuis interdum acriusculè obfuti: præsertim in materia divinæ præde-

stinationis, ejusque annexis: in qua periculosè admodum errare mihi videris. Sed neq; convicium, aut scomma ullum, vel minimum, in te conjeci: neq; dicta tua, sciens quidem prudens, uspiam sophisticè detorsi: neque aliud quidquam, nisi forte ex simplici ignorantia, (cui omnes hîc obnoxii sumus) Christiano disputatore indignum admisi. Tuum jam vicissim est, eandem erga me pietatem, æquitatem, ac mansuetudinem, in respondendo exercere: immò tanto illustriora harum similiumque virtutum documenta nobis re ipsa præbere, quanto & ætate, & doctrinâ, rerumque usu, te superiorem esse constat. Nulla quidem honestior, aut sanctior, contentio inter nos suscipi potest, quàm si charitate, candore, lenitate, ac modestia, invicem superare certemus. Nec uspiam clariùs, quàm in isto talium virtutum certamine, ostendi potest, quid uterque in Schola Christi profecerimus: ubi præcipua, immò unica, discipulorù tesfera est charitas ἀνυπόκριτος, Joh. 13. A cujus certè ingenio alienum est, quidquid odiù adversus homines, aut fratrum contemptum, aut iracundiam, aut malevolentiam ullam sapit. Frenemus igitur hîc semper quàm maximè affectus nostros: præjudicia omnia deponamus: nosq; utrinque homines esse meminerimus: eoque tum errantibus amicè subveniamus; tum errores eximi nobis æquo animo feramus: denique Deum alteri pro alteris supplices oremus, ut ipse, cujus hîc gloria agitur, & sine cujus gratia nihil boni aut velle, aut efficere possumus, animos verè humiles, ac dociles, assiduè largiri nobis dignetur: quibus instructi tum Evangelii veritatem, tum Ecclesiæ pacem, pro virili nostra promoveamus. Amen.

F I N I S.


A D M O.



ADMONITIO

AD LECTOREM.

Quod numeri sectionum in hoc exemplari numeris Vorstianis non per omnia respondent: inde accidit, quod ego in exemplari Vorstiano ad numeros illius, qui a meis in quas exacte notas meas priores distribui, discrepabant, numeros meos in margine apposui: corrector vero, quum illos in margine commodè collocari, propter ipsas marginales notas meas, non posse videret: in locum numerorum Vorstianorum eos reposuit. Ut autem lector ex hac diversitate se possit expedire: utrosque numeros in subjecto indice conjunximus; ita ut numerus prior referatur ad exemplar Vorstianum, posterior vero ad exemplar præsens. Præterea de hoc quoque monendus es, amice lector: quod numeri sectionum, quorum mentio fit in ipsa collatione Vorstii, referantur ad exemplar Vorstianum: quorum vero mentio fit in notis marginalibus, ad exemplar præsens. Numeros quoque paginarum in hoc indice notatus, ad præsens exemplar pertinet.



INDEX SECTIONUM
TOTIUS COLLATIONIS.

Sect.

Pag.

1	A n notitia Dei aliqua sit in bestiis: & quomodo hæc Deum nobis indicent.	5
2	De nomine Jehovah: an scilicet Angelis interdum in S. Scriptura tropicè tribuatur.	6
3	De nomine Adonai, & Adoni, ex Psal. 110.	9
4	An voluntas Dei à promissione verè differat. Item an illa aliquando conditionata sit, præsertim in negotio salutis, & damnationis.	10
5	An præcepta Dei aliquando ab ejusdem voluntate verè differant. Item de desiderio & optatione Dei, quoad conversionem & salutem nostram &c.	16
6	An Deus aliquo modo peccata velit à nobis fieri.	23
7	Iterum de voluntate Dei conditionata &c.	24
8	De voluntate Dei antecedente, & consequente.	25
9	De insolita quorundam conversione ad Deum.	30

hb

I N D E X.

Sect.		Pag.
10	<i>An precepta Dei cum voluntate ejusdem revera unquam pugnent.</i> <i>Ubi de Abrahamo, Pharaone &c.</i>	31
11	<i>Iterum de desiderio Dei, & voluntate conditionata.</i>	35
12	<i>De immutabilitate Dei quoad decreta, seu voluntatem ad extra.</i>	37
13	<i>An de voluntate Dei semper ex eventu judicandum sit &c.</i>	38
14	<i>An, & quatenus, Deus sententias suas interdum mutet.</i>	43
15	<i>An omnia, quae in mundo fiunt, ab aeterno absolute à Deo praefinita sint ad unam oppositorum partem.</i>	45
16	<i>An Deus aliquid injustum unquam velit. Et an omnis voluntas Dei sit nobis pro regula justitiae habenda.</i>	47
17	<i>An peccata fiant Deo procurante, & omnino fieri volente.</i>	49
18	<i>An gratia Dei salutifera sit conditionalis, & quatenus.</i>	52
19	<i>An, & quatenus, salutaris Dei gratia omnibus hominibus offeratur.</i>	53
20.21	<i>De duplici Dei misericordia erga peccatores, ejusq; vero discrimine.</i>	56
22	<i>Cur justitia fidei dicatur in S. literis justitia Dei.</i>	59
23	<i>An Deo tribui possit officium, & quatenus.</i>	60
24	<i>An Deus aliquid injustum unquam velit.</i>	61
25	<i>An Deus in omnibus judiciis suis clemens sit, & quatenus.</i>	62
26	<i>An Deus totum genus humanum ad salutem in Christo vocet: & qua- tenus hunc pro omnibus in mortem tradiderit.</i>	64
27	<i>Expectatio, & dolor, an & quatenus Deo conveniant.</i>	67
28	<i>De objecto irae divinae. Et an poena cuiquam certo decernatur à Deo, an- te praeviam culpam.</i>	69
29.30.31	29.30.31. <i>Iterum de nomine Jehovah: An etiam idolis interdum, & praesertim An- gelis, in Scriptura tribuatur.</i>	71
	32.33	
32	34. <i>De nomine Elohim: An interdum pluraliter in Scriptura de Deo usurpe- tur: sive an pluralitatem personarum in Deo designet.</i>	75
33	35. <i>De voce Saggi: utrum speciale nomen, an potius attributum Dei signi- ficet.</i>	77
34.35	36.37. <i>An, & quatenus, vox corporis de Deo usurpari possit.</i>	ibid.
36	38. <i>An Deus caput omnium rerum juxta Scripturam vocari possit.</i>	80
37	39. <i>An, & quatenus, decreta Dei aeterna sint.</i>	81
38	40. <i>De simplicitate Dei: & an ulla compositio in Deum cadat.</i>	84
39.40.41	41.42.43. <i>De immensitate, & omnipraesentia Dei, praesertim essentiali.</i>	86
42	44. <i>De beata Dei visione in futuro seculo: sive, an Deum olim nostris oculis visuri simus.</i>	94
43	45. <i>Quomodo Deus in Christo esse, aut fuisse, dicatur, de q; phrasi quadam huc pertinente.</i>	95
44	46.47. <i>Quo sensu Deus dicatur fons vitae, item Deus spirituum omnium carnis &c.</i>	96
		45.46.47

I N D E X

Sect.	Pag.
45.46.47	48.49.50 De deitate Christi: deq ³ formulis quibusdam loquendi de Christo. 98
48	51 An juxta Scripturam rectè dicatur, patrem in filio habitare, & contra. 102
49	52 An locus Johannis 3.34. de solo Christo agat: & quatenus etiam discipulis Christi aptari possit. 103
50	53.54 De genuino sensu duorum insignium sacrae Scripturae locorum: nempe Coloss. 1.19. & cap. 2.9. 104
51.52.54.	55.56.58. De vocibus & phrasibus quibusdam humanis, aut ambiguis, maxime circa personam Christi. 108
55	59.
53	57 An sola Christi mors sit meritoria salutis nostrae causa. 109
56	60 An peccata fiant ex absoluto Dei decreto. 110
57	61 An diversa scientiae Dei objecta coram Deo aequè clara sint. 113
58	62 An decretum Dei efficax, unica sit causa certae futurorum omnium praescientiae in Deo. 114
59	63 An Deus aliquid extra se agat ex absoluta naturae suae necessitate: & speciatim, an peccatores ex eadem ista necessitate puniat. 116
60	64 De vero sensu loci 1. Corinth. 15.28. Deus erit omnia in omnibus. 118
61	65 An Deus peccata à nobis fieri revera velit. <i>ibid.</i>
62	66 An sit aliqua in Deo inefficax voluntas, seu velleitas, & simplex complacentia. 120
63	67 An omne Ens, quò Ens, bonum sit. 122
64	68 An Deus ipsa peccata aliquo modo procuret. 123
65	69 De voluntate beneplaciti, & signi. 125
66.67.68	70.71.72. De aliis quibusdam distinctionibus voluntatis Dei, jam supra plenius expositis. 127
69	73 Iterum de loco 1. Timoth. 2. versu 4. Vult Deus omnes homines salvos fieri, &c. 128
70	74 De vero modo conversionis nostrae ad Deum. <i>ibid.</i>
71	75 An quidquid Deus ullo modo vult, idem re ipsa fiat. 130
72	76 Iterum de voluntate Dei antecedente & consequente. 131
73	77 Iterum de oblatione Isaaci, quae Abrahamo praecepta fuit. 132
74	78 An omnis Dei voluntas actu impleatur. Ubi iterum de pugna voluntatis ac praecepti divini. 133
75	79 De variis Dei praefinitionibus, deq ³ immutabilitate voluntatis divinae. 135
76	80 An omnia, quaecunq ³ fiunt, respectu Dei necessario fiant. 138
77	81 An, & quomodo, decreta Dei, & quidem omnia, aeterna sint. 139
78	82 De loco Rom. 11. v. 36. In ipsum sunt omnia. 140
79	83 An, & quatenus, dominium Dei sempiternum sit. 141

I N D E X.

Sect.	Pag.
80 84	<i>An, & quatenus, decretum Dei aliquod conditionale dici possit.</i> 142
81 85	<i>Iterum de loco 1. Tim. 2. v. 4. Vult Deus omnes homines salvos fieri.</i> 143
82 86	<i>An Evangelium haecenus ubiq₃ praedicatum sit.</i> 144
83 87	<i>De sufficientia mortis Christi: sive an, & quatenus, Christus pro omnibus hominibus mortuus sit.</i> 145
84 88	<i>An cultus N. T. plane spiritualis dici possit.</i> 147
85 89	<i>De causa indurationis, vel excæcationis impiorum.</i> 148
86 90	<i>De vasis iræ, ac misericordiæ, Rom. 9. quænam utraq₃ sint.</i> 149
87 91	<i>An status utrorumq₃ vasorum, iræ videl. ac misericordiæ, in hoc seculo prorsus immutabilis sit.</i> 152
88 92	<i>An rectè dicatur, peccata per fidem in Christum expiari.</i> 155
89 93	<i>An Deus omnes homines ad ipsa peccata destinaverit: & quidem ideo, ut justitiam, & misericordiam suam, in ipsis exerceret.</i> 156
90 94	<i>An bestia aliquatenus peccare, eòq₃ pœnam aliquam analogam promereri dici possint.</i> 161
91 95	<i>An, & quatenus, Christus totus olim fuerit in potestate Patris.</i> 163
92 96	<i>An per Deum stet, quò minus impii in Christum credant, & salvi fiant.</i> 164
93 97	<i>De potestate Dei in remittendis peccatis absq₃ punitiõne.</i> 167
94 98	<i>An peccata pœnis interdum graviora esse possint.</i> 168
95 99	<i>Iterum de loco Ezech. 33. Nolo mortem peccatoris & c.</i> 170
96 100.101	<i>Iterum de oblatione Abrahami: an scilicet, & quatenus, re ipsa effecta fuerit.</i> 171
97 102	<i>An Deus revera velit peccata à nobis fieri: de q₃ loco Psal. 5. Non es Deus volens iniquitatem & c.</i> 172
98 103	<i>De duplici mercede, debitâ scil. & gratuitâ, ex loco Rom. 4. v. 4. 5.</i> 174
99 104	<i>An Deus in justificando homine credente aliquid de jure suo remittat.</i> 175
100 105	<i>De duplici odio Dei erga homines, & vero utriusq₃ objecto: præsertim de vero sensu loci Rom. 9. v. 11. & c.</i> 177
101.102 106.107. 108	<i>De gradibus quibusdam divinæ φιλαυθροπίας: sive an, & quatenus, Deus omnes homines ad salutem amet & c.</i> 181
103 109	<i>De Electis, & Reprobis, quinam sint: Et speciatiim, an, & quatenus, soli credentes in S. literis Electi dicantur.</i> 185
104 110	<i>An, & quatenus, salutaris Dei gratia omnibus hominibus in N. T. offeratur.</i> 188
105 111	<i>An Christus, etiam qua homo est, unigenitus & proprius Dei filius rectè vocetur.</i> 190

I N D E X.

Sect.	Pag.
106.107 112.113	<i>Iterum de generali Dei φιλανθρωπία, seu communi gratia & salutis in Christo oblatione.</i> 191
108 114	<i>De perseverantia Sanctorum, deq₃ potentia deficiendi, seu libero ipsorum arbitrio ad peccandum.</i> 194
109 115	<i>An Deus aliqua fieri velit, quae re ipsa non fiunt: & num omnia futura simpliciter ad unam partem ab aeterno praefiniverit.</i> 196
110 116	<i>De gratia Dei sufficiente, deq₃ libero hominis arbitrio ad bonum: An scilicet, & quatenus, in nondum conversis esse id possit.</i> 198
111 117	<i>An, & quatenus, spes, sive expectatio, Deo proprie ac verè tribuatur.</i> 200
112 118	<i>Iterum de Electis, quinam sint: & speciatim, an actualis Electio fidem precedat, an consequatur. Item, an, & quatenus, Electos aliquando Deus oderit.</i> 202
113 119	<i>An, & quatenus, Electi interdum filii irae, & contumaciae, dici possint.</i> 206
114.115.116 120.121.122	<i>Iterum de dolore, seu tristitia, deq₃ mutatione, ac metu Dei &c.</i> 208
117 123	<i>Iterum de vasis irae, seu Reprobis: deq₃ genuina sententia insignis loci Rom. 9. v. 22. &c.</i> 211
118 124	<i>An homo ad fidem convertatur per vim Dei simpliciter irresistibilem.</i> 214
119 125	<i>An, & quatenus, Deus velit conversionem cujuslibet peccatoris.</i> 217
120 126	<i>De loco Matth. 23. Quoties volui liberos tuos congregare.</i> 219
121 127.128	<i>An Deus homines invitos, & in actuali rebellionem perseverantes, ad se convertat.</i> 220
122 129	<i>An, & quatenus, promissiones Evangelii universales sint.</i> 221
123.124 130.131	<i>Annon Deus saltem omnes vocatos servari velit: & quatenus voluntas servandi in Deo sit particularis.</i> 224
125.126 132.133	<i>Iterum de Electis, & Reprobis: quinam & quales utriq₃ sint, deq₃ gradibus divina erga nos gratia.</i> 226
127.128.129 134.135.136.137	<i>Iterum de voluntate Dei consequente, & conditionata &c.</i> 227
130 138	<i>An omnia quaecumq₃ in mundo fiunt, etiam peccata, ex absoluto & efficaci Dei decreto fiant.</i> 229
131 139	<i>Quomodo, & quando, peccata in nobis revera expientur.</i> 232
132 140	<i>An, & quatenus, homo in conversione sui Deo cooperetur.</i> 233
133 141	<i>De scopo Apostoli in cap. 9. Epistolae ad Romanos. Et speciatim, an praedestinatio Dei sit causa incredulitatis.</i> 237

F I N I S I N D I C I S.

hh 3

Ne paginae sequentes vacarent, visum est aliquot insignes sententias ex libro Lutheri de Servo arbitrio huc adjicere.

I TU ipse (ait ad Erasmus) totum bonum nostrum Deo adscribendum esse sentis: idq; asseris in forma tui Christianismi. Hoc autem asserto, certè simul asseris, Dei misericordiam solam omnia agere: & voluntatem nostram nihil agere, sed potiùs pati. Alioqui non totum Deo tribuetur.

2 Est itaq; & hoc imprimis necessarium & salutare Christiano, nosse quòd Deus nihil præscit contingenter: sed quòd omnia incommutabili & æternâ infallibiliq; voluntate & prævidet & proponit & facit.

3 Ex quo sequitur irrefragabiliter, omnia quæ facimus, omnia quæ fiunt, etsi nobis videntur mutabiliter & contingenter fieri: revera tamen fiunt necessariò & immutabiliter, si Dei voluntatem spectes. Voluntas enim Dei efficax est, quæ impediri non potest &c.

4 Adeò stat & permanet invicta sententia, Omnia necessitate fieri.

5 Christianorum hæc una & summa consolatio est in omnibus adversitatibus, nosse, quòd Deus non mentitur, sed immutabiliter omnia facit: & voluntati ejus neq; resisti, neq; eam mutari aut impediri posse.

6 Veritas & doctrina (verbi Dei) semper palàm constanter prædicanda, nunquam obliquanda celandave est. Nullum est enim in ea scandalum. Est enim virga rectitudinis.

7 At si vim liberi arbitrii eam diceremus, qua homo aptus est rapi spiritu, & imbui gratia Dei: ut qui sit creatus ad vitam vel mortem æternam, rectè diceretur.

8 Sequitur nunc, Liberum arbitrium esse planè divinum nomen: nec ulli posse competere quàm soli divinæ majestati.

9 Est enim magnifica nimiùm & amplissima plenaq; vox, liberum arbitrium, qua populus putat eam vim significari (sicut & vis & natura vocabuli exigit) quæ liberè possit in utrumq; se vertere, neque ea vis ulli cedat vel subjecta sit.

10 Cur alii Lege tanguntur, alii non tanguntur: ut illi suscipiant, & hi contemnant gratiam oblatam: alia quæstio est, nec hoc loco (Ezech. 18.) tractatur ab Ezechiële: qui de prædicata & oblata misericordia Dei loquitur, non de occulta illa & metuenda voluntate Dei, ordinantis suo consilio, quos & quales prædicatæ & oblatæ misericordiæ capaces & participes esse velit.

11 Hujus

11 Hujus itidem incarnati Dei est flere, deplorare, gemere super perditione impiorum: quum voluntas majestatis ex proposito aliquos relinquat & reprobet, ut pereant.

12 Fateor, articulum illum Viglephi (Omnia necessitate fieri) esse falsò damnatum à Constantiensi conciliabulo.

13 Spoliatus verò Deus virtute & sapientiâ eligendi, quid erit nisi idolum Fortunæ, cujus numine omnia temere fiunt? Et tandem eò venietur, ut homines salvi fiant & damnentur ignorante Deo: ut qui non discreverit certâ electione salvandos & damnandos &c.

14 Ita fit, dum soli voluntati Dei non permittimus indurandi & miserendi & omnia faciendi voluntatem & potentiam, ipsi libero arbitrio omnia posse tribuamus sine gratia.

15 Hic vides, Deum quum in malis & per malos operatur, mala quidem fieri: Deum tamen non posse malè facere, licet mala per malos faciat: quia ipse bonus malè facere non potest: malis tamen instrumentis utitur &c.

16 Deus est: cujus voluntatis nulla est causa nec ratio, quæ illi ceu regula & mensura præscribatur: quum nihil sit illi æquale aut superius: sed ipsa est regula omnium &c.

17 Si præscivit Deus Judam fore proditorem, necessariò Judas fiebat proditor: nec erat in manu Judæ, aut ullius creaturæ, aliter facere aut voluntatem mutare: licet id fecerit volendo, non coactus: sed velle illud erat opus Dei, quod omnipotentia sua movebat, sicut & omnia alia.

18 De præscientia Dei disputamus. Huic nisi dederis necessarium effectum præsciti: fidem & timorem Dei abstulisti, promissiones & minas divinas omnes labefecisti, atq; adeò ipsam divinitatem negasti.

19 Scilicet hoc offendit quam-maximè sensum illum communem, seu rationem naturalem: quòd Deus merâ voluntate suâ homines deserat, induret, damnet: quasi delectetur peccatis & cruciatibus miserorum tantis & æternis, qui prædicatur tantæ misericordiæ & bonitatis. Hoc iniquum, hoc crudele, hoc intolerabile visum est de Deo sentire: quo offensi sunt etiam tot & tanti viri, tot sæculis. Et quis non offenderetur? Ego ipse non semel offensus sum usq; ad profundum & abyssum desperationis: ut optarem nunquam esse me creatum hominem: antequam scirem, quàm salutaris illa esset desperatio, & quàm gratiæ propinqua.


20 Atque hoc ipsum est, quòd liberum arbitrium cogit nihil esse: quòd æternus & immutabilis sit amor, æternum odium Dei erga homines, antequam mundus fieret: non solùm ante meritum & opus liberi arbitrii: omniaq; necessariò in nobis fieri, secundùm quod ille vel amat vel non amat ab æterno.

21 His absolvitur doctrina, quòd vasa non se ipsa parent, sed herus.
Hoc vult & Rom. 9. quòd figulus potestatem habet &c.

22 Igitur absurdum est, ut damnet (Deus) eum qui vitare non potest meritum damnationis. Et propter hanc absurditatem falsum esse oportet, quòd Deus cujus vult, miseretur, quem vult, indurat: sed redigendus est in ordinem, & præscribendæ illi leges, ut non damnet quemquam, nisi qui nostro iudicio id meruerit.

23 Hic honorandus & reverendus est Deus, clementissimus in iis quos justificat & salvat indignissimos: donandumque est saltem nonnihil divinæ ejus sapientiæ: ut justus esse credatur, ubi iniquus nobis esse videtur. Si enim talis esset ejus justitia, quæ humano captu posset judicari esse justa: planè non esset divina, & nihilo differret ab humana justitia.

F I N I S.



Hinweise

Signatur 3 A 9187	Stok T ₂	
RS	Bub /	AK W ₂
	Titelaufn. W ₂	AKB 8.5.80

FK

1 Ev. Dokumentik }
Ansp. 1: Ev. Dokumentik } 13.5.14
Ansp. 3: dan.

Bio K

Bild K

digitalisiert angeb. 1 PPN: 311686400

SWK

SLUB DRESDEN



3 2315402

Sonderstandort

Signum

Ausleihe-
vermerk

III/9/280 Jd G 80/77

3 A 9187

